Accessions
320,809

Shelf No.
6189.17
vol. 2

FOUNDED 1852
SICUT PATRIBUS SIT DEUS NOBIS
BOSTONIA
CONDITA A.D.
1630.
CIVITATIS REGIMINE DONATA A.D. 1822.
BOSTON PUBLIC LIBRARY

Received Dec. 9, 1882.

Mfw. tic. H Schenck Thaller 8. J. 1

BIBLIOTHECA
HISTORIÆ LITERARIÆ
Critica, eaque Generalis,
hoc eſt,
CATALOGI BIBLIOTHECÆ
REIMMANNIANÆ
Syſtematico - Criticæ
TOMVS SECVNDVS,
In quo
Libri ad Hiſtoriam literariam generalem ſpectantes, & Bibliothecæ Reimmannianæ partem facientes,
Qua fieri potuit ſolertia enumerantur,
Et quid in unoquoque ſit aſteriſco vel obelo dignum, ea, qua fas eſt, modeſtia & libertate indicatur.
Accedit
Catalogus MSctorum
&
Deſignatio Nummorum
quorundam.

HILDESIÆ 1739.
Sumtibus Viduæ Lud. Schrœderi.

Marcellus Palingenius, h. e. Pier Angelo Manzotti, in Zodiaco vitæ, L. XII.

Tu liber interea diverſa per oppida curre,
Invidiam ſubiture gravem; Nam multus ubique
Oblatrator erit, cujus lacerabere morſu.
Non deerunt certe, qui cum nil edere poſſint
Dignum laude; tamen gaudent maledicere ſemper,
Carpendis aliis famam venantur inanem,
Hos tu lividulos catulos, orisque maligni
Exoſus, refuge, & doctos inquire bonosque,
Qui pauci ſunt; Sed paucis potes eſſe beatus.

Lectori!

Παντα καλα καγαθα

Hiſtoria literaria duplex eſt, generalis & ſpecialis. Et totuplex eſt etiam notitia librorum ad eandem cognoſcendam ſpectantium. Cujus partem priorem damus in præſenti; Poſte-

riorem daturi in poſterum, ſi, quod animo concepimus, felix fauſtumque DEUS eſſe jubeat. Atque hæc poſterior priorem mole ſuperabit. Siquidem plures ſunt, qui Hiſtoriæ literariæ particulas quasdam illuſtrandas ſumſere, quam qui corpus univerſum. Et cum hujus partis clauſula noſtris lucubratio-

tionibus Parergicis imponemus τον κολοφωνα, aliique trademus hanc noſtram lampada. Quæ enim reſtat brevis vitæ ſumma, ſpem nobis vetat inchoare longam, & de Catalogo critico Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, Civilis, & naturalis, Philoſophiæ etiam & Philologiæ, cogitare, qui annum LXXII. ætatis ferè jam exceſſimus. Id

tamen

tamen dabimus operam, DEO bene juvante, ut Catalogi Bibliothecæ Theologicæ hiſtorico-critici Paralipomena, vivis nobis adhuc & ſuperſtitibus, prelo ſubmittantur, quæ ita ſe conſpiſſarunt, ut ſpicilegium ſupra meſſem ipſam ſe prope efferre valeat.

Vale & fave.

CA-

CAPUT I.

DE

SCRIPTORIBUS SPECTANTIBUS AD HISTORIAM LITERARIAM IN GENERE.

In Folio.

I.

C*atalogi Librorum MSCtorum Angliæ & Hiberniæ in unum collecti*, *cum indice Alphabetico*. Oxonii e theatro Sheldoniano. 1697. Edwardus Bernardus SS. Th. D. & P. P. in Academia Oxonienſi *primus* eſt qui manum injecit huic Syntagmati arduo, & nodoſo, & ex plus quam centum & quinquaginta Catalogis, vario nexu inter ſe coactis, compoſito. Et ſi per fatorum diritatem eidem licuiſſet ad finem perducere, qvod bene cœpit opus; neſcio qvod cornu A-

maltheæ habuiſſent rei literariæ promi condi. Siquidem illi robur & æs triplex circa pectus erat, eidemque omnes fere ſuas artes aperuerat Minerva. Sed in medio curſu interceptus eſt a morte. Atque hinc grave detrimentum cœperunt meliores literæ, & hic cumprimis Catalogorum Catalogus. In qvo non eæ tantum, qvas Humfredus Wanley in præfatione p. 7. ceruſſa obducendas ſuſcepit, occurrunt maculæ; Sed & aliæ majoris commatis. Qvæ tamen pulchritudinem ſtupendi operis non extingvunt. In quo Codicum MSCtorum tantus apparatus, & talis indoles, ut vix qvenqvam in orbe literato extare exiſtimemus Indicem, qvi vel plures vel rariores libros comprehendat Exoticos puta, Græcos, Ebraicos, Syriacos, Arabicos, Perſicos, Turcicos, Sinicos, Indicos, Æthiopicos, &c. ineditos etiam adhuc, & Viris eruditiſſimis vel inviſos, plane vel parum notos. Qvo ipſo tantum abeſt ut exhauſtum ſit Muſarum Britannicarum Gazophylacium, ut præfationis Auctor Wanleyus diſerte ſcribat: MSCtorum titulos triginta millia in hac Catalogorum Sylloge comparere. Attamen alia adhuc triginta millia ſupereſſe in Anglia. Sane Academiæ Cantabrigienſis Catalogi non omnes ad manus fuere Architectis illuſtris hujus theatri, nec collegiorum omnium, eodem teſte l. c. Et, qvod mireris, vetuſtiſſimus ille Codex Græcus, Biblia S. continens, cum Epiſtola Clementis ad Corinthios, qvi *Alexandrini* nomine apud Eruditos adhuc innotuit, in hoc Syntagmate non memoratur, qvod idem l. c. profitetur; additque eundem

extare

extare hodie in Bibliotheca Regia Weſtmonaſterienſi. Cujus & ipſe adhuc deſideratur MSCtorum Catalogus.

II.

Catalogus Librorum MSCtorum Bibliothecæ Cottonianæ. Præmittitur Vita Rob. Cottoni, & Hiſtoria Bibliothecæ, Scriptore Thoma Smitho. Oxonii e theatro Sheldoniano 1696. Dignus qvi manu ſollicita verſetur. Non qvidem ob dictionis Smithianæ pompam; Hæc enim tota phalerata eſt, & anxie qvæſita, & ad oſtentationem compoſita; Nec ob MSCtorum ordinem & diſtributionem; Qvæ exilis admodum, & fere nulla eſt; Nec ob eorundem deſcriptionem accuratam; Siquidem perpauci admodum ſunt codices, qvorum vel externam ſpeciem delineavit Auctor, vel quas comprehendunt dapes deguſtandas Lectori appoſuit. Non, inquam, ob rationes allatas manibus terendus hicce Catalogus; Sed ob raritatem, & MSCtorum ad antiquitatum Brittannicarum illuſtrationem inprimis ſpectantium inſignem molem, & duorum vel trium Codicum ſtupendam antiquitatem. Quorum unum, Geneſeos textum Græcum continentem, in toto Chriſtianorum orbe antiquiſſimum judicavit: Fronto Ducæus S. I. Theologus (Vid. Hiſt. Bibl. p. 44. & 55. & Catal. p. 70. & præfat. p. 3.) Adde Cottoni vitam, & Bibliothecæ Cottonianæ Hiſtoriam; Quarum hæc omnino digna eſt quæ legatur; Illa autem qvæ tota ediſcatur. Usque adeo ad amuſſim eſt com-

poſita, & facta ad perpendiculum, rerum optimarum ſelectu affluens, & varietate & copia.

III.

Catalogus MSCtorum Theologicorum, Philoſophicorum, Philologicorum & Hiſtoricorum Latinorum, Medicorum etiam Græcorum, Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis, MSCtus & ineditus, A Sebaſtiano Tengnagelio confectus &c. Scilicet Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ, qvæ Vindobonæ eſt Catalogum univerſalem XXV. Libris conſtantem ſe confecturum & in lucem publicam editurum promiſit olim Petrus Lambecius; Sed exorſus telam hanc arduam ne MSCtorum qvidem abſolvit Indicem, nedum impreſſorum omnium. Siquidem e Libris XV, quibus manu exarata volumina ſe deſcripturum receperat, octo tantummodo priores ad umbilicum deduxit. Qvos in compendium miſit poſtea, & qvæ ex MSCtis græcis adhuc reſtabant Paralipomena, ſuperaddidit Lambecii ſucceſſor Daniel Neſſelius. Sed utriusqve cito diſparuerunt monumenta. Et ſi qva forte ſpectanda ſe præbuerunt in officinis librariis, ita care venerunt, ut iis comparandis pauciſſimorum crumenæ ſuffecerint. Atqve hinc noſtrum conſilium de Voluminibus Lambecianis & Neſſelianis in Epitomen concinnam redigendis, & luc publicæ reſtituendis. Qvod & A. C. 1712. perfecimus. Sed qvia MSCtorum Græcorum tantummodo, non autem Latinorum Rationariun dederant hi Duum-Viri; Nec nobis ultra han

peran

peram ſapere licuit in noſtro breviario. Atqve hanc noſtram ſortem miſeratus Vir, cujus nomen dixiſſe laus eſt, Godofredus Thomaſius, hunc Catalogum MSCtorum Manuſcriptum, & nunqvam in lucem editum, liberali manu impertivit, & eam, qvæ ſequitur Epiſtola, ſimul comitem eſſe juſſit:

VIR MAXIME REVERENDE

DOMINE AC FAUTOR MULTIS MIHI NOMINIBUS SUSPICIENDE.

Cum ante biennium Norimbergæ ageret Excell. Vir D. Ioh. Burcard. Menkenius, & inter familiares confabulationes ſermo eſſet de Lambeciano Opere tua nunc cura, maximis Emtorum commodis, in volumen tractabilius contracto, mentionem injeciſſe memini Catalogi abs Tengnagelio confecti, qvi Latinos Bibliothecæ Auguſtæ Codices manu exaratos deſcriberet. Factum inde reor, ut cum eruditiſſimi iſtius laboris tui in artis Eruditorum vernaculis fieret recenſio, Tengnagelianæ pariter Operæ apud me deliteſcentis indicina ſubjiceretur. Me vero ſenſi hoc ipſo provocatum, ut ſubmitterem conſpectui tuo, qvicqvid id eſt opellæ, ad æſtimandum num digna poſſit haberi, qvæ dias pariter in luminis auras evaderet. Sed cum ab aliqvot jam annis, me ad alia omnia a literarum deliciis avocato, plane ſit disjectum rei meæ librariæ penuarium, diu qvidem fruſtra inſumſi operam in hoc indice perqvirendo. Donec tandem inſperato & aliud agenti in manus veniret,

 alis-

aliſqve protinus citatis ad Te, Vir maxim Reverende, pervolare velle videretur. Accip nunc qvalecunqve cultus qvo Te ob illuſtri in rem literariam merita ſuſpicio, pronæqve a juvanda amœniorum diſciplinarum ſtudia voluntatis monumentum, meiqve pariter candoris experimentum cape, qvi nullo circuitu recta proceſſum fecerim ad favorem tuum mih aucupandum. Utinam alia porro in re poſſin præſtare qvod gratum Tibi & commodum ſit nunqvam ſane magis ad votum evenire qveat Qvod reſtat tui utiqve rem pono arbitrii, qvic hisce chartis fieri velis. Deſcribendas mihi ant ſex ſeptem annos eas conceſſit Magni Principi Miniſter, νῦν ἐν ἁγίοις, cum Vindobonæ redu Nürembergæ aliqvamdiu curandæ valetudini ergo ſubſiſteret. Sed qvam proletaria fuerit in hoc indice concinnando Præfecti Opera palan loqvitur res ipſa, neqve minus fædam ſcribarun inſcitiam tot commiſſi produnt errores, craſſi ill & vel in tenebris palpabiles, qvibus emendandis vacare tantum non licuit, neqve poſtha fuit otium ea accuratius perſeqvi. Medicorun librorum nullam plane rationem habuerat a qv iſthæc accepi, unde alterius opera mihi fui exoranda, qvi iſtorum deſignationem ſubmitteret, ſatis etiam, uti apparet, mancam, altera perinde ac recenſio Hiſtoricorum, ſui parte mutilam. Nunc autem ne ulterius ἀδολεσχία communi hominum mei ordinis vitio, tibi moleſtiam faceſſam cautio eſt. Itaqve deſin licentius in publica commoda peccare, Teqv

un

una cum TUIS divinæ gratiæ, me vero ac mea ſtudia TUO favori volo eſſe perqvam commendatiſſima. Vale

MAXIME REV. DIGNITATI TUÆ

Dabam Halæ Hermundurorum
a. d. VII. Aug. MDCCXIII.

addictiſſimus omni fide
ac obſeqvio

GODEFREDUS THOMASIUS
R. P. Norimb. Medic.

IV.

Bibliotheca Uffenbachiana MSCta. Halæ Hermundurorum 1720. In qva Codices Ebraicos & Græcos recenſuit I. H. Majus filius, Orientales reliqvos Carolus Dadichi, natione Syrus, Patria Antiochenus, religione Græcus, lingvæ Arabicæ & Turcicæ bene peritus. Francofurti, eo tempore, qvo conſignabatur hic Bibliothecæ Commentarius, commoratus; Latinos autem, & qvi ſunt notioris commatis ipſe Vir illuſtris Z. C. ab Uffenbach. Atqve ex his delineationibus *Dadichiana* curta eſt omnino & Laconica; *Uffenbachiana* autem amplior, & uberior, & copioſior multo & accuratior; *Majana* vero omnium longe opulentiſſima, ad ductum Petri Lambecii, qvo uſus eſt in Bibl. Vindobonenſi, adornata. Qvi & de cujusvis voluminis ætate, & habitu externo & interno, raritate etiam &c.

 qvid

qvid ſentiendum ſit pronunciat, & qvæ in eo præ cœteris notatu digna ſint liberaliter & copioſe indicat, & integros interdum libellos nondum editos Lectori ſpectandos præbet. Ac licet non exiguæ molis Tomum impleant hæ recenſiones, tantum tamen abeſt, ut MSCta Uffenbachiana omnia jam enarrata ſint, ut potius maxima pars eorundem adhuc reſtet enarranda. Siqvidem ſi Bibliothecam hanc ſpecialem, cum Bibliothecæ Uffenbachianæ univerſalis Tomo III. conferás, in qvo MSCtorum omnium Veterum & recentiorum integer & ſuis numeris abſolutus exhibetur apparatus, videbis Codices pleroſqve intactos eſſe adhuc, & Proclamatorem exſpectare, Hiſtoricos, puta, omnes nec non Genealogicos, Heraldicos, Chronologicos, Geographicos, Archæologicos, Criticos, Miſcellaneos, & qvi ſunt ſuſpectæ fidei, & vulgo dicuntur prohibiti. Qvi ſi omnes ea percenſerentur ratione, qva Doctiſſ. Majus Ebraicos & Græcos percenſuit; Vix duo vel tres Tomi, ejusdem qva primus hicce conſtat menſuræ, argumenta eorum caperent. Usqve adeo amplas & copioſas opes hoc Gazophylazium Uffenbachianum poſſidet, πολύχρυσον dicendum, Homeri dictione, καὶ πολύχαλκον.

V.

Allgemeines Hiſtoriſches Lexicon. Erſter und anderer Theil A-- G. Leipzig 1709. *Dritter und vierter Theil H-- Z. Ibidem. Eodem. Fortſetzung deſſel-*

deſſelben. Franckf. 1714. 3. Volumina. De quo Joh. Peter *von* Ludewig in præfatione Lexici univerſalis Zedleriani omnium ſcientiarum & Artium §. 15. *p.* 7. *Das bekante Hiſtoriſche Lexicon hatte der bekante Verleger* (Thomas Fritſch) *dem ſeligen Buddeo verhandelt, und dieſer aus Uebereilung, und Geld zu Büchern zu verdienen, ſolches alles zu der Zeit übernommen, als er noch nicht viel zu thun gehabt; Allein der ſelige Mann hat bald die Unmögligkeit gefunden, und deswegen zehenerley Leute angeſpannet, deren jeden er einen oder mehrere Buchſtaben in dem Alphabetiſchen Lexico zugetheilet. So das wohl der zwantzigſte Theil nicht einmahl durch ſeine Hände gangen, und gleichwohl dem Verleger damit vieler Verdruſs gemacht, und dem Wercke mächtig geſchadet worden iſt. Denn einer hatte in dem letztern Buchſtaben einen andern Einfall, als der andere ſchon im erſtern gehabt. Nachgehends ſchlichen viele Artikel und Sachen doppelt und mehrmahlen ſich unter verſchiedenen Buchſtaben ein. Wie die Arbeiter an dem Babyloniſchen Thurm einander nicht verſtunden, und dahero alles die Creutze und die Quehre gangen, weil die Letzern nicht wuſten, was die Erſtern gethan und gelaſſen. Ferner war es auf ſolche Art und Weiſe auch nicht zu verhüten, daſs nicht vielerley Köpfe, vielerley Sinne und Meinungen in ein Buch brachten, und hundert Schrifft-Stellen einander entgegen lieffen. Über dem folgete der eine dieſer Zeit-Rechnunge, der andere wieder einer andern. Ein Arbeiter war fleiſſig, der andere ſudelte alles hin, was ihm vorkahm, und was dergleichen Gebrechen mehr ſeyn, welche daraus entſtehen, wenn viele an einerley Sachen ar-*

beiten. Et l. c. §. 19. *p.* 12. *Gleich der Buchſtabe, B, hatte ein unglückliches Schickſaal, ſo den Werth des gantzen Buchs faſt mit eins niedergeſchlagen. Die Hiſtorie davon iſt dieſe: Der ſelige Buddeus ſchrieb dieſes Werck Sr. Königlichen Majeſtät in Preuſſen* Friderico *dem Stiffter dieſes Königreiches zu. Seine Patronen und guten Freunde überreicheten ſolches dieſem Weiſen Könige. Seine Majeſtät nahmen daſſelbe mit vollen Gnaden und Vergnügen, als von einem Gelehrten Manne an, der in ihren Dienſten als Profeſſor zu Halle geſtanden. Verwunderten ſich anbey, über die Gröſſe und Weitläufftigkeit deſſelben. Sie ſahen ihrer Gewohnheit nach, ſolches durch, ſagten aber gleich dabey: Ich will doch ſehen,* was *der Verfaſſer von Berlin, als meiner Reſidentz, ſchreibet. Als Sie nun dieſen Articel aufgeſchlagen, funden Sie dieſe Worte darinnen:* Berlin liegt in der Alten Marck-Brandenburg. *Da nun auch denen geringſten von denen umſtehenden Bedienten bekant, daſs Berlin nicht in der Alten, ſondern in der Mittel-Marck gelegen. So verlohr ſich bey Königl. Maj. die Achtung dieſes Buchs. Sie ſagten darauf: Groſſe Bücher groſſe Fehler; Ich ſehe, daſs der Verfaſſer hierauf* weder *Zeit noch Fleiſs* gewendet. *Denn da er mir das Buch zugeſchrieben, hätte ich glauben ſollen, daſs er in meiner Reſidentz nicht eben obenhin gefahren, ſondern dieſen* Articel *wenigſtens mit Sorgfalt geſchrieben haben* würde. *Und hieſs darauf das Buch* weglegen, *und hielte auch davor, daſs die gantze Arbeit ſchlecht gerathen* wäre. Hactenus Vir illuſtris Joh. Peter de Ludewig. Cujus narrationibus nos, nec demimus nec addimus fidem.

Hoc

Hoc tamen adhuc, velut appendiculam adjicimus. Nos eo ipſo tempore, qvo primum è prelo egreſſum erat Opus, ab eo, qvi impenſas fecerat, Thoma Fritſchio Viro doctiſſimo, interrogatos, qvid exiſtimaremus de eo, & qvas potiſſimum in eo ineſſe crederemus maculas, uberiores ad eundem dediſſe literas, & in iis expoſuiſſe, qvot, & qvanta in eo inſiderent menda, qvæ in vaſtis hiſce voluminibus ſupplenda, qvæ ſananda, qvæ tollenda prorſus & falce non obtuſa reſecanda. Et cum plerisqve hiſce morbis poſtea medicina parata ſit, tum in ſupplemento, qvod 1714. prodiit, tum in Editione altera, qvæ 1722. Voluminibus IV. aſpexit lucem; in Lexicis Hiſtoricis, qvæ Germanico Idiomate prodierunt, hodie ſine controverſia primum locum obtinet, & iis etiam plerisque eſt anteferendum qvæ alio ſermone in orbe literario prodierunt. Poſt ponendum tamen Zedleriano Lexico Lexicorum, qvod jam ſub prelo ſudat, & exercet typographorum operas.

VI.

Bibliotheque Orientale par d'Herbelot. Pariſiis 1697. Multis laudibus ornata, à P. Daniele Huetio in Comment. de rebus ad eum pertinentibus Libr. V. p. 320. Perraltio Tomo II. des hommes illuſtres qvi ont paru en France p. 154. ſeq. Mr. Ancillon dans Memoires concernant les Vies des pluſieurs modernes p. 134. ſeq. aliis Neque immerito. Siqvidem ſexcenta in

ea

ea traduntur, qvæ eruditis in Europa antea incomperta fuerunt & incognita. Sed poſthumum tamen eſt Opus, & ab Auctore non plane ad ungvem expolitum, nec omnibus ſuis numeris abſolutum. Non enim tam Orientalis Bibliotheca eſt, qvam *Bibliotheca* tantum *Arabico-Perſico-Turcica.* Utpote qvæ ſola in ea exponuntur, reliqvis in Oriente gentibus, rebusqve ad rem literariam ſpectantibus, prorſus omiſſis. Nec Arabum, Perſarumqve & Turcarum Scriptores & ſcripta omnia vel tacta ſunt oratione, vel ea qva fas erat navitate, & circumſpectione & ubertate deſcripta. Exulant hic nomina Doctorum Moslemicorum qvam plurima, & in iis *Ferati* etiam, qvi Qvæſtiones de rebus fidei Muhammedanæ ſcripſit, ſubjunctis ex Alcorano Qvæſtionibus, qvod notat Andreas Acoluthus, in præfatione Speciminis Alcorani Qvadrilingvis p. 8. Averrois autem res geſtæ tam ſteriliter deſcriptæ ſunt, ut P. Bayle in dictionario Critico p. 421. pronunciet j'ai etè ſurpris de la prodigieuſe ſterilitè, qve j'ai trouvèe, par raport à ce fameux Philoſophe, dans la Bibliotheqve Orientale à Mr. d' Herbelot. Et qvod p. 538. legitur: Malabaricam lingvam eandem eſſe cum Malaica, id oppido falſum eſſe, ii docent, qvi ex noſtris regionibus in Indiam ablegati ſunt, religionis Evangelicæ propagandæ cauſa. In Contin. VIII. *Derer ausführlichen Berichte aus Indien* p. 616. Et qvoties Virorum Eruditorum Epocham vel plane omittit Herbelotius vel affert fallaciter? Qvoties Librorum Arabicorum inſcriptio-

nes

nes inexplicatas relinqvit, vel Lectorem earum cupidum remittit ad locum alium, qvaſi in eo jam lux affuſa ſit iis noctibus, ubi tamen nihil ejus modi factum eſſe deprehenditur. Interim totum hoc opus ab Auctore non compoſitum, ſed ex Arabe qvodam traductum tantummodo, vix impetare a nobis poſſumus, ut credamus, utut fuiſſe qvi hoc in vulgus ſparſerint Miſcellanea Leibnitiana nos doceant p. 34. Et ſi etiam ita eſſet, fama Herbelotii jacturam faceret ſolum, non res literaria. Cui perinde eſt a qvo acceperit illuſtre hoc Hiſtoriæ lit. Orientalis auctarium, dummodo habeat. Et cujuscunqve etiam commatis idipſum ſit, tam neceſſarium tamen eſt iis, qvi rei literariæ ponunt pretium, ut carere eodem non qveant. Unde & nos, ut ad utilitatem eſſet præſentius, omnium Auctorum in eo deſcriptorum concinnavimus Indicem Syſtematico-Chronologicum, qvi huic noſtro Exemplari acceſſit noſtra manu ſcriptus, & ἀνέκδοτος.

VII.

Photii Myriobiblon ſ. Bibliotheca Græco-Latina Rothomagi 1653. Hoc ipſo probabilis auctor, qvod intermiſſam Hiſtoriam librorum Criticam nova induſtria reparavit, & hac ratione anſam dedit recentioribus, Ephemerides literarias, & Acta Eruditorum, & qvæ ſunt alia hujus generis Annalium monumenta concinnandi. Siqvidem ſimillima, & fere eadem Ephemeridum hodiernarum & hujus Bibliothecæ eſt ratio.

tio. In qva CCLXXX. Codices Græci, a Photio per otium verſati indicantur, excerpuntur etiam pleriqve, & de eorum dictione, & diſpoſitione & argumentis ſententia dicitur. Idqve ſatis libere & licenter, ut fas eſt in civitate literaria. Qvo ipſo dici non poteſt, qvam præclare meritus ſit hic Seculi IX. Polyhiſtor, de Scientiis omnibus, qvæ ad humanitatem pertinent. Non enim ſcriptis Theologicis tantum vigilias ſuas dicatas eſſe voluit, ſed & Hiſtoricis Sacris & Profanis, Philoſophicis etiam & Philologicis, nec non Medicis & Rhetoricis &c. In qvibus, qvod caput rei eſt, multa ſunt, qvæ vel plane interciderunt hodie, vel in lucem nunqvam ſunt edita. Ut ſi Photianis hiſce Eclogis deſtitueremur, Scriptorum nomina qvam plurima cum ſcriptis eorundem, & rebus ab iis traditis, ſciremus cum imperitiſſimis. Nec tamen ita ſuperſtitioſi amatores hujus Viri ſumus, ut eum omne tuliſſe punctum exiſtimemus. Ordo librorum in hac Bibliotheca extantium ita perturbatus eſt, ut in ſylva citius diſpoſitionem qvandam arborum deprehendas, qvam in ea Codicum. Auctores Homonymi qvidam inter ſe confuſi, qvi toto cælo ſunt diverſi. Futilia etiam interdum ex iis ſunt enotata melioribus neglectis. Et ne ſeverior tibi videatur hæc cenſura; Ecce! Andreæ Schotti de hoc opere judicium, qvod in Prolegomenis huic Editioni præmiſſis legitur: „Tumultuarium opus Bibliothecam hanc „Photianam extitiſſe hæc indicant; Eadem „ſæpe repetita, hiatus interdum atqve hiulca

„loca

„ loca, neglectus ſtylus, & rejecta deniqve
„ in alteram operis partem, librorum, qvos
„ jam recenſuerat excerpta longiora. Ad oram
„ qvoqve nonnulla collocata. Et, qvod mire-
„ ris, eosdem libellos, **κατὰ πόδας** pene re-
„ petitos, ut Dionyſii Ægei Dictyaca, Hiero-
„ clis & Himerii aliorumqve non pauca, pror-
„ ſus ut credam, Photium memoria ſua potius,
„ qvam ut cæteris promiſcue prodeſſet, hoc
„ opus conſarcinaſſe, aut certe poſtremam ma-
„ num non adjeciſſe, lima nitidiore opere fu-
„ turo. Aulicis nimirum negotiis, atqve am-
„ bitione transverſim raptum, mentem alio,
„ alio aures diviſiſſe.

VIII.

(1) *Librorum qvos legit Photius Excerpta & Cenſuræ. David Hæſchelius primus edidit, & notis illuſtravit.* Auguſtæ Vindelicorum 1601. Prima hæc eſt Editio Bibliothecæ Photianæ typis, (qvod ait Lipſius in Ep. ad Hæſchelium p. 929.) ad invidiam usqve elegantibus exſcriptæ, & notis qvibusdam Criticis illuſtratæ, qvibus & ſubinde qvædam fragmenta Græca inedita immixta ſunt. Accedunt Epiſtolæ qvædam Photii antea nondum impreſſæ, & alia qvorum in Indice nulla facta eſt mentio. (2) *Photii Epiſtolæ Græcè & Latine, cum notis Richardi Montacutii* Londini 1651. Qvæ prima & unica Epiſtolarum Photii eſt Editio. Qvas enim Hæſchelius Bibliothecæ Photianæ adjecit XXVIII. ſunt tantummodo, eæqve nec in Lingvam La-

tinem

tinam traductæ, nec obſervationibus qvibusdam exornatæ. Harum autem ſunt CCXLVIII, a Montacutio translatæ, & Scholiis non inelegantibus reſperſæ. Rerum enim ſcientiam uberiorem aſſecutus erat Montacutius, qvam verborum, & Lingvæ Latinæ cum primis, in qva ita labitur interdum ut Grammatici pænas ab ipſo debitas jure poſſint exigere.

IX.

Dictionaire Hiſtoriqve & Critiqve par Mr. Bayle Tome Premier, Seconde, Troiſieme. Roterdam 1702. De qvo A. C. 1711. peculiarem vulgavimus Diatriben, invidendo elogio mactatam a Viro Doctiſſ. C. A. Heumanno in conſpectu Reipublicæ literariæ C. VII. §. 3. not. n. p. 346. qva qvid lucis qvid maculæ habeat hoc Lexicon ſine ira & ſtudio eaqve libertate pronunciavimus, qva gaudent qvi cives ſunt in republica literaria. Et qvia hæc nec viſa eſt omnibus, nec nobis ipſis in præſenti ad manus, ut, qvæ fulgent præcæteris ex ea excerpere qveamus, agedum reddemus huic negotio intermiſſas operas, & ad Criſin qvam olim huic Scripto & Scriptori inſumſimus nos revocabimus. Et qvidem qvod ad *Scriptorem* eſt, extat ejus vita (Hiſtoire de Mr. Bayle & de ſes ouvrages) a Dn. Monnoye deſcripta, vel ſi mavis a Mr. Reveſt, & Amſtelodami 1716. cum variis acceſſionibus excuſa in 12mo. Cui poſtea ſucceſſit Bæliana Biographia alia multo luculentior & uberior & accuratior à Mr. de Mai-

Maizeaux Societatis literariæ Londinenſis membro elucubrata, & Editioni Dictionarii Bæliani præmiſſa, qvæ Amſtelodami 1730. IV. Tomis in folio prodiit, ex Gallico ſermone pereleganter in lingvam Germanicam translata a J. P. Kohlio Hamburgi 1731. 8. Qvod vero ad *Scriptum* ipſum attinet, dici non poteſt, qvot plauſibus, & ſecundis acclamationibus ſuſceptum ſit ab iis, qvi ſunt naris & auris acutæ, & felicioris cerebri. C. M. Pfaffius in Hiſt. Theol. Liter. T. I. p. 28. inter omnia Lexica eminet illud Bælii, non propter multitudinem titulorum, (ſelecti enim ſaltem hic apparent tituli) ſed propter eruditionem prolixiſſimam, ingeniumqve ſummum ubiqve emicans, rariſſimaqve, atqve etiam philoſophica argumenta hic tractata. J. F. Meyerus in diſſert. de Lutheri uxore §. XI. Bælii Dictionarium incomparabile eſt opus. J. A. Fabricius in Codice Apocr. N. T. p. 393. Theſaurus eſt jucundiſſima copia rerum elegantiſſimarum refertum. Neocorus & Sikius in Bibl. librorum novorum T. 3. A. 1698. p. 540. Opus eſt doctum & laborioſum. C. A. Heumann in Conſpectu Reipubl. liter. C. 7. §. 3. p. 345. Eſt Cornu Copiæ. Et ſane vel ignorantiam ſuam proderet vel invidiam qvi hoc opus vario Eruditionis genere abundare inficiaretur. Siqvidem Auctor hoc a natura habebat, ut, qvamcunqve ad rem ſe conferret ea peregregie perfungeretur, acutiſſima ingenii ubertate inſtructus, judicio præclaro perpolitus, nullo munere publico diſtrictus, incredibili literarum amore inflammatus,

noctem cum die ſtudendo conjungens, memoria ſtupenda præſtans, nominis celebritatem omnibus felicitatibus anteponens, φιλαυτος, παραδοξοφιλος, Polygraphus; Ex cujus Operibus eſt

Primum. Penſees ſur les Cometes. 1681.
Ultimum. Entretiens de Maxime, & de Themiſte, contra Jaqvelotium 1706.
Optimum. Dictionaire Hiſtoriqve & Critiqve, 1696.
Rariſſimum. Idem Dictionarium Hiſtorico-Criticum, ex Editione prima Roterodamenſi 1696. In ea enim multa extant, qvæ in poſterioribus tribus juſſu Conſiſtorii Roterodamenſis omiſſa ſunt.
παραδοξοτατον Penſees ſur les Cometes. Et Commentaire Philoſophiqve ſur les paroles de J. C. contrain a entrer 1685.
Maxime invifum

(a) *Pontificiis*, Critiqve Generale de l'Hiſtoire de Calviniſme de Mr. Maimburg. Propter qvod frater ejus carceri incluſus miſere in eo periit.
(b) *Reformatis.* Avis aux refugies 1691. Qvod auctori maximas creavit moleſtias. Unde & a ſe compoſitum nunqvam fateri voluit.
(c) *Utrisque.* Penſees ſur les Cometes, ob qvod eidem annuum ſtipendium a Magiſtratu Roterodamenſi ereptum eſt.

Et

Et prodigium videri qveat hominem tantam ſibi famam circumfundere potuiſſe, qvi in lingvis exoticis plane hoſpes, in Græca autem & Latina mediocriter tantummodo verſatus, in ſola Gallica excelluit. Antiqva Syſtemata pleraqve diruit, ſed novum non excitavit. Manichæiſmo, Pelagianiſmo, Pyrrhoniſmo ſuffudit frigidam, & obſcænis ita ſe oblectavit, ut qvacunqve data occaſione ea ſingulari cum voluptate convaſaverit, qvæ Stercutio potius fuiſſent relinqvenda.

X.

Chriſtophori Hendreichii Pandectæ Brandenburgicæ. Berolini 1699. Cujus conſilium fuit condere *Bibliothecam univerſalem*, in qva Scriptores omnes, una cum ſcriptis cujuscunqve generis, gentis, facultatis, idiomatis &c. ordine Alphabetico digeſti, enumerarentur. Qvod opus, ſi, qva linea inchoavit, idipſum perfeciſſet, viginti minimum ſpiſſa volumina impleviſſet in folio; Sed in limine ſubſtitit, & qvæ ad literas A. & B. ſpectant conlectanea tantummodo in lucem adſpectumqve publicum prodire juſſit. Non in poſtremis habenda ſane. Plura enim hoc Primo Tomo convaſavit Excerpta literaria ad elementa condicta ſpectantia, qvam ullus Bibliothecæ ſcriptor alius, atqve in iis qvædam non de trivio petita, Hiſtorica, Philologica, Critica, de Auctorum Ὀνοματολογίᾳ & πραγματολογίᾳ, Librorumqve Edi-

 tio-

tionibus, verſionibus, virtutibus, vitiis &c. Sed non ſatis conſuluiſſe videtur humeros in recipiendo hoc onere, nec perſpexiſſe, Vix plures ſufficere ad id, cui ſe ſolum putavit parem; Nec facultate dicendi ita fuit inſtructus, ut qvæ mente conceperat, dilucide etiam potuerit exprimere. Et qvod inprimis reprehendendum in eo eſt, Scriptores qvosdam, & Scriptorum titulos, Editiones &c interdum profert, qvænunqvam extiterunt in orbe literato. Sic enim Joh. Albertus Fabricius, Vir in judicando, ſi qvis alius modeſtus *L.* IV. Bibl. Gr. C. XIII. p. 405. Qvis vidit unqvam Artemidori Libros de Auguriis, & de mannum inſpectione qvos adducit Chriſt. Heindreichius in Pandectis Brandenburgicis? Qvis tres Editiones Venetas Artemidori Græcas in 4. A. 1518. 1527. 1529. Qvis Hiſpanicam Lugd. 1609. additis Auguſtini Niphi octo Libris divinationum? Sane qvæ in Indice Hiſpanico proſcribitur Editio Artemidori illius anni Lugdunenſis Gallica eſt, non Hiſpanica, additis Auguſtini Niphi divinationum Libris. Hactenus Fabricius. Nec minores hallucinationes hujus Viri occurrunt p. 332. ubi de Auguſtana Confeſſione diſſerit. Editiones enim variatas præfert invariatis, ut oſtendat, ſe Reformatorum Sacris eſſe addictum. Et verſiones qvasdam certis locis ac temporibus editas affirmat, qvæ an unqvam lucem aſpexerint, jure dubitant eruditi; Cujus generis eſt A. C. *Croaliſch mit Glagoviſchen Buchſtaben in* 4. Item *mit Ciruliſchen Buchſtaben. Italice.* Tubing. 1562. 4. *Polonice.* Regio

giomonti 1569. 4. Adde M. Gottfrid. Balthaſar. Scharffii Supplementum Hiſtoriæ, litisqve Arndianæ, ubi p. 70. Augiæ ſtabulum in primis Chriſt. Heindreichius aperuit in Pandectis Brandenb. non niſi Herculi cuidam perpurgandum, qvi operoſus eſt in annotandis Librorum Arndianorum Editionibus ſimul & affingendis ipſi aliis, de qvibus forte ne per ſomnium qvidem cogitavit.

XI.

Conradi Geſneri Bibliotheca ſive Catalogus univerſalis omnium Scriptorum &c. Tiguri 1545. *Primus* eſt Geſnerus, qvi Bibliothecæ univerſali condendæ ſe accinxit, Anno ætatis 28. Vir Græcis Latinisqve literis præclare tinctus, omniqve ſcientiarum genere inſtructus, & notitiam librorum veterum & recentiorum ita aſſecutus, ut pauci. Bibliothecas enim plures privatas & publicas perreptaverat, Catalogosqve editos & ineditos, hinc inde conqviſitos ſibi familiares reddiderat, ingenii & naturæ potius inſtinctu, qvam Magiſtri cujusdam hortatu & exemplo excitatus. Auctor tamen ei fuit D. Leonhardus Beckh a Beckhenſtayn, & alii, ut Bibliognoſiæ ſuæ ederet ſpecimen. Atqve hinc primum Scriptorum antiqvorum tantummodo, & præſtantiſſimorum meditatus eſt Elenchum; Sed mutato deinceps conſilio exhibuit Catalogum univerſalem Librorum in tribus Lingvis, Latina, Græca, & Hebraica, extantium & non extantium, veterum & recentiorum &c. Cu-

jus generis opus nondum tentatum erat a qvodam in republ. literaria, tantum abeſt ut ad umbilicum fuerit perductum. Exqviſitiſſima enim diligentia & cura ſumma inſtructus Geſnerus, nocturna diurnaqve manu verſabat ſcriptores cujuscunqve generis, eosqve ſecundum Alphabeti ſeriem digeſtos ſtudioſiſſime luſtrabat, notabatqve cujusvis Opera, eorumqve Editiones, Verſiones, Capita, argumenta, & qvicqvid ad cognitionem Librorum Hiſtoricam reqviritur. Judicia etiam interdum inſeruit, tum ex ſenſu proprio, tum alieno depromta. Et lacunas in Exemplis editis, extantes ex MSCtis ineditis, ſupplevit. Et ex præfationibus juxta ac lucubrationibus ipſis excerpta interdum bene longa, velut dapes appoſuit, ut Lectori daret guſtum. Sed hoc in recitatione eorum Scriptorum facit cumprimis, qvorum nomina literam A. habent ab initio. In reliqvis enim eſt contractior & adſtrictior, perſvaſus fore, ut, ſi qva cæpiſſet linea pergeret plura volumina hoc Opus non comprehendiſſent. Cujus parum elimati præcipitare omnino coactus fuit Editionem, paupertate preſſus, & Typographi acceleratione compulſus. Qvod ipſemet ſincere profitetur in ſua p. 180. huic operi inſerta Biographia lectu digniſſima. Adeoqve errores varios evitare qvidem non potuit; Attamen duce ſedulitate & Polyhiſtoria ad ſummam nominis, celebritatem pervenit, & Opus hoc ipſum varias formas & ſpecies & vultus ſubivit. Conradus enim Lycoſthenes luxuriantia reſcindens in Compendium miſit hanc

Bi-

Bibliothecam, & eidem Scriptores 1800. omiſſos addidit, Baſileæ 1551. 4. Joſias etiam Simlerus, demtis nonnullis ſcriptoribus & additis, eandem fecit & anguſtiorem & auguſtiorem. Et Geſnerus ipſe ex Lycoſthene, & Simlero collegit Appendicem Bibliothecæ ſuæ ſubjiciendam Tiguri 1555. Editam, de qvibus omnibus ſuo loco. Adde Geſneri Pandectas, qvæ Bibliothecæ hujus Tomum ſecundum conſtituunt, ut patebit ex ſeqventibus.

XII.

Conradi Geſneri Pandectarum ſive Partitionum univerſalium Libri XXI. Tiguri 1548. Tomus hic eſt ſecundus Bibliothecæ Geſnerianæ, a Primo ita diſtinctus, ut, qvi Scriptores extiterint, & qvæ reliqverint monumenta doceat prior, poſterior autem qvæ res ab iis deſcriptæ ſint, & ubi apud eosdem legantur. Ut Bibliothecam *Auctorum* alteram, alteram *materiarum* qveas appellare. Et hanc qvidem Qvadripartitam eſſe voluit Geſnerus: Philoſophicam, Theologicam, Juridicam & Medicam. Sed ex his ſolam Philoſophicam ad coronidem deduxiſſe videtur. Theologica enim inſtituta eſt tantummodo, ſed non perpolita. Juridica autem adhuc eſt imperfectior. Et Medica plane omiſſa ob temporis anguſtiam, & affluentem rerum copiam. Qvæ omnium procul dubio fuiſſet abſolutiſſima, ſi ab Auctore ad umbilicum fuiſſet perducta. Siqvidem hac parte eruditionis excelluit hic noſter cumpri-

mis, & teſtis eſt Liber XIV. Pandectarum, qvi de Philoſophia naturali inſcribitur, qvid de rebus Medicis tradere potuerit, cum de rebus phyſicis tam præclara tradiderit. Quippe in Libris XX. qvibus Pandectarum hoc opus abſolvitur, Liber XIV. de naturali Philoſophia eſt optimus. De qvibus nec hoc ſilentio eſt prætereundum. Libros hoſce viginti ſingulos viginti typographis eſſe inſcriptos, qvi eo tempore diſperſi per univerſam Europam eruditionis laude, & artis typographicæ notitia, & Librorum impreſſorum multitudine, ſelectu & elegantia id conſecuti erant, ut in republica literaria minime obſcura eorum eſſet conditio. Vide plura Num. 37.

XIII.

Appendix Bibliothecæ Conradi Geſneri. Tiguri 1555. Collecta ex Conradi Lycoſthenis & Joſiæ Simlerii operibus, qvibus Conradi Geſneri Bibliothecam augere & minuere contenderunt. Digna qvæ cum Geſneriano Syſtemate contendatur, cui tot addenda docet Paralipomena, tot demenda luxuriantia. An vero Geſnerus ipſe Auctor ſit hujus Appendicis, hæremus adhuc & expedire certo non poſſumus. Sane in Indice nihil tale reperitur. Nec in epiſtola dedicatoria. Et qvod p. 25. b.) legimus, diſerte propemodum videtur negare, Geſnerum ipſum hanc Appendiculam corrogaſſe. Sic enim ibidem qvicunqve fuerit Auctor, *Conradus Lycoſthenes contraxit Conradi Geſneri Medici*

cla-

clariſſimi magnum ac multis laboribus congeſtum Bibliothecæ opus in breve Compendium, in gratiam eorum, qvi brevitate gaudent, ac ob æris penuriam ab emtione magni operis deterrentur. Qvod a moribus Geſneri plane alienum eſt, qvi militem glorioſum imitari, & ſemetipſum laudare non ſolet. Nec ſuperabis hanc difficultatem etiamſi dixeris, hoc Elogium una cum aliis ad verbum excerptum eſſe ex Conradi Lycoſthenis Elencho Scriptorum in qvo extet p. 199. Siqvidem non hoc, ſed iſtud inficiamur, ab ipſo Geſnero inde eſſe excerptum, & in hanc Appendicem translatum. Qvi hæc verba non deſcripſiſſet ſine adſperſa veniæ petitione.

XIV.

D. Nicolai Antonii Hiſpalenſis J. C. &c. Bibliotheca Hiſpana vetus Romæ 1696. *Ejusdem Bibliotheca Hiſpana nova.* Romæ 1672.

Opus rarum, præclarum, multorum nummorum, (Mihi ſane conſtat 40. imperialibus) Bibliotheca duplicis generis abſolutum, *vetere* & *nova.* Qvarum utraqve duobus Tomis conſtat. Ex qvibus Tomus I. Bibliothecæ veteris complectitur Scriptores Hiſpanos, qvi vixerunt a Sec. I. uſqve ad Sec. X. Tomus autem ſecundus eos, qvi a Sec. XI. uſqve ad Sec. XV. vitam & ſpiritum duxerunt. Una cum Scriptoribus Arabico-Hiſpanis, (T. 2. p. 231. ſeq.) & Scriptoribus incerti temporis. (p. 257.) Tomus autem primus & ſecundus Bibliothecæ re-

centiores exhibet Scriptores Hiſpanos ab A. C. 1500. uſqve ad A. C. 1570. (præfat. p. 38.) eosqve digeſtos ordine Alphabetico. Cum Bibliothecæ antiqvæ Scriptores omnes diſpoſiti ſint ordine Chronologico. Anonymorum etiam ſiſtit notitiam, (p. 267. ſeq.) & Appendicem, duplicem eorum, qvæ in utroqve volumine adjiciuntur vel corriguntnr (p. 277. ſeq.) Et fæminas Hiſpanas doctrina claras, (p. 337. ſeq.) Virosqve Extero-Hiſpanos, (p. 349. ſeq.) Et Indicem ſeptemplicem Herculeo labore ab Auctore confectum. Et hæc nova Bibliotheca quare prius in lucem proceſſerit, qvam vetus, qvæ poſt Auctoris mortem demum ſtudio & ſumtibus Cardinalis d'Agvirre edita eſt, in præfatione docet Auctor §. 15. p. 35. Et qvi præfationi monita adjecit Scholiaſtes incertus p. 38. Qvid autem de Bibliotheca ipſa, ejusqve conditore exiſtimemus, breviter ediſſeremus. Et qvidem qvod ad Auctorem eſt, Vir ſane fuit eximius, & tanto Operi excitando non impar. Lingvæ Latinæ, Græcæ, Ebraicæ, Arabicæ, Ægyptiacæ &c. peritus, (T. I. p. 358.) Philoſophiæ, Theologiæ, Jurisprudentiæ, & Hiſtoriæ gnarus. Aſſiduæ Librorum Lectioni, & Bibliothecarum publicarum, privatarumqve perveſtigationi deditus, (præf. p. 18.) Eruditorum fere omnium, qvi ea tempeſtate eminebant, adminiculo ſuffultus, Bibliothecæ Vaticanæ opibus, per annos XVIII. qvibus Romæ fuit, & *Agentis Generalis* titulo, negotia ad Hiſpaniam, & utramqve Siciliam ſpectantia Regis Catholici juſſu curavit, ſuſtentatus, (præf.

p.

p. 18. & 37. Auctorum plurium, qvi ante eum Bibliothecas Hiſpanas ſcripſerunt lucubrationibus adjutus, (præf. 32.) aliisqve monumentis jam editis, v. g. *de Exilio*, *Exulumqve Conditione & juribus* (præf. 31. & 37.) jam nomen egregium conſecutus. Et majores omnino in literis feciſſet progreſſus, & Bibliothecam hanc dediſſet ſuis numeris & partibus perfectiorem, ſi tot negotiis civilibus non fuiſſet diſtentus, & nummorum penuria non fuiſſet preſſus. Siqvidem præter ſuppellectilem librariam nullas omnino habebat opes, (præf. p. 38.) & ære alieno gravatus Madriti 1684. hujus lucis uſuram amittebat, cum Bibliothecæ prima pars adhuc eſſet ἀνέκδοτος, & in ſcriniis ejus deliteſceret. Qvam cum in lucem edere non poſſent hæredes facultatibus deſtituti, & ære inſuper alieno preſſi, Cardinalis d' Agvirre, Nicolai olim condiſcipulus, hanc provinciam ſibi imponi paſſus eſt. Hic enim ſuis ſumtibus opus illuſtre ſub prelum ire juſſit, excitata hunc in finem Romæ typographia, & evocato Venetiis Antonio Roſſi typographo. Imo & Bibliothecario ſuo Emmanueli Marci id dedit negotii, ut plagulas ex prelo exeuntes corrigeret, & qvas in margine legimus, notulas adſpergeret. (l. c. p. 38.) Et hac ratione e tenebris in lucem emerſit, hæc recenſio Hiſtorico-Chronologico-Critica Auctorum circiter Octingentorum Hiſpanorum, qvi ab ineunte Imperio Auguſti uſqve ad annum 1670. aliqvid ſcripſiſſe inveniuntur, lingva Latina, Græca, Ebraica, Arabica &c. Adjectis ſubinde obſervationibus

bus qvibusdam doctiſſimis, de Scriptoribus; & librorum Editionibus, verſionibus, fatis, virtutibus & vitiis. Præmiſſa etiam Præfatione eruditiſſima, de Hiſtoria Hiſpanorum literaria. Et adjecto in fine Indice locupletiſſimo, de cujus neceſſitate & utilitate, peculiarem Prologum Lectori legendum dedit Auctor P. 2. T. 2. p. 371. ſeq. Interim negandum non eſt, Bibliothecam antiqvam præferendam eſſe recentiori, & Tomos duos priores arido pumice magis eſſe expolitos, qvam poſteriores. Nec Scriptores Hiſpani omnes ita ordine enumerati ſunt, ut nullus plane in hac ſupputatione deſit, ſive Auctoris incuria id acciderit, ſive intempeſtiva eorum cura, qvi libros cenſendi & judicandi, & expurgandi Romæ ſibi ſumunt poteſtatem. Qvorum ſuperſtitione factum eſſe exiſtimant nonnulli, ut abſit ab hoc Hiſpanorum Catalogo Michael Servetus Hiſpano ſangvine cretus, & cum eo alii. Integra etiam Bibliotheca Hiſpano-Rabbinica, ad qvam Auctor ſubinde provocat, vel deperdita eſt, vel inter blattas tineasqve adhuc neglecta jacet. (præf. p. 36.)

XV.

La Bibliotheque d'Antoine du Verdier Seigneur de Va privas. à Lyon 1585. *Primus* hic eſt, qvi ſcripſit Bibliothecam Gallicam, h. e. Elenchum Scriptorum omnium, qvi Gallica lingua ſcripſerunt, vel alio idiomate uſi, in Gallicam linguam ſunt traducti, Conradi Geſneri exemplo excitatus. Ejusque filum in hac Bibliotheca ſecutus

tus, Scriptores Gallicos ordine Alphabetico digeſtos deſcripſit, eorumqve Editiones, verſiones, laudes & maculas notavit; Inedita etiam nonnulla indicavit, & ex editis interdum excerpta uberiora attulit, qvam Lector, qvi delicatioris eſt ſtomachi ferre poſſit. Ratio etiam ſcribendi & loqvendi eſt obſoletior, & in iis qvi vorſa oratione ſcripſerunt, multo ſtudioſior eſt Auctor, qvam in iis qvi ſcripſerunt oratione prorſa. Nec ipſe p. 81. ubi operum ſuorum adfert indicem diffitetur, inſtitutam eſſe tantum hanc Bibliothecam, non expolitam. Qvæ laudatur tamen a D. G. Morhoffio in Polyhiſtore *L.* I. C. 18. §. 21. p. 219. qvod ſumma cura in ea recenſeantur libri, & ejus etiam eſt commatis, ut optandum eſſet, *Bibliothecam Italicam* qvam Auctor habuit ſub manibus pari ratione ab eo ad umbilicum eſſe deductam.

XVI.

Iohannis Balei Scriptorum illuſtrium Majoris Britanniæ Catalogus, a Iapheto per 3618. *Annos usqve ad annum* 1557. *poſt Chriſtum natum ex variis auctoribus collectus* &c. Baſileæ apud Iohannem Oporinum. Sine Anno. Opus Hiſtorico-Literario-Eccleſiaſticum perrarum. De qvo Chriſtianus Daumius in Epiſtola ad Reineſium p. m. 13. *Turpiter oblitus ſum coram de multis, ut, de Ioh. Balei Centuriis Anglicanis inqvirere, quem utinam vel ad octiduum aut quatriduum ſaltem oculis uſurpare liceret, toties & tamdiu fruſtra qvæſitum deſideratumque.* Hæc Daumius A. C. 1650. qvo plura ad-

adhuc extabant hujus Syſtematis literarii exempla quam hodie, qvo diſparuerunt plane in officinis librariis, & in Bibliothecis tantummodo publicis interdum reperiuntur. Unde & pluribus inviſum. Iis etiam, qvi oculis ſe uſurpaſſe idipſum ſimulant. Qvorum nomina adſcribere religioni nobis ducimus. Nec audiendum putamus Philippum Labbeum, & Nicolaum Antonium, qvorum ille in Bibliotheca Bibliothecarum p. 337. Baleum multa in gratiam Anglorum ſuorum finxiſſe, ſuppoſuiſſe, mentitum eſſe; Hic autem in præfatione Bibliothecæ Hiſpanicæ T. I. præmiſſa p. 29. Hominem ſubleſtæ fidei dicit Baleum. Dicunt enim tantum, ſed non probant. Et eam ob cauſam dicunt, qvia de Pontificiorum ſacris tam acerbe loqvitur Baleus in hiſce Centuriis. Qvas laude digniſſimas cenſet Ioh. Henr. Hottingerus in Bibliotheca Orientali *L.* 3. P. 2. c. 2. p. 58. Neqve id immerito. Siqvidem dictio pro ea ætate ſatis caſtigata eſt. Oeconomia autem ad rationem temporis accommodata. Scriptoresqve Britannici plus qvam mille qvadringenti ab A. M. 1909. usqve ad A. C. 1557. enumerati (p. 702.) atqve ex iis Auctoribus, qvorum vel nulla vel admodum exigua apud nos extat notitia. Unde & Bibliothecarum, & Catalogorum, & Hiſtoriæ literariæ Scriptores, mirum qvantum ex hiſce Collectionibus locupletari poſſunt & emendari. Adde ſexcenta ἀξιομνημόνευτα, Eccleſiaſtica, civilia, naturalia, Geographica &c. qvæ in hiſce Centuriis occurrunt, & fruſtra alibi qværuntur. Scriptorum etiam ævi medii tan-

tantum cumulum, ut in ſtuporem lectorem conjicere valeat. In qvibus non diffitemur multa eſſe admodum obſcura nomina. Res etiam nonnullas, ſi non prorſus fabuloſas, tamen ex Scriptoribus non ſatis fide dignis excerptas. Qvasdam etiam mordaciori ſtilo deſcriptas, qvam fas eſt. In qvibus eæ ſunt inprimis, qvæ ad Eccleſiæ Pontificiæ ortum & progreſſum pertinent, in qvibus enarrandis Auctor vehementior eſt, & ita fervidus, ut vix ſibi temperet ab opprobriis & amaris ſalibus; Attamen pleraqve ejus ſunt metalli ut aſteriſco notari, & linea rubra ſubduci mereantur. Et in iis eſt etiam, qvam Centuria VIII. Num. C. p. 702. de ſemetipſo condidit Hiſtoria, cum monumentorum editorum & ineditorum Elencho, in Papatu & extra eundem a ſe oratione proſa & vorſa, ſermone latino & Britannico, elaboratorum.

XVII.

Michaëlis Hertzii Bibliotheca Germanica, ſive, notitia Scriptorum rerum Germanicarum. Erfurti 1679. Notitiam Scriptorum rerum Germanicarum exhibet auctor, non vero notitiam Scriptorum Germanicorum, hoc eſt, non eos indicat, qvi Germanico ſangvine creti aliqvid mandarunt literis; Sed eos qvi de rebus Germanicis aliqvid prodiderunt, ſive indigenæ fuerint, ſive alienigenae. Et ſane non defuit eidem ſedulitas; Sed defuit Bibliothecarum publicarum uſus, & privatarum copioſior theſaurus, & librorum editorum & ineditorum tantus apparatus,

ratus, qvo nosmet hodie ſuperbimus. Inde enim factum eſt, ut ex Scriptoribus rerum Germanicarum in hac Bibliotheca complures omiſſi ſint ac præteriti. Nonnulli etiam non ſatis exqviſite adducti, ſive nomina eorum ſpectes, ſive ſcripta. Qvod tamen auctori omnino condonandum eſſe arbitramur, tum ob rationes allatas, tum etiam qvod primus fuit, qvi fragilem huic truci commiſit pelago ratem. Nec timuit præcipitem Africum, decertantem aqvilonibus. Ordinem enim in eo deſiderat, B. G. Struvius in ſelecta Bibliotheca Hiſtorica C. 17. §. 1. p. 144. A qvo maxime commendatur ab aliis, & commendari etiam meretur. Joh. Burch. Menkenius *in vollſtändigen Verzeichniſs derer vornehmſten Geſchicht-Schreiber*, *Num.* 39. *pag.* 122. *Man findet in dieſer Bibliotheqve des Hertzii die Geſchicht-Schreiber von Teutſchland, und alte Chroniken in einer natürlichen, und vor einen Liebhaber von dergleichen Dingen ſehr beqvemen Ordnung.* Et nobis etiam oeconomia hujus operis tam præclara videtur, ut, ſi eam cum alia commutaviſſet Auctor, de dignitate & forma & ſpecie multum deceſſiſſe exiſtimemus. Utinam a materia ita commendari poſſet hoc opus Hertzianum, qvam a forma poteſt. Recte enim Auctor Doctiſſ. *des unmaſsgeblichen Vorſchlages, wie eine Bibliotheque der Teutſchen Geſchicht-Bücher verferriget werden ſolle* p. 13. monet: Scripta non omnia in ea reperiri, qvæ ad res Germaniæ illuſtrandas pertinent. Neqve etiam repertum iri fortaſſis, etiamſi locupletata denuo in lucem exeat, & de iis, qvæ in ea occurrunt, nihil reperiri

præ-

præter ſolos titulos. Atqve hinc ſe excitatum ſcribit, ſuppeditandi conſilium, qvomodo huic malo medicina parari, & Bibliotheca Germanica plenior & exactior concinnari qveat, h. e. ut verba ejus noſtra faciamus: Catalogus rerum Germanicarum, ſive recenſio omnium ſive editorum ſive MSCtorum Auctorum, Libellorum, Diplomatum, Sigillorum, Numiſmatum, Epitaphiorum, Statuarum, hujusqve generis monumentorum, hiſtoriam, præcellentiam, juraqve nationis Germanicæ exhibens, qvæ in notitiam venire potuerunt, addito ſemper judicio & animadverſionibus neceſſariis, multos errores, aut etiam veritates hactenus occultas non paucas detegentibus &c. Nec diffitemur conſilium eſſe optimum. Sed Opus ipſum eſt ejus commatis, ut optandum idipſum magis, qvam ſperandum videatur.

XVIII.

D. Bernardi de Montfaucon Palæographia Græca, Pariſiis 1708. Opus Hiſtorico-Criticum XX. annorum. In qvo Auctor Joh. Mabillonii exemplo excitatus, qvi Gramatiſticæ latinæ & rei diplomaticæ Hiſtoriam magna cum cura & diligentia deſcripſerat, de Græcorum varia ſcribendi ratione pro varietate temporis, & inde nata diſciplina, qvæ ſuperſunt MSCta, internoſcendi, dijudicandi, & diſtingvendi, ita egit, ut ante eum nemo unqvam telæ ejusmodi pertexendæ manum injicere auſus ſit, nec poſt

eum facile qvisqvam eidem abſolvendæ manum admovere ſit auſurus.

Meqve abigunt umbræ, & larvalia ſpectra virorum. Nec Montefalconio contigiſſet hanc adire Corinthum, niſi venti undiqvaqve ſecundi impleſſent ejus turgida vela. Omnes enim fere Bibliothecas, qvæ ſunt in Gallia, Italia, Neapoli, Sicilia &c. perreptavit. Et tot Græcos Codices verſavit manu, qvot vix qvisqvam alius. Nec facultas, iis commode utendi, eidem defuit. Atqve hinc tanta ſeges rerum, qvantam alibi fruſtra qværas, de Græcorum antiqvorum re literaria, v. g.

(1.) Codices omnes Archetypos, unde reliqvi ducti ſunt imitando, ab origine rei literariæ Græcorum usqve ad Seculum IV. poſt C. N. eſſe deperditos p. 1. 11. 151.

(2.) Florente priſcorum Græcorum Republica ſexcenta omnino eſſe ſcripta, & literarum monumentis mandata, ſed ejus ætatis ſcriptum nullum, niſi in marmoribus & nummis ſupereſſe veſtigium, p. 108.

(3.) In marmoribus vetuſtiſſimum eſſe id, qvod binis inſcriptionibus Athenienſibus, Jonico vetere charactere, exaratis, Anno ante C. N. 450. condecoratum, ab illuſtriſſimo D. Marchione de Nointel, Regio in aula Conſtantinopolitana Oratore, Athenis opera D. Galland erutum eſt, p. 133.

(4). Ac

(4.) Accentus & Spiritus Seculo circiter VII. & VIII. vocibus Græcis fuiſſe additos. p. 185. & 223.

(5.) Literas Græcorum unciales, & diviſas & ſeparatas fuiſſe in MSCtis codicibus, usque ad Seculum VIII. & IX. qvo Scriptores cœperunt easdem colligare. p. 185. 262. 263.

(6.) Spirituum olim figuram fuiſſe nullam, poſtea angularem h. m. ⊣ ⊢ tandem Seculo IX. ſemicircularem ' ' invectam eſſe p. 237.

(7.) Literarum compendia, qvæ abbreviaturas vocare ſolent barbaro vocabulo, Seculo demum IX. fuiſſe frequentata. p. 341.

(8.) Codices dari reſcriptos, h. e. in quibus ſcriptura prima & antiquiſſima arte eraſa, & ejus loco alia recentior ſubſtituta & ſuperſcripta. p. 318.

(9.) Diplomata Græca in Bibliothecis Occidentalibus extare perpauca, in Orientalibus plura. p. 378.

Largiores nobis appoſuiſſet dapes Auctor doctiſſimus, ſi Bibliothecas Orientales, & eas præcipue, qvæ ſunt in monte Atho, perluſtrare potuiſſet. Et ſi Occidentales omnes, Venetæ cumprimis, eidem patuiſſent; Et ſi ad perveſtigandos eos, qvorum copia ipſi facta eſt, Codices, plus temporis, & operæ, & curæ adhibere potuiſſet; Interim multa docuit, quæ ante eum ignorabamus. Et ſi qua ſunt interdum

veritati minus conſona. v. g. Hebræos olim charactere Samaritano uſos, (Præf. p. 5. & in Opere p. 120.) Græcos ante Cadmum nullas habuiſſe literas p. 115. Ea vel pro non ſcriptis habenda ſunt, vel in eorum locum alia, qvæ cum veritate magis congruunt, ſubſtituenda. v. g. Ante Simeonem Metaphraſten Vitas Sanctorum apud Græcos fabulis, & portentoſis narrationibus fuiſſe refertas p. 269. 273. Qvod enim divinationibus ſuis interdum tribuit nimium, & de literis inſvetis, obſcuris, exeſis, vocibus item mutilis, perplexis, deletis, & aciem oculorum omnem refugientibus, Inſcriptionibus etiam temporum caligine obductis, tam audacter pronunciat, ac ſi perfectam earum haberet notitiam, id cum iis commune habet, qvi antiqvitatibus literariis eruendis navant operam. Hi enim plerumqve marmorum omnium, nummorum, & membranarum ſitu & ſqvalore obductarum ſe habere profitentur ſcientiam & ea intelligere, qvæ nec Apollo qvidem intelligat.

XIX.

Pauli Jovii Elogia Doctorum Virorum, Baſileæ 1575. Qui Petro Pomponatio Præceptore uſu N. 71. licentioſius interdum de rebus divini diſſerit, qvam decet Eccleſiæ Chriſtianæ Epiſcopum. Unde & in ſuſpicionem Atheismi adductus eſt, a Gisberto Voëtio in Diſſert. Selectis T. I. p. 204. Attamen dicendi facultat ita valuit, ut non unus ex multis fuerit Orato

ſe

ſed inter multos prope ſingularis, qvi res conqviſitas molli & pellucente veſtire poterat orationis habitu. Qvod cum ex monumentis aliis, (plura enim ſcripſit) tum ex hac Pinacotheca Virorum doctrina illuſtrium patet dilucide; In qva Viros ab avorum memoria, publicatis ingenii fœtibus claros, ea ſerie recitat, qvam ætatis ratio præſcribit, ut natu majoribus juniores locum concedant. Et dici non poteſt qvam præclara, & illuſtria, & lectu digna ſint hæc Elogia, & qvam rebus ſingularibus & maxime raris referta. Quæ licet non omnia extra dubitationis aleam ſint poſita; Facile enim damus Joh. Bodino de Methodo Hiſt. p. m. 71. & Caſpari Barthio L. XLVII. Adverſ. C. V. p. 2193. Jovium narrationibus Hiſtoricis ſubinde fabulas qvasdam Mileſias intexuiſſe; Multa tamen habet non ubivis obvia, & veritati tamen omnino conſentanea, v. g. de Joh. Reuchlino, & Epiſtolis obſcurorum Virorum N. 143. de Erasmo Roterodamo N. 95. de doctis Germanis in Epilogo. Nec Elogia ſcribit tantum Doctorum Virorum; Sed & vituperia. Siqvidem nonnullos ex iis, tantum abeſt ut laudibus illuſtret, ut potius intemperanter laceret; Qvo dente N. 120. Ludovicum Cælium Rhodiginum rodit, & alios. Et cum de mortuis ac fato functis hoc primo agat Volumine, de vivis ſe acturum ſecundo pollicetur. Qvam fidem fata interceperunt.

XX.

Pauli Jovii Elogia Virorum bellica virtute illu-ſtrium, Baſileæ 1575. Scilicet a potiori, qvod ajunt Philoſophi, facta eſt huic Syſtemati denominatio. Non enim omnes, qui in eo enumerantur Heröes Elogio mactati ſunt; Qvin potius ex iis nonnulli graviter reprehenſi, ut Cæſar Borgia Valentinus L. IV. p. 201. Henricus Rex Angliæ L. VI. p. 337. Chriſtiernus Rex Daciæ L. VII. p. 376. Alii: Nec Virorum tantummodo theatrum eſt, ſed fæminarum etiam, ut Eliſabettæ Arragoniæ L. V. p. 271. Et qvi in eo ſpectandi exhibentur Heröes, non unius ſunt gentis, aut regionis, aut generis, ſed ex Europa, Aſia, & Africa conqviſiti. Et monſtroſum ſane eſt Encomium, qvod huic Encomiaſti impertit Gerhardus Joh. Voſſius, de Arte Hiſtorica C. IX. p. 48. Nec inficiamur plane Jovium in multis fluxæ fuiſſe fidei; Siqvidem Mediceæ familiæ plus, qvam decet Hiſtoricum, fuit addictus; Attamen non plane nulla ejus apud nos eſt exiſtimatio. Multa enim habet præclara prorſus, Civilia, Eccleſiaſtica, Literaria, regulas Ethicas, Politicas, militares optimas, Pontificum etiam qvorundam maculas & horrenda crimina v. g. Xyſti L. 3. p. 159. & inprimis Alexandri VI. L. IV. p. 202. ſeq. vivis coloribus ita delineat, ut mirari ſatis nequeamus, qvî fieri potuerit, ut Epiſcopus de Epiſcoporum Epiſcopo tanta libertate diſſerere, &

eidem

eidem tot plauſtra infandorum flagitiorum potuerit exprobrare.

XXI.

Henrici Pantaleonis Phyſici Baſileenſis Proſopographia Heroum atque illuſtrium Virorum totius Germaniæ.

Pars Prima Baſileæ 1565.
Pars Secunda ibidem, eodem.
Pars Tertia Baſileæ 1566. Duo Volumina.

Primus eſt Auctor qvi Viros totius Germaniæ ab O. C. usqve ad A. C. 1565. armis & literis illuſtres collegit, eorumque imagines & deſcriptiones in lucem publicam prodire juſſit, Pauli Jovii exemplo ſuſcitatus, qvod in Epiſtola Dedicatoria Parti I. præmiſſa, non obſcure ſignificat. Ac licet in dictione ad Jovii pompam non accedat, liqvido tamen & fuſo & æqvabili utitur orationis genere. Et omnibus hiſce Tomis multum operæ & induſtriæ impendit, in Tertio autem ſemetipſum ſuperavit, qvo ea qvæ a Maximiliani I. ævo usqve ad A. C. 1565. in Germania eluxerunt ingenia ita delineavit, ut ejus & excellat induſtria, & qvæ in bono Hiſtorico ineſſe debent virtutes omnes præclare eniteant. Ipſe enim Helvetiam, Sveviam, Bavariam, Franconiam, Haſſiam, Palatinatum & Rhenenſem tractum, & uiverſam fere Germaniam peragravit, ut, qvæ ad Tomum hunc Proſopographiæ ultimum abſolvendum eſſent neceſſaria, conqvireret. Literis etiam ſex-

centis ſollicitavit abſentes, ut ſibi laboranti opem ferre non detrectarent. Et in opere ipſo tanta moderatione uſus eſt, ut in deſcribendis iis, qvi religionis & opinionum diſſenſione diſcreparent, ne verbulum qvidem aſperius eidem exciderit. Hæc inquam, Tomi ultimi laus eſt, qvem Auctor ipſemet in Indice dicit eſſe primarium. Sed priores duo non ſunt ejusdem commatis. In iis enim imagines plures ex ingenio artificis confictæ, qvædam etiam ſæpius repetitæ, & Heroibus pluribus ſunt appoſitæ, qvi diverſo longe tempore & loco & Reipublicæ ſtatu vixerunt. Biographiæ etiam non paucæ vel plane fabuloſæ, vel ex fabuloſis Scriptoribus deſumtæ, & omnes miris Elogiis ita refertæ ſunt, ut vitas Sanctorum condidiſſe Auctorem crederes. Sexcenti præterea huic Elencho Germanorum immiſti ſunt, qvi ex ſangvine Germanorum non magis creti fuerunt, qvam Germani ex Æthiopico. Et in monumentorum recenſione, qvam Biographiis ſubdidit, plerumqve tam brevis eſt, ut canem in Ægypto imitari voluiſſe videri qveat, qvi obiter tantummodo & leviter aqvam Nili degustat & fugit.

XXII.

Contrafehe der Herren Fuggen und Frauen Fuggerin, welche in dieſen Geſchlechte gebohren worden, oder zu demſelben ſich Ehelich verpflichtet haben, Augſpurg 1620. Nulla familia (verba hæc ſunt Heinrici Pantaleonis, qvæ extant in ejus Proſopogra-

pographia Parte 3. p. 22.) per totam Europam tam brevi temporis ſpatio opibus & honoribus adeo accumulata fuit, ita ut tandem ob virtutes Barones creati & multis aliis honoribus auĉti fuerint, qvam Fuggerorum. Id qvod Itali etiam de familia Medices Florentiæ prædicant. Cum Pantaleone conjungit judicium Sigismundus *von Bircken* in Speculo Honoris Auſtriaco L. V. Cap. 22. p. 787. *Es hat dieſer Fuggeriſche Stamm in fünf Haupt-Æſten dermaſſen um ſich gezweiget, daſs Anno 1619. bey 47. dieſer Grafen, auch eben ſo viel der Gräfinnen dieſes angebohrnen Namens, ſonſten aber der Nachkommen des erſten Fuggers (Jacobi der 1469. geſtorben) jung und alt und zwar in gleicher Anzahl beyderley Geſchlechts faſt ſo viel als Tage im Jahre ſind gezehlet worden.* Nec nihil ad Reipubl. literariæ incrementum attulit hæc illuſtris Fuggerorum progenies. Cujus non tantum late patuit, in Doĉtos omnes & doĉtrinæ cupidos liberalitas, ſed & amor literarum tantus, ut non pauci ex iisdem animi ſui vires omnes ad ſapientiæ ſtudium contulerint, ut Antonius, Johannes, Jacobus, Georgius, Ulricus, Raimundus, alii, qvi toti fuerunt in ſtudiis. Unde & hoc non tantummodo meruerunt honoris monumentum, qvod in præſenti Opuſculo iis exaĉtum eſt, ſed & magnificentius omnino & ſplendidius, & ære perennius, regalique ſitu Pyramidum altius, in qvo imagines æri inciſæ uberiore Commentatione illuſtrentur. Qvæ enim in hac Sylloge exhibetur tenuior eſt & adſtriĉtior qvam Fuggerorum amplitudo & dignitas permittit. Interim rariſſi-

mum eſt hoc Opuſculum, & propter imaginum præſtantiam in deliciis habendum, qvarum numerus ad 129. excrevit, e quibus pars maxima Kilianos fratres Lucam & Wolfgangum habet Auctores, qvi in arte iconas in æs incidendi æquales non habuerunt.

XXIII.

Guilielmi Rouillii Promptuarium Iconum inſigniorum &c. Pars. 1. Lugduni 1578. Pars. 2. ibidem 1581. Prodiit hoc Opus ea forma, qvæ in Qvarto, qvod ajunt, complicat folia. Sed qvod ad noſtram Bibliotheculam ſpectat exemplum; ex charta pura permixtas habet paginas, iis, qvæ in folio eſſe dicuntur, magnitudine æqvales. Unde & hujus monetæ libellis inſerendum, & cum iis in ſcenam producendum putavimus. Et dubia cogitatione diſtrahi fortaſſis Lectoris animus poſſet: An Guilielmus Rouillius Auctor ſit hujus Promtuarii? Hoc enim legitur tantum in Indice: *Apud Guilielmum Rouillium.* Et parte 2. p. 274. extat: Franciſci Duareni Opera omnia edita ſunt Lugduni apud Guilielmum Rouillium, qvi hoc præſtantiſſimum Opus Iconum concinne & vere & Laconica brevitate confectum, elegantibus (ut ſolet omnia) typis excudendum curavit. Sed Guilielmum Rouillium verum eſſe Architectum hujus Operis patet, ex Epiſtola Dedicatoria, & duabus Præfationibus, & Appendice Parti 2. p. 297. ſeq. annexa, ſive hic Hiſtoriographus a Typographo Lugdunenſi diverſus fuerit ſive

minus.

minus. Nec dubitamus eundem Pauli Jovii Elogiis impulſum eſſe ad hoc Promtuarium excitandum. Hunc enim & laudat in Præfatione altera Tomo I. præmiſſa & in Opere ipſo Parte 2. p. 252. & eundem variis in locis ita exſcribit, ut ipſa verba, & loqvendi modos a Jovio adhibitos retinuerit, qvod dilucide patebit, ſi Erasmi Roterodami, Hieronymi Savanorolæ, Marſilii Ficini, &c. deſcriptiones cum Jovii Elogiis contuleris. Et hoc primum eſt, qvod veru qvaſi prænotato jugulandum exiſtimamus. Cui addimus ſecundum. Scilicet, Imagines fere omnes, quæ Parte 1. deſcriptæ ſunt, & capita Virorum & fæminarum illuſtrium, qvæ ibidem veluti per feneſtellam prominentia conſpicienda præbentur, confictæ ſunt, & φανταςικῶς delineatæ, neqvaqvam autem ex nummis, marmoribus, aut tabulis archetypis deſumtæ. Siquidem multo ante lucis uſuram amiſerunt, qvam ars pictoria, inciſoria, & plaſtica in hoc orbe terrarum innotuit. Accedit tertium. Omnes enim Pontifices usqve ad Calixtum 2. ſive Seculum XIII. omnesqve eruditi poſt C. N. usqve ad Franſciſcum Petrarcham ſive Seculum XIV. omiſſi ſunt. Nec tamen Promtuarium hoc ſuis laudibus privandum eſt. Dictio enim conciſa qvidem, ſed perſpicua tamen, & ornata, & unius coloris, & formæ publicæ reſpondens. Oeconomia ad rationem temporis accommodata & ita diſpoſita ut Pars 1. eos qui ante C. N. Pars. 2. qvi poſt C. N. in republica civili & literaria inclaruerunt comprehendat. Et qvod ad res pictas & ſcriptas attinet.

net. Pictæ Partis 2. cumprimis ex nummis; Scriptæ autem ex Hiſtoricis & Chronographis optimis ſunt excerptæ. Et qvod caput rei eſt; Ex optimis optima v. g. Qvid qvisqve notatu digniſſimum geſſerit, qvid invenerit primus, qvid ſcripſerit &c. Et hæc omnia temperanter, acute, ſincere, moderate ſunt tradita ſine fuco & fallaciis, ira & ſtudio.

XXIV.

D. Pauli Freheri Theatrum Virorum Eruditione Clarorum, Norimbergæ 1688. Non vulgarem ſane, ſed prorſus eximiam ex hoc negotio comparare ſibi potuiſſet laudem Auctor, ſi res eo ſucceſſu terminata fuiſſet ac concluſa, qvem eruditi in votis habebant. Qvid enim jucundius iis accidere potuiſſet, qvam ea uno faſce comprehenſa ſpectare, qvæ disjecta erant undiqve & ſexcentis in Schedis diſperſa? Imagines Eruditorum 1312. Biographias 2800. uno in theatro propoſitas intueri? Res complures alibi non facile obvias legere? Tot ora & vultus eorum cernere, qvorum fama nulla temporis longinqvitate delebitur. Sed eventus exſpectationi non ex aſſe reſpondit. Siqvidem Auctor eo apparatu inſtructus non fuit, qvi ad theatrum ejusmodi πολυκέφαλον extruendum eſt neceſſarius. Nec ita tempore & otio abundavit qvo erat opus. Et qvæ præcipua Syſtematis non abſoluti cauſa fuit, Freherus egeſſit ſpiritum anteqvam conlectanea ſua in ordinem redigere, & expolire, & ultimam iisdem manum imponere

nere potuerit. Atqve hinc illæ maculæ qvæ theatri ornatum & ſpectatorum plauſum extenuarunt. Imagines bene multæ Archetypa ſua vitioſe exſcribunt. Eruditorum etiam eorum ſiſtunt tantummodo capita qvi Seculis ultimis vixerunt in Republica literaria, non autem eorum qvi primis. Et qvæ iisdem Commentationis loco appoſitæ ſunt deſcriptiones Biographicæ non omnes ſunt ejusmodi, ut laudis præmium exigere qveant. Quippe non ex liqvidis fontibus ſunt hauſtæ nonnullæ; Sed ex obſcuris ciſternis, h. e. Concionibus funebribus, Progammatis Academicis, Auctoribus recentioribus; Qvenſtedio, Bucholzero, Gerhardo, Melchiore Adami, MSCtis etiam qvibusdam incertis & Apocryphis, & qvod mireris, novellis interdum Francofurtanis. Plura etiam ſubobſcura hic comparent nomina, & non pauca Virorum celeberrimorum ſunt præterita v g. Hermanni Conringii, Jacobi Thomaſii, Joh. Caſelii, Joh. Sperlingii, Ludovici Cappelli, Renati Carteſii, Baconis de Verulamio. Quædam qvæ vel nullum plane, vel exiguum rei literariæ emolumentum attulerunt, luculenter admodum & ambitioſe deſcripta. Alia leviter & ſtrictim, qvæ plurimum, ut Erasmi Roterodami, Nicolai Copernici &c. Scriptores Homonymi confuſi; Ex uno libello facti duo, ex duobus unus. Et Biographiæ pleræqve ita traditæ, ut nec Hiſtoriam amanti faciant ſatis, nedum Hiſtoriam literariam. Usqve adeo parum in iis obſervantur utriusqve leges & regulæ. Opus tamen rarum eſt, ſi fides Nic. Hieron.

Gund-

Gundlingio, qvi in Hiſtoriæ Erudit. Volum. IV. C. VII. §. 1. p. 6082. *Des Freheri Werck iſt rar und man giebt* 8. 10. *bis* 15. *Rthlr. davor, denn es iſt nicht wieder aufgelegt worden. Mannigmahl findet man doch gleichwohl etwas darinnen welches andere nicht haben.*

XXV.

Melchioris Adami Vitæ Theologorum, JCtorum, Politicorum, Medicorum & Philoſophorum, &c. Francofurti ad Mœnum 1705. Ex tribus editionibus Heidelbergenſis, quæ 1620. tribus voluminibus in 8vo prodiit, eſt optima, qvam ipſemet recognovit & a mendis typographicis repurgavit Auctor. Qvi ſi cum aliis, qvi Biographias Eruditorum vel elucubrarunt, vel elucubratas congeſſerunt, componatur, non facile cuiqvam erit poſtponendus. Sane ſumma eſt in eo navitas, & gravitas, & judicii ſubtilitas; Orationis etiam perſpicuitas, & rerum jucunda qvædam varietas, & perſonarum Selectus. Nec deeſt facile cupiditatum moderatio, niſi in iis narrationibus qvibus Controverſiæ Sacramentariæ continentur, in qvibus partium ſtudio interdum ita abripitur Adamus, ut inſtituti & propoſiti immemor Lectorem diſputationibus Theologicis obtundat v. g. p. 18. 116. Alibi. Qvod condonandum homini Reformatorum Sacris addicto. Et in Hiſtoria Eruditorum tradenda ita verſato, ut Biographiæ ejus omnes lectu ſint digniſſimæ. Et in iis Theologorum præcipue, Lutheri, Pellicani, Melanchto-

nis

nis, Muſculi, Brentzii, Bullingeri, Bezæ &c, qvam primo loco nominare debuiſſemus Calvini. Qvorundam enim memoriam præteriiſſe fatetur, qvod ſubſidiis ad eam conſervandam, & ad poſteros transferendam neceſſariis fuerit deſtitutus. Qvorundam etiam liberos tantum, non libros in lucem editos commemorat, qvia ingenii monumenta nulla poſt ſe reliqverunt. Et ut ſatietatem longæ orationis effugiamus, dicemus breviter: Egregiam eſſe hancBiographiarum Syllogen & ad augendam & illuſtrandam Hiſtoriam Eccleſiaſticam & literariam recentiorem ita utilem, ut nihil majoris emolumenti eſſe qveat, dignamqve idcirco qvæ emendationibus & acceſſionibus locupletata denuo ſub prelum ire jubeatur.

XXVI.

Cyriaci Spangenbergs Hennebergiſche Chronica, Strasburg 1599. Auctor optimus in iis, qvi res Hennebergenſes literarum monumentis commendarunt, qvia meliorem nondum habemus, qvod nos qvidem ſciamus. Qvæ enim a Chriſtophoro Junckero & aliis, cæpta eſt Hiſtoriæ Hennebergenſis tela in principiis hæſit, tantum abeſt ut ad finem perducta ſit. (2.) *Monumenta Clarorum doctrina præcipue toto orbe terrarum Virorum collecta paſſim & maximo impendio cura & induſtria in æs inciſa ſumtu & ſtudio D. Sigefridi Rybiſch* &c. Francofurti 1689. Qui horum monumentorum in allato indice Auctor dicitur D. Siegfridus Rybiſch Conſiliarium Cæſa-

ſareum fuiſſe ſcribit Eraſmus Franſciſci *Im Ausländiſchen Kunſt-und Sitten-Spiegel* Sect. 2. p. 1530. Ubi addit, eundem manu ſua has omnes imagines delineaſſe, & æri ſuis ſumtibus incidi curaviſſe. Quæ licet tertia vice in vulgus prodiiſſe dicantur; Rariores tamen ſunt, & minus ſæpe in Bibliothecis, nedum in tabernis Librariis occurrunt. Quod eo magis dolendum eſt qvo plus jucunditatis & utilitatis Lector, harum deliciarum intelligens, ſibi ex iis promittere poteſt. Qvi totuplex emolumentum inde valet eruere, qvotuplex Joſephus Scaliger ex Gruteri inſcriptionibus exſculpſit, Theologicum, Hiſtoricum, Geographicum, Grammaticum, Politicum &c. Caute tamen & circumſpecte hæc omnia verſanda ſunt. Non enim omnes clari doctrina fuerunt, qvorum monumenta hic viſuntur. Nec monumenta omnia ejus ſunt generis, ut in ſuſpicionem parum rectæ fidei venire non qveant. Primum enim ſtatim & ſecundum, h. e. Antenoris & T. Livii eſſe ſuſpectum docet Joh. Baptiſta Ferretius in Muſis Lapidariis Libr. V. Mem. XII. p. 321. Nec melioris notæ eſt tertium, qvod M. Tullii Ciceronis eſſe dicitur. Ovidii autem Epitaphium p. 6. non convenit prorſus cum eo qvod a Ferretio producitur l. c. L. II. Mem. XXI. p. 113. Et alia nonnulla ita ſunt involuta, ut, qvid ſibi velint, vix ab Apolline diſpici qveat, ſane præter Sibyllam conjiciat nemo. Et rem longe gratiſſimam Eruditis omnibus feciſſet Auctor, ſi hæc monumenta commentario illuſtraſſet, vel indice ſaltem perſonarum & rerum inſtruxiſſet.

XXVII.

XXVII.

Petri Lambecii Liber primus Prodromi Hiſtoriæ Literariæ, nec non Libri Secundi qvatuor Capita Priora cum Appendice, Hamburgi 1659. Prima hæc eſt Editio Lambeciani Operis, qvod ſpatio brevi interjecto diſtractum, vix comparuit in tabernis librariis. Siqvidem exemplaria non ita multa erant excuſa, eaqve ipſius Auctoris ſumtibus, qvibus vendendis hedera diuturna non erat Opus, qvoniam vinum ejusmodi antea vix notum, & ſæpius expetitum, facile emtorem reperiebat. Qva autem ratione ad Hiſtoriæ Literariæ Syntagma condendum ſe accinxerit Lambecius, ipſemet copioſe exponit in Prolegomenis. Et qvam periculoſæ plenum Opus aleæ tractent qvi Lingvarum, & Scriptorum, & diſciplinarum, Artiumqve & inventorum omnium Hiſtoriam moliuntur, egregie docet J. A. Fabricius in præfatione Editioni Secundæ præmiſſa. A qvo tantum abeſt ut diſſentiat Lambecius, ut facto idipſum teſtatus ſit, qvod verbis Fabricius, dum uſqve adeo procul abeſt a faſtigio cœpti hujus ædificii, ut prima fundamenta vix jecerit. *Primus* tamen eſt, teſte Fabricio l. c. qvi corpus Hiſtoriæ Literariæ complecti animo, & delineare aggreſſus eſt. Non minus præclaro auſu, qvam Plinius naturæ rerum Hiſtoriam. Qvæ (ejusdem Fabricii hæc verba ſunt) omnium præconiis digniſſima, vicies milleſimam naturæ partem ne de nomine tangit qvidem, nedum plene exacte & perſpicue omnia Dei

opera perſeqvitur, aut origines, texturam, ingenium, partes, vires, uſus, cauſas, effectus horumqve modos aut rationes, de ſingulis ad fidem tradit. *Duodecim, credo, Legiones Angelorum ad hoc exeqvendum vix ſufficiant*, nedum unius hominis ætas, perſpicacia, calamus, ingenium.

XXVIII.

Petri Lambecii Prodromus Hiſtoriæ Literariæ. Lipſiæ & Francof. 1710. Ecce Editionem Secundam Syntagmatis qvo Lambecius Hiſtoriæ Literariæ Univerſalis imaginem adumbrare conatus eſt. Atqve in ea, 1.) Inſcriptio fere tota eſt immutata. 2.) Opus ipſum eſt auctum ab eo, qvi ejus curam ſuſcepit, J. A. Fabricio a) Præfatione perelegánti de non ſperando Syſtemate perfecto Hiſtoriæ Naturalis, Civilis, Eccleſiaſticæ & Literariæ b) Lambecii Itinere Cellenſi c) Alexandri Ficheti Arcana ſtudiorum Methodo d) Wilhelmi Langii Catalogo MSCtorum Bibliothecæ Mediceæ. Hic autem Codex noſter infinitis fere notis MSCtis eſt accumulatus, & cujusvis capitis fronti inſcriptum, qvid laudis, qvidve maculæ in eo inſit, & qvid de eo arbitremur, eſſe exiſtimandum.

XXIX.

Joh. Chriſtophori Beckmanni Beſchreibung der Stadt Franckfurt an der Oder, cum notitia Univerſitatis Francofurtanæ & Iconibus & Catalogo Librorum

rum Bibliothecæ Francofurtanæ, Francfurt 1706. Scilicet continetur in hoc volumine:

(1.) *Chronicon Civitatis Francofurtanæ* a prima Origine ſive A. C. 146. uſqve ad A. C. 1700. Qvod cœptum a Wolfgango Juſto ſive Jobſto Medico Doctore & Profeſſore Phyſices (1675. ibidem denato) poſteaqve a J. C. Beckmanno uſqve ad Seculi XVIII. initium productum, & jucunditate & utilitate tenere Lectorem poteſt.

(2.) *Notitia Univerſitatis Francofurtanæ*. In qva maximam partem faciunt vitæ eorum, qvi munere docendi in hac Academia perfuncti ſunt. Atqve in iis præclara ſunt multa & luculenta & recondita; Sed non omnes hæ Biographiæ ſunt ejusdem commatis. Siqvidem pleræqve nimis ſunt contractæ, & macilentæ & qvaſi tabe qvadam exeſæ. Ut ipſius, qvi condidit Chronicon hoc Francofurtanum, Wolfgangi Juſti, qvod p. 72. allatum, vix ſex lineolas occupat. Et, qvod in Hiſtoria literaria inprimis reqviri ſolet; in plerisqve Doctorum deſcriptionibus deeſt, monumentorum ab iis editorum Catalogus, & qvicqvid ad conſilia, & fata, & eventus eorum literarios rite cognoſcendos pertinet.

(3.) *Catalogus Librorum Bibliothecæ Francofurtanæ*, Qvæ cum nec multitudine Scri-

D 2 pto-

ptorum, nec raritate, nec ſelectu ſe commendare qveat admodum, fortaſſis Lectori aliqvid voluptatis adferre potuiſſet, ſi, qvi in ea aſſervantur Codices, pro diverſitate Facultatum, Artium & Scientiarum potius, qvam pro diverſitate nominum fuiſſent digeſti, qvæ Auctoribus ſunt propria. Nec Homonymi fortaſſis toties confuſi, qvod in hac Librorum diſpoſitione factum eſt, notante Joh. Mollero in Homonymoſcopia variis in locis. Et Joh. Fabricio hæc omnia repetente in Hiſt. Bibl. P. 2. N. 117. p. 522.

XXX.

Philoſtratorum qvæ ſuperſunt omnia Græce & Latine, ex MSCtis Codicibus recenſuit, notis perpetuis illuſtravit, verſionem fere totam novam fecit, Gottfridus Olearius, Lipſiæ 1717. Ex XIII. Philoſtratis, qvorum Catalogum texit J. A. Fabricius in Bibl. Græca l. IV. c. 24. p. 54. Tres inprimis agnoſcit Gottfridus Olearius in præfat. horum Operum, qvæ a Philoſtratis elucubrata creduntur. Atqve in eorum monumentis ita verſatus eſt Vir doctiſſimus, ut recte omnino judicaſſe exiſtimemus J. A. Fabricium l. c. p. 53. Vere affirmari poſſe, vix ullum noſtra ætate Græcum auctorem tam diligenter & docte expolitum prodiiſſe, ſive Græca ad MSCtos codices Vaticanos, Anglicos, Uratislavienſes & in Vitis Sophiſtarum ad Putſchianum caſtigat

gate edita, ſive verſionem perſpicuam atqve accuratam, qvæ tota fere nova addita eſt, ſive adjunctas notas præclaras & Prolegomena doctiſſima præmiſſa reſpicias. Tabulæ qvoqve Chronologicæ & indices adjecti Lectorum commodis bene conſulunt, & chartæ typorumqve nitor eximius oculos delectat. Hactenus Fabricius. Nec qvicqvam labis intulit huic Editioni *Spicilegium aliqvot in Philoſtratum animadverſionum*, qvod eodem anno 1709. Wittebergæ unica plagula in f. prodiit. Hoc enim totum disjectum in Actis Eruditorum A. C. 1709. Menſ. Octobr. p. 435. & ita contritum eſt, ut, qvod Olearii famæ, qvam illuſtri hoc Opere conſecutus eſt, detrimento eſſe qveat, vix aliqvid ſupereſſe videatur.

XXXI.

Wolffgangi Lazii de Gentium aliqvot migrationibus, Sedibus fixis, Reliqviis, Lingvarum initiis, & immutationibus ac dialectis, Libri XII. Francofurti 1600. Habitavit Wolfgangus Lazius Vindobonæ (Petri Lambecii hæc verba ſunt qvæ recitamus in Comment. de Biblioth. Vindobon. L. 2. c. 1. p. 33.) in viculo Judæorum, vulgo *das Juden-Gæſslein*, juxta antiqvum forum tædarium, vulgo *der Alte Kien-Marckt*, retinet ea domus etiam nunc celeberrimi iſtius poſſeſſoris nomen & vocatur vernaculo ſermone *der Lazen-Hoff*. Veteres autem inſcriptiones qvæ olim ibi extiterunt variis modis poſt mortem Lazii vel omnino periere, vel in diverſa alia

loca translata ſunt. &c. Atqve hæc neutrius generis ſunt, nec bona nec mala, ſi famam ſpectes hujus Viri. Sed qvæ ſeqvuntur non ſunt ejusmodi. Diploma Friderici qvo fundatio Academiæ Vindobonenſis continetur a Lazio fuiſſe corruptum, tabulasqve authenticas ſomnolenter deſcriptas l. c. prodit Lambecius. c. 4. p. 83. Loca qvædam Auctorum indiligenter inſpecta l. 2. c. 5. p. 456. Inſcriptiones non ea circumſpectione deſcripta, qva decet l. 2. c. 8. p. 637. Plura ſunt qvæ Lambecius l. c. de Lazio affert ad ignominiam ejus ſpectantia. Sed honorificentius de eo differit, Joh. Burch. Menckenius *im Verzeigniſs der vornehmſten Geſchicht-Schreiber* n. 33. p. 83. *Lazius war eben kein ſcharffſinniger Mann, und lieſſe ſich viel Fabel-Werck blenden, doch werden ſeine Schrifften von curieuſen Leuten ziemlich geſuchet, und ſind auch nicht mehr wohl zu haben.* Et Thomas Pope Blount in Cenſura Celebr. auctorum p. 687. Tractatus Wolfgangi Lazii de migrationibus Gentium eximius eſt, qvamvis plures fabulas eidem immiſcuerit. Et ſane multis nominibus & laude dignum ſe oſtendit hic Vir & Vituperio. Nam licet non tam vendibilis orator ſit, ut neſcias qvid ei deſit. Non tamen eſt indoctus, nec tardus ad excogitandum, & verbis ſatis profluens & ſolutus. Rerum etiam inopia non preſſus qvæ ad Hiſtoriam civilem pertinent, ſpeciatim Germanicam. Sed iis qvæ ad incudem hanc tundendam & argumentum exornandum reqviruntur exiliter inſtructus. Etenim qvam parum agit de iis, de qvibus

bus maxime ſe acturum pollicetur, Gentium migrationibus; lingvarum initiis, & immutationibus & dialectis? Et qvot contra arceſſit *ἀπροσδιόνυσα*? Incerta, lubrica, falſa, & a comperta fide oppido aliena. Plura ſuſpecta. Aliena vero, & nihil ad hos corymbos facientia, qvam plurima. Genealogica præcipue, qvibus totum hoc Opus ita diſtentum eſt, ut ſi ea demſeris, Libri omnes duodecim eam moleculam vix retinebunt, qvam habet *Primus*, qvi tribus tantummodo conſtat foliis.

XXXII.

Georgii Mathiæ Kônigii Bibliotheca Vetus & Nova Altorfii 1678. De qva (ut prætereamus Joh. Molleri acerbiorem Criſin in Proaulio ejus in Introd. in Hiſtoriam ducatuum Cimbricorum p. m. 23.) Vir alioqvin *κριτικώτατος* Dan. Georgius Morhofius in Polyhiſt. L. I. c. 18. n. 24. p. 217. Non facile memini majori apparatu venditatum eſſe ullum librum qvam hunc; Qvia, ut titulus præfert, totius orbis literati opes, ab ipſis incunabulis ad noſtra uſqve tempora pollicetur. Sed totus ille liber exigua plane induſtria congeſtus, e Catalogis variis undiqvaqve & undiqve corraſus. Hiſtoria qvæ breviter annectitur nonnunqvam de Viris doctis falſa eſt, Libri affinguntur qvibusdam, de qvibus nunqvam forte illi cogitarunt. Omnia manca ſunt & mutila. Nam de Viris celeberrimis qvi hodie vivunt vel nuper deſierunt vi-

vere, leviora qvædam ſcripta referuntur, præteritis dignioribus. Hactenus Morhofius. Sed non ſatis æqvum nobis hoc videtur judicium, atqve, ex animo offenſo profectum, qvod obiter tantum & velut in transcurſu Morhofiani nominis mentionem feciſſet in hac Bibliotheca Königius p. 554. Non enim hoc præ ſe fert inſcriptio, totius Orbis literati Opes in hoc volumine contineri. Nec tam portentoſus jactator erat Auctor, ut modulo ſe ſuo ac pede metiri neſciviſſet. Qvi in Bibliotheca ipſa ne γρὺ qvidem de ſe & ſuis monumentis, & de Georgio Königio Parente perpaucas tantumodo attulit lineolas. Nec totus liber exigua plane cura congeſtus eſt, & ex Catalogis variis undiqvaqve & undiqve corraſus. Aſpice enim primam ſolummodo paginam, & ilico videbis a ſententia Morhofii faciendum eſſe divortium. In ea enim neqvaqvam ad Catalogos remitti Lectorem Auctor, aut alia hujus generis ſceleta literaria carnis & Sangvinis & Spiritus expertia; Sed ad Hiſtoriæ literariæ Scriptores luculentiſſimos Ebraicos, Græcos, Latinos, antiqviores & recentiores, R. David Gantz, Auctorem Schalſcheleth Haccabala, Jamblichum Photium, Svidam, Anaſtaſium Bibliothecarum, Theophilum Spitzelium, Philippum Labbeum, Joh. Gottfridum Olearium &c. H enim omnes in ipſo limine obventant tibi, in prima ſtatim pagina ſe conſpiciendos præbent, procul o procul abeſſe juſſis omnibus Catalogorum conſarcinatoribus. Et tantum abeſt ut omnia manca ſint & mutila, in h

L

Librorum Sylloge, ut ex omnibus Bibliothecis univerſalibus, hancce exiſtimemus eſſe optimam & perfectiſſimam. Cui ſi qvid deeſt. Sicut deeſt omnino aliqvid, ut poſtea dicemus, tempori id tribuendum eſt & Auctoris fato, non ejus ſomnolentiæ, qvi Johannem Baleum aliosqve Auctores, ea tempeſtate jam vulgatos, non vidit, eos autem qvi vulgati nondum erant, ut Nicolaum Antonium, J. A. Fabricium, J. C. Wolfium &c. videre non potuit.

XXXIII.

Georgii Mathiæ Kőnigii Bibliotheca Vetus & Nova, Altorfii 1678. Scilicet hic ille Codex eſt, qvo per annos 40. & amplius uſi ſumus velut Enchiridio, & Lexico Literario cottidianis noſtris uſibus inſerviente. Et cum paginis ſingulis impreſſis paginas chartæ puræ adjungi curaverimus, ampliſſimus nobis adapertus eſt campus, huic operi id addendi qvod eidem deeſſe animadvertimus. Et hinc infinitæ illæ acceſſiones, qvæ in hoc volumine viſuntur. Nos enim, ut hac Bibliotheca cum emolumento & utilitate frui poſſemus, eandem cum aliis hujus generis monumentis ſubinde compoſuimus, & hac ratione innumerabilibus in locis

(a) *Emendavimus* in nominibus propriis, rebus literariis, notis arithmeticis vel amanuenſium vel typothetarum incuria depravatis;

(b) *Locupletavimus* allatorum.

a) *Auctorum* numerum,
b) *Scriptorum* Catalogum,
c) *Judiciorum* apparatum,
d) *Narrationum* cumulum.
e) *Teſtium* Synodum.

Et harum acceſſionum ſeries tot annis in tantam molem excrevit, ut, ſi iisdem ſtipata denuo ſub prelum iret hæc Bibliotheca, id ſane vix ac ne vix qvidem de ea dici poſſet, qvod de hac Editione in Epiſtola Dedicatoria dixit Auctor, eam librorum inſigni numero eſſe conſpicuam, folia autem pauca, craſſitiemqve palma non majorem complecti.

XXXIV.

Vincentii Placcii theatrum Anonymorum & Pſeudonymorum, Hamburgi 1708. Fridericus Geislerus Phil. & J. U. D. & P. P. Lipſienſis A. C. 1669. Diſſertationem concinnaverat ad L. un. C. de nominum mutatione. Eiqve 1671. recuſæ qvinqve decades Scriptorum Anonymorum addiderat. Et hic Placcio primam occaſionem ſubminiſtravit, cogitandi de hoc argumento, & Scriptorum Anonymorum & Pſeudonymorum qvendam colligendi exercitum, qvod ipſe fatetur in Syntagmate de Scriptis & Scriptoribus Anonymis c. 3. p. 33. & c. V. p. 50. Atqve hac tuba qvaſi de ſomno excitatus A. C. 1674. Syntagma de Scriptis & Scriptoribus Anonymis & Pſeudonymis vulgavit primum, qvod Ham-

Hamburgi typis exſcriptum eſt in 4to. Tum Johannis Rhodii Catalogum Auctorum ſuppoſititiorum ad Autographum Auctoris fideliter expreſſum eodem anno & loco eademqve forma prelo ſubjici curavit, notulisqve qvibusdam illuſtravit. Et tandem huic theatro extruendo ſe accinxit, cui expoliendo A. C. 1699. eſt immortuus. Et ſane poſt natam Rempublicam literariam nemo fuit qvi tantum laboris & induſtriæ ad hoc argumentum attulerit qvantum Placcius; Vir omnibus artibus, qvæ ad humanitatem pertinent, præclare ornatus, librorum etiam apparatu non cottidiano inſtructus, ſiqvidem qvater mille volumina & amplius Bibliothecæ Hamburgenſi Johanneæ Teſtamento addixit, Commercio inſuper literario, qvod cum plerisqve per univerſam Europam Eruditis habebat, cottidie diſtentus. Et lectione diurna nocturnaqve tot edita monumenta & inedita pervagatus, ut viva Bibliotheca appellari meruerit. Etenim ſupra Sex mille ab eo producuntur Auctores in hoc theatro Anonymi & Pſeudonymi. Sed non omnes ea ratione, ut

Edere non fictos hilari de pectore plauſus

Spectator æqvus & ſapiens valeat. Qvam enim moleſtum eſt, luſtrare tot Symbolarum agmina, nullo ordine digeſta, orationis longitudine & obſcuritate & diverſitate faſtidioſa, ad rem ipſam interdum parum attinentia, & ſibimetipſis nonnunqvam ita contraria, ut Lectorem

ctorem confundant magis qvam inſtruant. V. g. p. 184. n. 892. Qvam injucundum tot Scriptores & ſcripta Anonyma & Pſeudonyma ſilentio eſſe præterita. Cujus commatis tanta moles eſt, ut ex ſolius Theophili Raynaudi Erotem. X. Partit. I. de bonis & malis libris a p. 117. uſqve ad p. 182. integræ Centuriæ produci qveant qvæ in hoc theatro Placciano exulant. Qvam inſvave, qvædam ita eſſe allata, ut Auctori Opere in longo qvandoqve ſubrepſiſſe ſomnum manibus palpare qveas. Cujus rei luculentum eſt exemplum qvod p. 425. n. 1711. legitur, ubi Opus inſigne Danielis Dykii qvod *noſce teipſum* inſcribitur, ex Anglico ſermone in Germanicum translatum dicitur a D. P. H. h. e. a Theodoro Hakio. Qvod nec ſatis conveniens cum allatis literis primordia nominum referentibus, nec ad rei totius rationem percipiendam ſatis ſufficiens. In indice enim hujus Libri non illa extant ſigla, qvæ producit Placcius. Sed hæc D. H. P. ſub qvibus latere voluit *Deodorus Hake Palatinus*. Qvi in bello tricennali ex Anglico Sermone in Germanicum transtulit eundem Coloniæ, ut Crypto-Evangelicos qvosdam mœrore afflictos, & gravi perſecutione preſſos, & ſub trabibus privatis rebus ſacris operam dantes erigeret & confirmaret. Atqve hinc illa verba qvæ extant Parte 2. c. VI. p. 711. *Es iſt offenbar*, was *doch die Urſache ſey*, *daſs die ruchloſe und unbuſsfertige Welt*, *ja* wir *ſelbſt ſo gar ſicher und empfindloſs in unſern Sünden und Greueln dahin leben*, *daſs* wir *nicht aufhören GOtt entgegen zu* wandeln, *wie hart*

er

er uns auch ſtraffet und heimſuchet. Und ob er ſchon nun eine Zeithero, ſonderlich in dieſen Teutſchen Landen, *von Jahr zu Jahr ſeine Plagen über uns wegen unſerer Halsſtarrigkeit und Unbuſsfertigkeit ſiebenfältig vermehret &c.* Sane Germanum fuiſſe hujus libri parentem dicas, non Anglum, non Danielem Dykium, non qvendam in Brittannia Antiſtitem, ſi legas hunc locum; Sed ſi in mentem revoces, qvæ diximus, facile intelliges; Interpretis eſſe hanc Parentheſin, non Auctoris, qvi ab exemplo Anglicano deflectens hic qvædam vel immutavit vel inſeruit, qvæ magis ad cives ſuos pertinere arbitraretur. De qvibus rebus omnibus ne tantillum qvidem habetur in Placcii theatro. Et ut ſummatim exponamus qvæ noſtra de eo ſit ſententia. Egregia ſane congeſſit Auctor Conlectanea, ad Opus ejusmodi de Anonymis & Pſeudonymis concinnandum, ipſe autem ultra principia non proceſſit,

Non molem ſecuit, nec ſectam in membra redegit,
Nec membris nervos circumdedit omnibus omnes,
Inſuper infuſa roſeo cum ſangvine vita.

Et bene feciſſent qvi curam hujus theatri ſuſceperunt, ſi Joh. Ulrici Meureri Centuriam Anonymorum 1697. in 12mo impreſſam eidem inſeruiſſent. Siqvidem multa in ea ſunt qvæ à Placcio extremis tantum digitis tacta, plura qvæ ab eodem plane præterita. Qvod parum abeſt qvin nobis perſvadeat, idipſum non viſum eſſe a Placcio, licet A. C. 1699. demum ſit mortuus.

XXXV.

XXXV

Thomæ Garzonii Allgemeiner Schau-Platz aller Profeſſionen, Künſte, Geſchäffte, Händel, Handwercker, ſo in der gantzen Welt geübet werden, 1626. Animo Auctoris conſiliisque hic ſcopus fuit tradere Hiſtoriam Criticam univerſalem, omnium Scientiarum & Artium Liberalium & illiberalium, in qvibus occupata eſt Societas humana, earumque ſimul & laudes prodere & maculas. Hujus enim commatis Opere caremus adhuc, in tanta librorum copia & multitudine, qvam auget cottidie Scripturientium innumerorum prurigo; Nec nihil plane in eo fuit, qvod ad negotium hoc felici exitu coronandum reqviritur. Canonicus erat Regularis Lateranenſis, adeoqve otio abundabat & tempore. Sedulitate etiam excellebat & diligentia. Nec deerat librorum apparatus & ſelectus. Sed deerant alia ſine qvibus conatus ejusmodi optatum eventum nanciſci non poteſt. Partium ſtudium, qvo ſubinde a veritatis tramite abducitur, & velut cœco turbine in Pontificiorum Syrtes dejicitur. Salium Satyricorum nimium delectamentum, qvo petulantius utitur interdum qvam decet. Et qvod maxime Lectoris ſpem deluſit, eſt judicii imbecillitas, qvo Auctor velut morbo immedicabili laboravit, Hinc enim illa malorum Ilias qvæ hujus Theatri ſpectacula deformavit, Fabulæ, lapſus, Errores, Monſtroſæ rerum oſtentationes, qvibus

Nunc

Nunc Rhetor, figulus, faber, ſubulcus,
Mercator modo, Carnifex deinde,
Piſtor, Pellio, Syndicus, Poëta
Augur, Servulus, œnopola; caupo,
Mendicus, Medicus, Pugil, Sophiſta,
Scriba, Morio, Nuncius, colonus,
Auceps, Excoriator, Advocatus,
Coqvus, Pharmacopola, leno, Pictor,
Cæmentarius, hoſpes, hortulanus,
Sartorum ſcabioſa turba demum
Mixta progrediuntur in theatrum.

Adde inverecundos ſales, & freqventia eaqve impudentiſſima plagia. Siquidem Auctor Heinrici Cornelii Agrippæ Opuſculum de Vanitate Scientiarum ita expilavit, ut integras interdum paginas ex eo exſcripſerit, acceptorum beneficiorum tam parum memor, ut ab hujus Viri nomine ubiqve ſe ſtrenue abſtinuerit, etiam in ipſo Auctorum Elencho Operi præmiſſo, & maledictis inſuper atrocibus eundem onerarit. *Impudentemqve* appellaverit Scriptorem, in præfat. p. 9. Et *Mendacem*, Diſcurſu XXI. p. 142. & *blaſphemum* l. c. p. 143.

Depuduit, Profugusqve pudor ſua ſigna reliqvit.

XXXVI.

Hiſtoria feſti Secularis Academiæ Juliæ, Helmſtadii 1678. Digna in qva perluſtranda aliqvid temporis ſtudiiqve collocetur ob dictionis caſtitatem, & rerum ad Hiſtoriam literariam Germano-

manorum pertinentium venuſtatem & amplitudinem. (2.) *Heinrici Meibomii Panegyricus de Brunſvicenſi obſidione*, Helmſtadii 1671. (3.) *Chriſtiani Schützens Diſſertatio de Ortu & progreſſu Chriſtianæ Religionis in Germania*, Lipſiæ 1680. Qvi an Joh. Henrici Urſini Compendium Hiſtoricum inſpexerit unqvam, de Eccleſiarum Germanicarum Origine & progreſſu, Norimbergæ 1624. in 8. impreſſum, eqvidem ſcimus cum imperitiſſimis, ſane teſtimonio ejus uſus eſt nunqvam. Nec ſe per illud ipſum profeciſſe profeſſus in hoc argumento, qvo ab ipſo ſtatim Seculo primo, diſſipata Cyclopica impietate Ethnica Religionis Chriſtianæ in Germania jacta eſſe ſemina, eaqve a Sec. I. usqve ad Sec. VIII. & a Sec. VIII usqve ad Sec. XVI. & inde ad hæc noſtra tempora per varios caſus, & mille rerum diſcrimina conſervata, dictione emendata, & argumentis εὐπροσώποις ita contendit, ut dignus omnino videri qveat cujus nomen pluribus innoteſcat, & in omnes annos vigeat & propagetur, B D.H. (4.) *Hiſtoriſche Zuſammenſtammung derer Durchlauchtigſten Prætendenten an dem Hertzogthum Sachſen-Lauenburg*, *ſine loco* 1690.

XXXVII.

Conradi Gesneri Pandectarum ſive Partitionum Univerſalium Libri XXI. Tiguri 1548. De qvibus qvid exiſtimemus jam Num. XII. diximus. Nec deſciſcimus ab ea, qvam pronunciavimus ſententia. Sed eidem ſuperaddimus tantummodo quædam. Et quæ in Tituli I. Part. I. Sect. I. ne-

gligen

gligentius in chartam conjecta videantur ὡς ἐν παρόδῳ indicamus. Scilicet ordinis majorem omnino rationem habere debuiſſet Auctor, & ablegare Lectorem ad eos, qvi inſtruere eundem valerent, (a) de nomine Philoſophiæ. (b) An ſit philoſophandum. (c) Qvod Philoſophia non ſit res beneficiaria. (d) Qvid ſit Philoſophia. (e) De ejus origine & Sectis &c. Sed Pandectas Philoſophicas ſcribit Gesnerus. Atqve in iis eadem rerum eſt facies, qvæ in Pandectis JCtorum

Rudis indigeſtaqve moles,
Nec qvicqvam niſi pondus iners, congeſtaqve eodem
Non bene junctarum diſcordia ſemina rerum.

Ad eos etiam Scriptores provocare debuiſſet maxime, qvorum nomina nota ſunt in Republica literaria, & ab ipſo indicata in Bibliotheca univerſali, cujus hic Pandectarum Tomus, ipſo ſic volente & judicante, eſt Tomus ſecundus; Sed qvæſo TE? Qvis eſt ille *Acticus*, & *Bruſolus*, & *Gabriel Teglatius*, qvi in prima hac ſcena ſtatim ab eo producuntur. Ollæ veſtigia in cinere turbato. Laudat Maximum Tyrium, qvod in problemate enodando occupatus fuerit; Utrum diſciplinæ ſint reminiſcentiæ, εἰ αἱ μαθήσεις ἀναμνήσεις, ſed non addit, qvod ſcripſerit diſſertationes alias ad Philoſophiæ ambitum apprime ſpectantes. *Unam*; An ſit ſecundum Homerum definita in Philoſophia opinio. Et *duas* alias. Qvis

E ſit

ſit Philoſophiæ finis. Nec in eo ſatis obſervat veritatis lineas, qvod l. c. tradit, Senecam Libr. XIV. Epiſt. 91. de Philoſophia ſcripſiſſe, qvod non ſit res beneficiaria. Non enim in certos libros digeſtæ ſunt Epiſtolæ Senecæ. Nec in Epiſt. XCI. qvicqvam legitur de Philoſophia, nedum qvod non ſit res beneficiaria. Leguntur autem plurima in aliis Epiſtolis, qvæ ſpectant ad has farinas. Et bene feciſſet Gesnerus, ſi in Epilogo hujus Sectionis, ubi Lectores ad indices Platonis, Ariſtotelis & Plotini ablegat, eosdem ſimul ad indices Senecæ amandaſſet, in qvibus de Philoſophia ſexcenta leguntur ἀξιομνημόνευτα.

XXXVIII.

Martini Lipenii Bibliotheca Realis Philoſophica: Francofurti 1682. In qvatuor Bibliothecis Lipenii Realibus (ſi fas eſt ita βαρβαρίζειν) vel in qvatuor Bibliothecis, in qvibus, qvi de rebus ſingulis Scriptores proſtent, indicatur, eminent præ cæteris Philoſophica & Theologica Qvarum argumenta & magis nota fuere Auctori, & Scriptorum copioſior numerus ubiqve proſtat. Et qvidem de Theologica jam mentem noſtram exposuimus in Catalogo noſtro Theologico Critico p. 90. ſeq. & qvid laudis, qvid labis in eo inſit aperte, & candide, & ſine ullo ſimulandi artificio pronunciavimus. Qvod idem & in præſenti nobis licere arbitramur. Ac licet noſtrum judicium cum Viri doctiſſimi Abrahami Hinckelma-

ni judicio conjungere non qveamus, qui in Epiſtola gratulatoria huic Operi præmiſſa Lipenium *primum* eſſe exiſtimat, qvi poſt natas renatasqve literas Bibliothecam condiderit realem ſive Pragmaticam; Cum jam Geſnerus & Draudius, & alii in hoc onere ſupportando ſuos humeros vireſqve explorarint. In hac tamen cum eo ſumus hæreſi, Lipenium in hoc genere Scriptorum eſſe præcipuum. Eoque magis in honore habendum, qvo magis in hac arena dimicans pulvere Scholaſtico fuit obrutus, & cum valetudine parum firma conflictatus, & eo Librorum apparatu deſtitutus, qvi ad ſpatioſum ejusmodi ædificium extruendum reqviritur. Nec laudibus ejus hoc qvicqvam officere putamus, qvod hac illac errores, iique non leves ab ipſo commiſſi ſint. v. g. Scripta inedita, venditata pro editis. Qvod illuſtris Leibnitius lepida dictione appellare ſolitus eſt: *Ungelegte Eyer auftragen.* Allegata ſemel bis, ter, & amplius repetere, vel ut Proverbiali locutione rem exprimamus: Cramben bis coctam recoqvere, *ein Gerichte zwey bis dreymahl auffetzen, bey einer Mahlzeit.* Auctorem unum cum alio confundere: Ex uno creare plures, & ex pluribus unum. In eam claſſem Scriptorum aliqvem conjicere ad qvam minime ſpectat. Et qvæ ſunt alia hujus generis. Adeo enim in publicum miſſa eſt ignorantia, & in omnibus hominibus evaluit, ut ἀναμαρτησία non rara, ſed nulla omnino ſit. Nec unius hominis eſt Iſthmum ejusmodi perfodere, & tot myriadas rerum Scriptorumve in indicem redigere, cum de vocibus Græcis

 Lati-

Latiniſqve adhuc Lexicon perfectum & omnibus numeris abſolutum confici nondum potuerit.

XXXIX.

Godofredi Vockerodii Memoria Georgii Heſſi Gothani, Gothæ 1697. Sermo Panegyricus, qvo memoria hujus Viri qvi in illuſtri Gymnaſio Gothano raro exemplo per 57. annos Præceptoris Publici, & ad ultimum Rectoris munere functus eſt, præclare celebratur. Cui præmittitur tabula invitatoria in qva, eo tempore in Scholis nonnullis adhuc uſitata *Gregoriana Solennitas*, ceu ceremonia Ethnica & abominabilis & vere Diabolica repudiatur. Et deprehendet veritatis amans in hiſce Diatribis tantum eſſe elegantiæ, pietatis, eruditionis, ingenii & Parrheſiæ, ut, in iis legendis ſe aliqvid temporis & operæ conſumſiſſe, vix qvemqvam pœnitere qveat. (2) *J. C. Feuerlin Concio in funere Eraſmi Franſciſci cum Biographia ejusdem*, Norimbergæ 1697. Unde patet: Verum Eraſmi Franciſci nomen fuiſſe Franſciſcum Fixium.

Celare nomen Fixius ſtudens ſuum
Præclara libris dona mentis Entheæ
Prodebat Orbi.

Et rectius omnino memoriæ defuncti & ſtudiis Eruditorum conſuluiſſet W. C. Deſslerus qvi curam hujus monumenti geſſiſſe videtur, carminum funebrium loco, Catalogum Scriptorum addidiſſet, qvi a diligentiſſimo hoc Eraſmo ſunt ed

edita. Qvorum ipſe LXVI. enumerat in deſignatione monumentorum propriorum (*Verzeichniſs meiner Eraſmi Franſciſci biſsherr gedruckten Schrifften*) Francof. 1691. in 8vo impreſſa, ſed difficulter hodie reperienda in officinis librariis, qvia ſumtibus Auctoris prodiit. (3.) *Vitæ curriculum M. Johannis Bunonis MSCtum & ineditum a nepotibus Viri doctiſſimi nobis communicatum.*

XL.

Volumina quatuor in folio majori, ſive ea forma qvam Regiam appellare ſolent, in qvibus continentur Icones Virorum doctrina illuſtrium, multo labore & ſumtu conquiſitæ. Et qvidem in *Volumine* primo viſuntur imagines CCLIV. Eruditorum eorumqve antiqvorum fere omnium, Auctorum Claſſicorum qvorundam Græcorum & Latinorum, Italicorum etiam nonnullorum poſt renatas literas illuſtrium, aliorumqve exterorum. Plures etiam interdum imagines unius Viri, pro diverſitate temporis & fortunæ, alio atqve alio modo exſcriptæ, ut Lutheri, Melanchthonis, Eraſmi, Theophraſti Paracelſi, Hugonis Grotii. Et quædam

(a) *Integrarum Societatum*, v. g. Societatis Jeſu initia & progreſſus, & Viri illuſtres complures una tabula delineati, cum arbore Genealogica, in qva omnes Jeſuitarum Domus, Collegia, Seminaria, Reſidentiæ, quæ per univerſum orbem diſperſæ ſunt, ſuis nominibus appellatæ indicantur.

 (b) *Pri-*

(b) *Privatarum perſonarum*, qvarum vel nulla, vel admodum obſcura, & rara in Republ. literaria proſtat memoria v. g.

(a) *Ludovici Hetzeri* cujus imago extat p. 144. A. C. 1529. æri inciſa cum luculenta Commentatione Hiſtorica de ejus vita & doctrina, Lingva Belgica deſcripta. Qvod monumentum Virum exquiſitæ eruditionis G.G. Zeltnerum precibus ſtudioſiſſimis olim a nobis expetiviſſe recordamur.

(b) *Davidis Georgii vel Joriſii* cum Comment: Hiſtorica.

(c) *Balthaſaris Hubmor* cujus hæc eſt ἐπιγραφὴ.

Afbeeldinghe ende Hiſtorie, Doctor Balthaſar Hubmor van Fridburg ziine Leer ende Artikeln int cort beſchreven.

(d) *Dieterici Snyderi primi* Adamitæ, ductorisque eorum, qvi nudi incedebant, & incedendum eſſe docebant, poſito pariter cum veſte pudore, Belgice: *De nackte loopers*, cum Comment. Hiſtorica.

Accedunt imagines Doctorum Paradoxicorum: Petri Aretini, Pauli Scalichii, aliorum.

XLI.

Volumen Secundum Iconum Virorum in Republ Lit. illuſtrium, continens imagines CCLVI. hujus generis

neris. In quibus quædam perraræ v. g. (a) B. Lutheri a Luca Cranachio 1521. ſculptæ, cum addito ſigno Cranachii Dracunculo. (b) Heinrici Danielis Slatii Doctoris Arminiani veſtitu ruſticano amicti, & manibus pedibusque duras catenas geſtantis. (c) P. Plackii S. J. Theol. inter motus Pragenſes A. C. 1648. ſtudioſorum ſtrenui præfecti. (d) Fratris Nicolai, cujus hæc eſt inſcriptio: *Wahre und eigentliche Contrafactur, des recht frommen andächtigen, gottſeligen, weitberühmten Niclauſen von der Flü, den man Bruder Claus genennet, ob dem Wald zu Unterwalden in der Eydgenoſſenſchafft gebohren, welcher wunderbahrer Weiſe neunzehen und ein halbes Jahr ohne leibliche Speiſe und Tranck gelebet, und im Raufft oder Melchthal nicht ferne von Harnen und Sachſten als ein Einſidel ſeine Capell und Wohnung gehabt.* (e) Jacobi Clementis, Regicidæ (f) Joſephi Adjuti Ninive-Syri, qvi Romæ A. C. 1637. Theol. Doctor creatus, poſtea Papatu relicto 1643. Wittebergam profectus & orthodoxiam profeſſus eſt.

XLII.

Volumen tertium Iconum Virorum & fœminarum qvarundam in Republ. Literaria illuſtrium, continens imagines CCLVIII. In qvibus eſt

(1) *Arbor Univerſalis Theoſophica, Myſtica, Cabaliſtica, Chriſtianiſmi Catholici.*

(2) *Gründliche Offenbahrunge und eigentliche Abbildung einer geheimen denckwürdigen Prophezey, welche 1621. zu Prage bey S. Jacob in der Biblio-*

Bibliotheqve auf und in einem kleinen vergüldeten Lädlein oder Käſtlein gefunden, und zu männiges Nachdencken 1624. *nachgedrucket worden.* Cum explicatione Hiſt.

(3) D' *Arminianiſche Bulleback* cum Comment. Hiſtorica.

(4) Heinrici Slatii fata ultima cum Comment. Hiſtorica.

(5) Imagines Antoinette de Bourignon, *welche* 22. Vol. Theologica *geſchrieben.* Et Annæ Mariæ a Schurmann.

(6) Icones:

(a) Thomæ Percii Conſpirationis Anglicanæ 1605. initæ Principis cum Comment. Hiſt.

(b) Davidis Joriſii vel Georgii cum Comment. Hiſtorica.

(c) Mathiæ Meriani Sen. Bibliopolæ & Ichnographi manu ejus artificioſiſſime ſculpta.

(d) Jonæ Schlichtingii, Renati Carteſii, Gvilielmi de Lamoignon &c.

(e) Joh. Heinrici Voigtii cum Scholiis MSCtis ex ejus Concione funebri 1691. die 27. Febr. habita Stadæ a Franſciſco Wolpmanno Paſtore ad S. Willhadum excerptis.

XLIII

XLIII.

Volumen Quartum Iconum Virorum & fœminarum qvarundam in Republ. Literaria illuſtrium, continens effigies CCL. In qvibus

(1) Qvædam ad Hiſtoriam Arminianorum illuſtrandam per accommodæ v. g.

(a) *Arminianiſche Schlange*, id eſt, tredecim Arminianorum præcipuorum imagines cum Comment. Hiſtorica.

(b) Effigies octo Arminianorum, in qvibus medium locum occupat Grotius.

(c) Juſtitie *aen Jan van Olden Barnevelt geſchehen den* 13. *Maji* 1619.

(d) D' *Arminianiſche Uytvaert* cum Comment. Hiſt.

(e) *Aafbeldinge der Juſtitie den* 5. *Maji* 1623. Henr. Dan. Slatius, Willhelm Perty, Jean Blancert, Abraham Blancert cum Comment. Hiſt.

(f) *Juſtitie over eeniche Arminianiſche Verraders* cum Comment. Hiſt.

(2) Aliæ:

(a) *Afbeeldinghe ende corte Beſchrybunge van Chriſtoph Wagener, D. Fauſtus Diſcipel*, cum Comment. Hiſt.

(b) *Abbildung* wie *D. Gunterman zu Leip-*

zig, D. Pierius zu Wittenberg und D. Crell zu Dreſen in das Gefängniſs geführet.

(c) *Hieroglyphiſche Abbildung derer wahren und falſchen Brüder von Roſen-Creutz.*

(d) Duarum Sibyllarum imagines Romæ extra Portam S. Angeli a Polydoro qvondam depictæ.

(e) Evangeliſtarum & Apoſtolorum omnium imagines a Luca Leyda æri inciſæ.

(f) Bilibaldi Pirckhemeri effigies ab Alberto Durero ſculpta.

XLIV.

Germaniæ Exegeſeos Volumina duodecim a Franſciſco Irenico Ettelingiacenſi exarata, Baſileæ 1567. De qva editione Hieron. Auguſtus Groſſchuffius in præfat. novæ Collectionis Librorum rariorum p. 33. Franſciſci Irenici Exegeſis Germaniæ Hagenoæ A. C. 1517. prodiit. Qvam etſi nova & alia editio ſecuta ſit (hæc Baſileenſis ſcilicet) præſtat tamen veterem veluti genuinam & incorruptam conqvirere & ſervare, qvam recentiorem, in qva multa, neſcio an typographorum negligentia omiſſa deſiderantur, qvod obſervavit primum Jac. Frid. Reimmannus in parte 2. conaminis Introductionis in rem literariam p. 90. (2). *Chriſtophorus Mylæus de ſcribenda univerſitatis rerum Hiſtoria* Libri V. Baſileæ 1551. Cujus editio *prima* Florentina 1548. cum Pontificis, Imperatoris Caroli V. & Ducis Florentini privilegio impreſſa

ei

eſt rariſſima. *Secunda*, ſcilicet hæc Baſileenſis 1551. ex officina Joh. Oporini eſt ſplendidiſſima. *Tertia*, Baſileenſis 1579. ex officina Henrici Petræ in penu Artis Hiſtoricæ eſt notiſſima. *Qvarta*, Jenenſis 1624. ſtudio Joh. Georgii Mulleri, eſt utiliſſima ob additas ſectiones, ſummaria, tabulas &c. Opus autem ipſum eſt Polyhiſtoricum, laudandum a verborum & rerum ordine, ſelectu, & ſanitate. Laudatum etiam a Joh. Val. Andreæ in præfat. de rei Chriſtianæ & literariæ ſubſidiis p. m. 4. Bernhardo Mallinkrotio de ortu & progreſſu Artis typographicæ p. 124. Dan. Georgio Morhofio in Polyhiſtore L. I. C. 2. p. 11. Nec audiendus eſt B. G. Struvius in Introduct. in notitiam rei literariæ C. 1. §. 7. p. 8. ubi ſcribit: Hoc opus Mylæi conatum eſſe tantummodo, qvi in generalibus ſubſiſtat. Non enim in generalibus ſolum ſubſiſtit Auctor, ſed ad ſpecialia etiam ſe demittit, & ſcientiarum origines, & fata ab O. C. uſqve ad ſua tempora enumerat, qvod ante eundem nemo facile fuerat auſus. Præclare etiam de rebus & perſonis eruditis judicat. Et id agit maxime ut in contrahenda rerum univerſitate pauciſſima genera deligat, iisqve ſingula ordine ſubjiciat. Qvia multitudine & magnitudine rerum animus diſtrahitur, ut nec cognoſcere velit, nec cognita recordari ſatis poſſit. Vide infra Num. 100. in 8vo.

XLV.

XLV.

Franſciſci Baconi Baronis de Verulamio Opera omnia, Lipſiæ 1694. Vir maximi ingenii & judicii, & vaſtæ eruditionis. Verus Anglorum Triſmegiſtus, Summus Politicus, Hiſtoricus, Philoſophus. *Primus* qvi Brittannos docuit, qvid ſit pure, emendate & eleganter ſua lingva loqvi. *Primus* qvi Philoſophorum, & ſcientiarum Philoſophicarum labes perſpexit, & qva ratione elui ex iis poſſint commonſtravit. *Primus* qvi Hiſtoriam naturalem inductivam ſcribere ingreſſus eſt, qva per inductiones ſibi ſubordinatas lento gradu ad certa tandem principia aſcendimus. Qvod ante eum nemini in mentem venit, judice D. G. Morhofio T. 2. Polyſt. *L.* 2. C. 1. p. 129. Et inficiandum qvidem non eſt omnia ejus monumenta præclara eſſe, & digna qvæ diurna nocturnaqve manu verſentur, unum tamen ſemper præſtat alteri, & qvod primum locum occupat, ſecundum & tertium poſt ſe relinqvit. Et Baconus ipſe *novum* ſuum *organum* præferendum reliqvis omnibus exiſtimat. (Vide ſis vitam ejus Operibus præmiſſam p. 3.) Hermanno autem Conringio (in Conringianis p. 104.) Hiſtoria Heinrici VII. placet præ cæteris. Et ſunt qvi Libris novem de dignitate & augmento ſcientiarum primas deferendas eſſe judicant, qvas lites noſtras non facimus. Qvi de ſaporibus non diſputandum eſſe ſcimus. Hoc novimus, multos fuiſſe in Republ. literaria Viros celeberrimos, qvi aqva

Ba-

Baconi ſua prata irrigarint, qvod acute obſervavit & copioſe detexit Morhofius l. c. Qvem ſi legeris, non pœnitebit legiſſe. Cæterum nec hoc ſilentio involvendum arbitramur, Renatum Rapinum, Hermannum Conringium, R. Cudworthum &c. non admodum præclare de Bacono ſentire. Nec diffitemur in dictione ejus latina & rebus qvibusdam eſſe qvædam, qvæ candidioris lapilli notam, vix mereantur. Sed nobis ſatis eſt, pleraqve eſſe optimi commatis, incomperta, nova, egregia. Et qvis ita ab imbecillitate humana remotus eſt, ut nunqvam offendat, cum ingenita cunctis ſit peccandi proclivitas.

XLVI.

Caramuelis Apparatus Philoſophicus, Coloniæ 1665. Auctor non vulgaris, ſed ſingularis omnino commatis. Cui ingenium præcox & vaſtum fuit, ſed vagum & deſultatorium. Judicium non ſtupidum, ſed non ſatis conſtans ſibi. Et Polyhiſtoria tanta ut mole ſcientiarum laboraſſe videatur. Polygraphus etiam, qvod ex Catalogo Scriptorum patet, qvem adfert Nicolaus Antonius in Bibliotheca Hiſpanica nova Parte I. p. 507. ſeq. Qvi tamen ne qvartam Operum partem in lucem exiiſſe aſſeverat. Et licet pleraqve ſæpius recuſa ſint, omnia tamen ſunt rara. Et in iis etiam hic Apparatus Philoſophicus, qvi Francofurti 1652. impreſſus, vice ſecunda Coloniæ ire ſub prelum juſſus eſt. Qvem Apparatum Grammaticum fortaſſis

taſſis rectius dixeris qvam Philoſophicum. Nam licet ex omnibus fere ſcientiis deguſtaverit aliqvid Auctor, attamen vix aliter ac canis e Nilo. Et qvas novas ſcientias jactitat, ejus monetæ ſunt, ut vix operæ pretium ſit, iisdem addiſcendis tempus impendiſſe. Nec juvat nugas qvasdam Scholaſticas per poſticam ejectas, ſi per anticam denuo intromittantur. Interim Scriptores qvamplurimos rariores evolvit Caramuel & res qvasdam enarravit, qvas alibi fruſtra qværas, v. g. L. I. num. C. VI. p. 55. b) Marinum Geraldum Venetiis excelluiſſe Arte ſpecularia, atqve eundem vel invito Galilæo, Metio, & aliis a perilluſtri D. Alegiete Auguſtæ Sacellano optimo amico ſuo, Optici tubi inventorem creditum. Scripſit & M. Joh. Chriſtoph. Seldius Exeqvias Philoſophiæ, Lovanienſis recens enatæ, & rurſus denatæ; h. e. Examen errorum notabiliorum a Joh. Caramuel a Lobkowitz in Philoſophia rationali & reali diſſeminatorum, Wittenbergæ 1644. Qvi talem ſe præſtitiſſe in ſuis Commentariis Caramuelem ſcribit, ut palmam vel præripuerit, vel ambiguam fecerit veteribus Scholaſticis, ſive ſpectes verborum barbariem, ſive qvæſtionum futilitatem, ſive modi abſurditatem. 2.) C. H. Loeberi Compendium Logicæ Peripateticæ tabulis 40. incluſum, Jenæ 1673. 3.) J. C. Hundeshagen Metaphyſica nova methodo tabulis incluſa, Jenæ 1672. 4.) Ejusdem Theologia naturalis tabulis incluſa, Ibid. 1673. 5.) D. Balth. Cellarii Phyſica tabulis incluſa, Jenæ 1670. 6.) M. Jacobi Thomaſii Ethica tabulis in-

incluſa, Lipſiæ 1672. 7.) D. B. Cellarii Ethica tabulis incluſa, Jenæ 1670. 8.) Ejusd. Politica tabulis incluſa, Ibid. 1670.

CAPUT II.
DE SCRIPTORIBUS SPECTANTIBUS AD HISTORIAM LITERARIAM IN GENERE.

In Qvarto.

I.

Conradi Lycoſthenis Elenchus Scriptorum omnium veterum & recentiorum, extantium & non extantium &c. antea à D. Conrado Geſnero editus, in compendium redactus, & Auctorum non pœnitenda acceſſione auctus, Baſileæ 1551. Qvi Chriſtophori Mylæi hortatu ſuſcepiſſe hoc Opus in Epiſtola Dedicatoria ſcribit Auctor; Johannis Oporini affinis ſui impulſu potius idipſum aggreſſus videtur, qvi Conr. Froſchoveri lucrum ex Bibliotheca Geſneri contractum animo non ſatis æqvo ferebat. Et ne color deeſſet huic cauſæ, in Epiſtola Dedicatoria obtenditur, in Geſ-

Geſneri Bibliotheca multis ingratam fuiſſe, nimiam eruditiſſimi viri diligentiam, magnamqve operis prolixitatem. Sed eam ipſam obcauſam gratum eſt Geſneri Opus intelligentibus, qvod tanta in eo adhibita eſt diligentia, tantaqve prolixitas, vel ubertas potius. Et eo nomine etiam laudatur præcipue a Chriſtophoro Froſchovero in indice appendicis Bibl. Geſnerianæ, & Lycoſthenis ac Simleri Breviariis præfertur, qvod non ſimpliciter ſcripta ſingulorum enumeret; Sed freqventer argumenta, capita, cenſuras, ſtyli ſpecimen, aut aliud qvippiam non inutile adjungat. Interim & hic Elenchus ſua laude non eſt defraudandus; Centum enim & octingentos Auctores continet, qvi in Geſneri Bibliotheca ſunt omiſſi. Nonnulli etiam accuratius qvam a Geſnero deſcripti. Et qvod Morhoffius in eo reprehendit: Formam librorum & locum ac annum editionis non eſſe notatum, qvod in Catalogorum concinnatione tamen maxime, ſit neceſſarium; Id uſqve adeo non neglectum eſt in omnibus ut de Abbatis Urſpergenſis Chronico, qvod primum in Geſneri Bibliotheca locum occupat, in hoc Elencho duæ editiones notatæ ſint, & una Continuatio, cum a Geſnero una editio tantummodo indicata ſit & continuatio plane nulla.

II.

Theophili Raynaudi S. J. Theol. Erotemata de malis & bonis libris, deqve juſta ac injuſta eorundem

dem confixione, Lugduni 1653. Argumentum a paucis occupatum, ſi eos exceperis, ad qvos Auctor Erotem. IV. p. 20. & Erotem. VII. p. 46. provocat, qvi tamen alia prorſus ratione hanc ſcenam extruxerunt, aſt ita adornatum a Raynaudo, ut laus qvaſi debita ejus meritis deferenda videatur. Oratio non caſta qvidem, ubiqve & illimis, & in locis qvibusdum plus, qvam decet, piperata ac ſalita, qvæ ejus phraſis eſt Erotem. IX. p. 81. laudanda tamen propter verborum perſpicuitatem, & expeditam ac profluentem qvodammodo celeritatem. Diſpoſitio rerum ita adornata, ut aptis & accommodatis locis cuncta ſe conſpicienda exhibeant. Et utimam ἱςορικῶς hanc telam maluiſſet texere qvam ἠθικῶς καὶ νομικῶς. Tum enim plures procul dubio nobis appoſuiſſet ex Hiſtoria literaria dapes; Verum & hoc filum poſterius ſecutus tot & tam ſuaves nobis apparavit epulas, ut ex ſolo Erotemate X. Vincentii Placcii theatrum plus qvam centum acceſſionibus locupletari poſſe exiſtimemus. Et ſane Analecta pleraqve ſunt optima, ex Auctoribus antiqvis novisqve magnæ auctoritatis & non cottidiani commatis excerpta. Studium etiam pro religione patria tuenda ferventiſſimum, ſed ab iis qvi ejusdem cum eo ſunt fidei tam parum agnitum, ut ipſum hoc Opus, qvo jus configendi libros ſuſpecti commatis, Pontifici, & iis, qvibus hæc facultas a Pontifice data eſt, vindicat, in librorum prohibitorum Indicem ſit relatum. Ut patet ex Indice librorum vetito-

rum

rum Romano de A. C. 1704. p. 276. Pragenſi etiam de A. C. 1726. p. 380. & aliis. Qvod eam ob cauſam factum eſſe hariolamur, (a) Qvod Epiſcopos qvosdam Auctores eſſe librorum obſcœnorum & Hyperaſpiſtas ſcribit Erotem. VII. p. 46. (b) Qvod Thomæ Sanchezii Opus de matrimonio in indicem librorum prohibitorum conjectum, ſummis laudibus exornandum eſſe dictitat, Erotem. VII. p. 55. (c) Qvod Averroiſmum ſuperioribus Seculis in Italia mirum qvantum invaluiſſe aitErotem. XII. p. 200. &c. Interim Opus hoc elegans & bonum, ſed rarum eſſe recte judicat Conr. S. Schurtzfleiſchius in notitia librorum C. l. §. 3. p. 1. Et hæc editio longe eſt rariſſima, in qva Part. 3. Erotem. 3. p. 294. cenſura Symboli Apoſtolici continetur, qvæ in Editionibus poſterioribus, volente ſic Pontifice Romano, omiſſa eſt.

III.

Catalogus Auctorum, qvi librorum Catalogos, Indices, Bibliothecas, Virorum literatorum Elogia, Vitas &c. conſignarunt, ab Antonio Teiſſerio adornatus. Cum Philippi Labbæi Bibliotheca Nummaria &c. Coloniæ Allobrogum 1686. Qvi inſcriptionem hanc legit, jovem ſane juraret lapidem, Teiſſerium ſolum eſſe hujus Catalogi architectum; Et Philippum Labbæum Bibliothecæ nummariæ tantum & antiqvariæ, qvæ velut appendiculæ eidem acceſſerunt, eſſe Auctorem, non vero librariæ. Qvod an caſu, an vero ex inſtituto ita ambigue ſit expreſſum, nos qviden

ſci-

ſcimus cum imperitiſſimis ; Hoc autem novimus Labbæum primas lineas duxiſſe hujus Catalogi Catalogorum, vel Bibliothecæ Bibliothecarum , qvæ prima fuit inſcriptio hujus Operis. Teiſſerium autem eandem multis adjectionibus locupletaſſe , & poſtea adhuc auctarium peculiare ſuperaddidiſſe , qvod 1705. Genevæ ſeparatim excuſum hoc noſtro Codice ſimul continetur. Et hoc nomine præclare meritus eſt de Republica literaria Teiſſerius, qvod Labbæi conlectanea ſuis conlectaneis reddidit copioſiora, & qvæ in iis contumelioſe dicta erant hac illac de Evangelicæ Eccleſiæ doctoribus recidit, qvæ temere, emendavit. Sed qvod qvædam digna notatu præteriit, v. g. Fabiani Juſtiniani judicium de Thomæ Garzonii theatro univerſali omnium artium, qvod extat in Labbæi Bibl. Bibliothecarum p. 339. Nec non Bibliothecas illas fictas qvæ l. c. enumerantur. p. 84. Et qvod a Labbæi Symbolis ſuas non diſtinxit, & nota qvadam diſcriminavit ; Item qvod Val. Henrici Vogleri Introductionem in notitiam cujuscunqve generis bonorum Scriptorum vidiſſe ſe diſſimulavit , cum, Henrico Meibomio teſte in Additamentis ad Voglerum p. 127. eandem legerit , & alicubi citarit , & ipſis Vogleri verbis interdum uſus ſit , id non magis probatur eruditis , qvam qvod errores Labbæi interdum ſuis erroribus reddidit uberiores. Adrianum enim Meierum transformavit in Adrianum Meyerum p. 4. Ex uno Rechenbergio fecit duos p. 2. 3. Auguſtum Pfeifferum appellavit Auguſtinum, in Auctario p. 23. Et qvæ reſecuit de Biblio-

theca Bibliothecarum maledicta in auctario iterum ſupplevit, ubi p. 2. de Oleario, Elmenhorſtio & Cruſio qvædam refert, qvæ honori horum Virorum, non plane nullas adſpergunt maculas. Tantumqve abeſt, ut poſt Labbæi & Teiſſerii meſſem Bibliothecariam nullum amplius relictum ſit ſpicilegium, ut ſi qvis ea tantum, qvæ intra triginta annos edita ſunt hujus commatis monumenta eidem velit adjicere, Bibliothecam Labbæi Bibliothecarum, & Teiſſerii Catalogum Catalogorum altero tanto poſſet reddere auctiorem.

IV.

Magni Cruſii Diſſertatio Epiſtolica de Scripti[s] qvibusdam integris, fragmentisqve hactenus ineditis Lipſiæ 1728. Lanx Satura variis dapibus lite[ra]riis referta, qvas Auctor Bibliothecas Galli[c]cas, Brittannicas, & Germanicas pervagatus & Virorum eruditiſſimorum conſvetudine uſus magno ſtudio collegit, & cum iis communica[re] inſtituit, qvorum intereſt Rempublicam li[t]terariam eſſe florentiſſimam. Utinam erudi[ti] omnes qvi regiones exteras perluſtrant, eo an[i]mo, ſtudio, ingenio, doctrina etiam & dex[te]teritate eſſent præditi, qvo fuit Cruſius, q[ui] navis Ophiriticæ inſtar gemmis ac margarit[is] pretioſiſſimis onuſtus domum reverſus eſt, [&] ſexcenta promſit de Scriptoribus & Scriptis, ed[i]tis & ineditis, perfectis & affectis, deperdit[is] & ſuperſtitibus, rarioribus cumprimis. N[ec] pauciora de edendis ſuis & alienis. Qvæ pr-

præſtare qveat, & promiſſorum vinculis ſe exſolvere, & vires & otium a Deo Ter maximo eidem apprecamur; Ex hoc culmo ſpicam conjicientes, & ex fimbria textum, & ex hac Diſſertatione ea, qvorum ſpem nobis fecit, opera.

V.

Antonii Teiſſerii Auctarium Catalogi Auctorum qvi Librorum Catalogos, Indices, Bibliothecas, &c. conſignarunt, Genevæ 1705, *Separatim compactum.*

VI.

Ern. Salomonis Cypriani Catalogus Codicum MSCtorum Bibliothecæ Gothanæ, Lipſiæ 1714. Duabus hoc volumen abſolvitur Sectionibus. Qvarum *prima* Catalogum Codicum MSCtorum Bibliothecæ Gothanæ; *Altera* Syllogen Epiſtolarum Clariſſimorum Virorum e Bibliothecæ Gothanæ autographis deſcriptarum comprehendit. Nec nihil utilitatis inde redundat in Rempubl. literariam. Nam licet MSCta omnia ſint medii & recentioris ævi, eaqve plurima Latina & Germanica, perpauca Græca, & pauciora Ebraica, & Arabica, & Turcica; Nonnulla tamen ex iis non cottidiani ſunt commatis, & notulæ qvas iisdem interſperſit ſubinde Cyprianus, velut ſtellulæ, lucem fœnerantur non ingratam iis, qvi rei literariæ ponunt pretium. Et qvi ex Epiſtolarum conlectione penultimam tantum perlegerit, qvam Jobus Ludolphus ad Joh. Er-

neſtum Gerhardum, dedit p. 189. rerum feſtivitate & varietate & raritate facile pellicietur, ut ad plures legendas ſe accingat.

VII.

Bibliotheca Apoſtolica Vaticana a Fratre Angelo Roccha Commentario illuſtrata, Romæ 1591. In limine impingit ſtatim, & in ipſo Operis ingreſſu peccat Auctor, dum Bibliothecam Apoſtolicam Vaticanam ſe Commentario illuſtraturum pollicetur, cum ædificium tantummodo qvo continetur Bibliotheca deſcribat, & qvæ in eo ſpectanda ſe exhibent Emblemata, Lemmata, Inſcriptiones, Epigrammata &c. explanet; & toto, qvod ajunt, cœlo errat Adrianus Bailletus in Jugemens des Scavans T. 2. P. I. p. 253. Qvi putat Roccham in hoc Opere dediſſe Catalogum Hiſtorico-Criticum, de Bibliotheca Vaticana, & omnes ejus aperuiſſe theſauros literarios; Dedit omnino in introitu Operis Indicem Hiſtorico-Criticum de iis Auctoribus qvibus ipſe uſus eſt in commentatione ſua, ſed de ſcriptis in Bibliotheca Vaticana ita obticeſcit, ut Areopagita qvovis videri poſſet taciturnior. Non indignus tamen qvi lectitetur. Siqvidem multa habet qvæ fruſtra alibi reqviras, inprimis ad Hiſtoriam literariam ſtricte ſic dictam ſpectantia. Et totius Opuſculi exempla ita exaruerunt, ut oppido pauci ſint, qvi ejus qvandam habeant notitiam.

VIII.

Publica Illuſtris Erneſtinianæ Rintelenſium Academiæ Bibliotheca, accurante Joh. Nicolao Funccio, Rintelii 1723. In qvo Catalogo conficiendo nec diligentiæ qvicqvam in ſe deſiderari paſſus eſt Auctor, nec fidei. Oeconomia enim librorum eſt egregia. Et in percenſendis iis, qvæ qvovis Volumine continentur opuſculis, mirum qvantum operæ eſt conſumtum. Nam qvod nec multitudine librorum, nec raritate efferre ſemet & oſtentare poteſt hic Catalogus, Bibliothecæ tribuendum eſt & ejus fatis. Qvæ Seculo XVII. ingrediente demum inſtituta multis inſuper, calamitatibus fuit preſſa. Et ſi libris rarioribus, bonis tamen non deſtituitur.

IX.

Valentini Heinrici Vogleri Introductio Univerſalis in notitiam cujuscunqve generis bonorum Scriptorum, cum notis & augmento Heinrici Meibomii, Helmſtadii 1700. Suſcepit hanc Bibliognoſiæ literariæ Sciagraphiam Voglerus Viri illuſtris Joh. Chriſt. Baronis de Boineburg verbis, factisqve Hermanni Conringii excitatus, qvi Auditoribus ſuis Comment. Chronologicum de univerſæ eruditionis a nato Chriſto propagatione ejusdemqve Scriptoribus, dictitaverat, eo tempore adhuc ἀνέκδοτον. Et in digerendo hoc Opere uſqve adeo propitiam habuit Minervam, ut plus vice ſimplici cogitatione tota exoptave-

rimus Morhoffium in Polyhiſtore ſuo hanc Vogleri œconomiam eſſe ſecutum. Qvod enim Scriptorum laudatorum non tanta moles in eo eſt, qvantam argumenti vaſtitas reqvirit, id tribuendum eſt Auctoris fato, qvi A. C. 1677. extremum ſpiritum effudit, cum annum 55. ætatis nondum eſſet egreſſus. Nec ea tempeſtate ita abundabat opibus Reſpubl. literaria, ut hodie. Prælectionibus etiam Academicis deſtinata erat hæc Iſagoge, qvæ Diatribas ſpatioſas non ferunt. Et in notitiam Scriptorum cujuscunqve generis non eſt hæc Introductio, ſed in notitiam bonorum. Et ſi qvid peccatum eſt in hoc negotio, hoc eſt cumprimis, qvod Labbæi Bibliothecam Bibliothecarum non ad manus habuit Auctor, qvæ tantum utilitatis & adjumenti eidem adferre potuiſſet, qvantum, haud ſcimus, an ullum Scriptum præterea. Ac licet jam tum in lucem aſpectumqve prodierit, patet tamen tum ex Voglero ipſo C. 3. p. 17. tum ex Meibomii additamentis p. 166. Voglerum eandem nunqvam oculis uſurpaſſe. Præclarum itidem eſt Spicilegium, qvod Meibomius ſegeti Voglerianæ ſuperaddidit, ſed interdum nonnihil paleæ & ſterilis avenæ admixtum habet. Qvod enim p. 163. dicitur in Catalogo Bibliothecæ Thuanæ Juſti Petruchi Chronicon Portenſe, pro Commentario deſcribente *Port* in regno Neapolitano eſſe habitum id tam procul abeſt a vero ut evolventi P. I. p. 397. hujus Catalogi pateat contrarium.

X.

Catalogus Librorum MSCtorum qvæ in Bibliotheca illuſtris Academiæ Juliæ aſſervantur. MSCtus & ineditus. Cujus Bibliothecæ ſi qvandam habere geſtias notitiam, Ecce! ejus

(1.) *Natales* ex Hiſtoria feſti Secularis Academiæ Juliæ Helmſtadii 1678. in f. impreſſæ p. 7. Friderici Ulrici primum paterni affectus in Academiam Juliam monumentum fuit, qvod non multis poſt ſuſceptum principatum annis, inſigni ac rara prorſus liberalitate ſuam Bibliothecam, qvam avus ipſius Julius inchoaverat, & Pater Heinricus Julius magno ſtudio, nec minoribus ſumtibus, tum aliis plurimis libris, tum emta percelebris Polyhiſtoris illius Mathiæ Flacii Illyrici Bibliotheca, in qva plurimi antiqvi MSCti, inſigniter auxerat, Juliæ ſuæ Academiæ primo utendam datam, haud multo poſt 1618. ad ſummi Viri Conradi Martini interceſſionem perpetuo poſſidendam donavit.

(2.) *Opes*, ex Heinrici Meibomii additamentis ad Vogleri Introductionem in notitiam cujuscunqve generis bonorum Scriptorum p. 161. Qvamvis hæc Bibliotheca numero MSCtorum, & multo magis editorum Librorum plerisqve, etiam medii ordinis cedat, tamen habet inter MSCtos ſuos codices non paucos raros, imo rariſ-

 ſimos.

ſimos. Nam & vetuſtiſſimum gentis noſtræ Hiſtoricum Arnulpho *σύγχρονον* Paderbornenſem, qvi Annales Caroli M. verſu ſcripſit, ex noſtro Codice *primus* edidit Reineccius, nec aliud qvod ſciam toto orbe extat. Reineccianumqve exemplar ſecuti ſunt Galli. Leonis 3. Epiſtolas ad Carolum M. ipſi Romæ incognitas, genuinas tamen, ex noſtris antiqviſſimis membranis *primus* edidit Hermannus Conringius. Ne de Reginonis de diſciplina Eccleſiaſtica Opere, & Gervaſii Tiberienſis fragmento, aliisqve hinc deſcriptis qvidem, ſed alibi qvoqve extantibus qvicqvam dicam. Aut Alberti Stadenſis MSCtum Chronicon memorem, qvod a Reinero Reineccio ex Ranzoviana Bibliotheca primo publicatum, hic MSCtum cum Auctario habemus.

XI.

Thomæ-Pope-Blount Cenſura celebriorum Auctorum, ſive tractatus in qvo varia Virorum doctorum de clariſſimis cujusqve Seculi Scriptoribus judicia traduntur, Genevæ 1696. Cenſuræ vocabulum & judicii eſſe ejusdem notionis perſvaſum ſibi habuiſſe videtur Auctor. Sed an Claſſicorum Auctorum eadem ſit opinio, fluctuat adhuc animus, & haud explorata nobis eſt ſententia. Judicii enim vocabulum *μέσον* exiſtimamus; Cenſuræ autem ſeveriori animadverſioni conveniens. Cujus generis non adeo multa ſunt, qvæ hoc volumine collecta continentur de Auctoribus celebrioribus judicia. Et ſane expedit noſſe, qvid laudis unusqvisqve Scriptor habeat, qvid ma-

maculæ, qvod præclare docet Val. Heinricus Voglerus in Introduct. C. 3. p. 15. ſeq. Sic enim facillime qvis lectu digniſſimus ſit conſilium capies, ſed judicia illa non ſine judicio ſunt legenda. Nec Elogia çum judiciis confundenda, & judicis, judicatique, & judicii ipſius exacta ratio habenda. Qvod an ſatis obſervaverit Blountius Lector viderit qvi felicioris eſt cerebri, & mentis bene ſanæ. Judicem interdum producit, ſed non addit ubi decretum, qvod edidit ſit reperiendum. Et ſi addit ad tabulas recentiores provocat, non antiqviores & autrographas. Mutila etiam quædam & hiantia profert Edicta, non integra. Et ſi ſua interſerit nonnnnqvam çum cauſis ipſis non ſatis conſpirant. Sic enim v. g. p. 7. Theognis, ſcribit, Dorica uſus eſt Dialecto, qvod recte negat Vir ἑλληνικώτατος J. A. Fabricius in Bibl. Græca L. 2. C. XI. p. 434. Non Dorica dialecto utitur Theognis, ut legas in Cenſura Thomæ-Pope-Blount, ſed Jonica. Tacemus Epochas Virorum eruditorum non ſatis accurate traditas. Nec Homonymos, qvo fas eſt ſtudio, diſcretos. Nec auctorum verba optima ſemper fide citata. Et a fronte ſimul & occipitio oculatum eſſe oporteret, ſi quis ex his cenſuris *fluxum & refluxum doctrinæ* perſpicere velit, qvod Auctor in præf. legentibus perſvadere connititur.

XII.

Tobiæ Magiri Eponymologium Criticum, duplo qvam olim auctius editum cura Chriſtiani Wilhelmi Eybe-

Eybenii, Francof 1687. Tenuis primum is labor erat, & qvaſi rudimentum qvoddam Polymnemoni ejus, Libro optimo, præmiſſum, poſtea ſeorſim in qvarto editum, auctumque Francofurti 1644. Noviſſime anno ſcilicet 687. cura C. W. Eybenii duplo qvam ante auctius in lucem miſſum eſt. Hoc quaſi Indice uti poſſumus, ad qvem plura ejus generis, qvæ ſparſim apud Viros doctos legimus judicia conferri poſſunt, ſed ſeparanda ſunt Encomiaſtica a veris judiciis. Hæc Morhofius de Magiro in Polyſtiſtore L. 6. C. 16. n. 54. p. 196. Qvi ſi Thomæ-Pope-Blount Cenſuram, ſive apparatum Criticum vidiſſet, vel videre potuiſſet, ſiquidem A. C. 1691. jam lucis uſuram amiſit, hunc procul dubio Indicis literarii loco uſurpandum, & novis ſubinde acceſſionibus locupletandum ſvaſiſſet, non illum. Blountius enim incedit via Chronologica, qvæ eſt amœnior, Magirus Alphabetica, qvæ inſvavior. Blountius in Analectis congerendis eſt pingvior, Magirus macilentior. Blountius non alios in ſcenam producit, qvam qvi nomen habent in Republica literaria, Magirus etiam Patriarchas, Prophetas, Apoſtolos, Hæreticos, Reges, Principes, Civitates etiam, gentes, regiones, fæminas denique, & ipſam Cameram Imperialem, & monet in præfatione Eybenius, ſe aſteriſco notaſſe ea, qvæ adjecerit Magiro, ut ab iisdem qveant diſcriminari, & ſuum cuiqve tribui. Et certo ac vero ſenſu de utroqve judicat Vir Doctiſſ. Joh. Mollerus in Homonymoſcopia Sect 3. C. V. p. 865. Agnomina potiora in vetuſtate

ſacra

ſacra pariter ac profana obvia, & tum literatis impoſita promiſcue, ordine perſonarum Alphabetico diligentia mediocri collegit Tobias Magirus, Academiæ Francofurtino-Viadrinæ Profeſſor in Eponymologio Critico, qvod Francofurti ad Mœnum initio 1644. excuſum ante luſtra aliqvot cum augmento C. W. Eybenii, denuo prodiit. Qvo tamen in libro id deſideres, qvod haud ſatis accurate ab Elogiis & Cenſuris ea diſtinguat, ſed omnia hæc in unum qvaſi acervum ἀτάκτως congerat. Contra ad Magirum ſolum ſpectat qvod l. c. Sect. I. C. V. p. 413. ſcribit: *Achillem Tatium* Alexandrinum Scriptorem ἱϛορίας συμμίκτȣ Etymologici Libri de Sphæra, & fabulæ, qvæ ſola ſupereſt de Leucippe & Clitophonte, Eroticæ, ex gentili Chriſtianum ad Epiſcopalem tandem evectum dignitatem, verum ætatis incertæ (de qvo Svidas & Voſſius conſulendi) cum *Achille Statio* Vidigveira Luſitano, Philologo ac Poëta Seculi ſuperioris inſigni, qvi Romæ Pio V. ab Epiſtolis fuit latinis, & XV. Kal. Octobris 1585. eſt mortuus, Tobias Magirus in Eponymologio Critico confudit. Non enim ſolum Achillem Tatium Scriptorem Eroticorum male Statium vocat; Sed & Ludovici etiam Carrionis Elogium, qvo Lect. Antiqv. C. 2. Luſitanum eſt dignatus, eumque Virum ſummum, atque, ut ejus amplitudo, & præclara omnium ſcientiarum cognitio meretur, non niſi cum honore nominandum, ſalutavit, eundem Tatium Alexandrinum extollere falſo credidit. Hactenus Mollerus. Cujus obſervationibus Criticis plures poſſemus facile

facile adjicere, ſiqvidem nobis id neceſſarium videretur. Sic enim v. g. de Æſchylo p. 15. profert judicium Magirus, qvod ex Volaterrano ſe hauſiſſe ſcribit, cum ad verbum extet in Qvintiliano L. X. Inſtit. Orat. C. 1. p. m. 575. Qvi fide dignior omnino teſtis in hac cauſa qvam Volaterranus, & rectius de Æſchyli dictione judicare poterat qvam hicce.

XIII.

Catalogus Bibliothecæ publicæ Lugduno Batavæ noviter recognitus, acceſſit incomparabilis theſaurus librorum Orientalium præcipue MSCtorum, Lugduni Batavorum 1674. Tertia hæc eſt editio hujus Catalogi. Prima enim prodiit 1623. ex officina Elzeviriana 4. Altera 1640. ex eodem Typographeo 4. Et tertia illa ipſa eſt qvam indicavimus. Atqvi nullam ex iis vidiſſe Morhofium, Virum harum deliciarum appetentiſſimum liqvet ex ejus Polyhiſtoris L. I. C. 17. n. 67. p. 229. Ubi Ultrajectinæ Bibliothecæ Catalogum prodiiſſe in folio, ſcribit, Lugdunenſis in quarto. Sed vix haberi poſſe in Bibliopoliis. Quod eſt in transcurſu lambitare Nili fluenta. Qvæ ſane avidius ingurgitaviſſet, Vir Doctiſſimus ſi unum ex tribus hiſce Catalogis, & noſtrum inprimis pervolvere ei contigiſſet. Qvem rarius occurrere Joh. Chriſtophorus Wolfius in præfatione notitiæ Karæorum p. 12. ſcribit: Et ſunt Bibliothecæ complures qvibus Lugdunenſis cedat librorum typis impreſſorum numero; Inferior etiam eſt nonnullis, Vaticanæ, puta, Vindobonenſi,

Oxonienſi, Venetæ, Mediceæ, Auguſtanæ &c. MSCtorum Græcorum varietate & multitudine; Sed Hebræorum, Talmuldicorum, Arabicorum, Perſicorum, Turcicorum, Indicorum etiam & Tataricorum copia nulli omnino hodie in Chriſtiano ordine concedit. Qvod in Oratione de Bibliotheca Lugduno Batava non vano ſermone gloriatur Fridericus Spanhemius, qvæ uno volumine cum hoc noſtro Catalogo continetur. Nec anxie quærenda ſunt argumenta, qvibus Spanhemii glorioſum effatum ſuſtineri qveat. Locupletiſſimus enim hujus rei ipſe Catalogus teſtis eſt, qvi ordine elegantiſſimo concinnatus, id reipſa docet, qvod Spanheimius verbis profitetur. Scilicet in Europa vix eſſe Bibliothecam, quæ cum Lugdunenſi conferri poſſit, ſi ſpectes MSCtorum Orientalium numerum & excellentiam.

XIV.

Thomæ Jameſii Catalogus univerſalis librorum in Bibliotheca Bodlejana, omnium Librorum Linguarum & Scientiarum genere refertiſſima, Oxoniæ 1620. Qvi Catalogum huncce Bibliothecæ Bodlejanæ conſtruxit Thomas Jameſius Vir ſane fuit eruditiſſimus, ſed cui valetudo firma, & linguarum Orientalium exacta cognitio, & rei literariæ uſus defuit. Atque hinc factum, ut in hoc indice conficiendo XX. annos conſumſerit, & in MSCtis exoticis notandis ſuam toties inſcitiam prodiderit his verbis, *Liber ignotæ materiæ Lingua Arabica, Turcica, Æthiopica MSCtus.* Et

Et Catalogum ipſum juxta ſeriem Auctorum ordine Alphabetico digeſtorum diſpoſuerit, unde MSCti Codices permixti cum impreſſis, cum ineditis editi, cum Theologicis, Juridici, Medici, Philoſophici, Hiſtorici &c. Qvi in folio deſcripti cum iis qvi incomplicando formam minorem acceperunt. Qvod qvam faſtidioſum ſit ii norunt, qvi rei certæ intenti ſcire deſiderant, an & qvis de ea aliqvid literarum monumentis tradiderit. Hi enim bene multas paginas pererrant, anteqvam aliqvid inveniant, qvod ſcopo ſit conveniens. Et pergratam eruditis omnibus rem faceret, ſi qvis Indicem materiarum congereret, quæ ab iis deſcriptæ ſunt qvorum monumenta edita & inedita in hoc Cimeliarcho aſſervantur, hac inprimis tempeſtate, qva Librorum MSCtorum & impreſſorum tanta in eo eſt multitudo & copia, ut fere mole ſua laborare videatur. Conf. Num. 1. in foilo.

XV.

Henningi Groſii Index Generalis, in qvo continentur Libri omnes qvi ultimo Seculi 1500. *luſtro poſt annum* 1593. *usqve ad annum* 1600. *in S. Romano Imperio & vicinis Regionibus novi auctiv. prodierunt*, Lipſiæ 1600. Scilicet in notita Librorum comparanda faciendum eſt initium a lectione Catalogorum, qvi ſunt (1) Generales (2) Speciales, (3) Specialiſſimi. Et qvidem generales, ſunt qvi exhibent libros omnium facultatum linguarum, locorum, temporum materiarum

riarum &c. Atqve de ejuſmodi Catalogo conficiendo primi cogitarunt Germani, eo tempore, qvo poſt natam Typographiæ Artem, & renatas meliores literas, Hiſtoriæ literariæ neceſſitas juxta & utilitas aliquantulum cæpit illuceſcere. Tum enim deſperato huic negotio manus immiſerunt, & qvid in eo efficere poſſent, fecerunt periculum. Atqve ab ea tempeſtate duo cumprimis Catalogi, manibus eruditorum triti, & judicio βιβλιοφιλέντων probati ſunt. (1.) Willerianus Sec. XVI. (2.) Groſianus Sec. XVII. XVIII. *Willerianus* incipit ab A. C. 1546. & ad A. C. 1593. progreſſus, omnes libros exhibet, qvi in S. Imperio Romano & vicinis regionibus novi, & aucti prodierunt. (Vide Philippi Labbæi Bibliothec. Bibliothecar. p 112.) *Groſianus* eo anno habuit exordium, qvo Willerianus Epilogum. Et eſt ille Catalogus, qvi jam inde ab A. C. 1593. ab Henningo Groſio Bibliopola Lipſienſi inchoatus, & per varios caſus, per tot driſcrimina rerum, usque ad præſentem temporis Articulum ab hæredibus deductus, jam per 140. annos apud eruditos in honore fuit, & ſingulis nundinis Francofurtenſibus & Lipſienſibus e prelo exiens, eorum librorum deſignationem exhibet, qvi vel novi, vel emendatiores, vel auctiores prodierunt, vel inpoſterum produturi ſunt.

XVI.

Johannis Cleſſii Wineccenſis, Hannoji, Philoſophi ac Medici Elenchus Conſummatiſſimus Librorum

uniu

unius Seculi virorum literatorum monumentis tum florentiſſimi tum fertiliſſimi ab A. C. 1500. *usqve ad A. C.* 1602. *incluſive*, Francofurti 1602. Valentinus dicitur auctor G. M. Königio in Bibliotheca Veteri & Nova p. 197. ſed perperam; Siqvidem *Johannes* ejus prænomeſt eſt. Nec usqve adeo in vulgus notus hic ejus elenchus; Memoratur tamen in Bibliotheca Bibliothecarum Phil. Labbæi p. 185. & in Antonii Teiſſerii Catalogo Auctorum p. 171. Sed ita ut Labbæi ſphalmata non ſolum non emendata, ſed & aucta ſint. Ab utroqve etiam præteritum, duas hujus indicis editiones eſſe. *Primam* qvæ A. C. 1592. & *alteram* hanc, quæ 1602. prodiit. In qva reſtituta, quæ in priore editione parum recte tradita, & ea inſuper, qvæ ab eo tempore usque ad A. C. 1602. vel nova vel aucta e prelo emerſerunt, inſerta ſunt. Et licet ejus generis hic Elenchus non ſit, ut *conſummatiſſimus* dici mereatur, vel *Bibliotheca* mundi appellari qveat: quæ nomina eidem ab Auctore in inſcriptione & præfatione ſunt indita; Siqvidem ſexcenta in eo ocurrunt qvæ manum medicam exſpectant: Attamen conatus laudandus eſt, & operis diſpoſitio prædicanda. Et præfatio digna, qvæ bis & ter & ſæpius lectitetur. In ea enim de ingeniorum diſſimilitudine, & Scriptorum varietate & copia diſſerens Auctor; omnium, inqvit qvæ a veteribus tot, ac recentibus ipſis non paucioribus Scriptoribus edita ſunt, ſcribiqve hodie poſſunt & debeant, deinceps tria facio capita ſive claſſes, qvibus nec puto fore qvicqvam ἀξιόγραπτον qvod non includatur. In *primo*

ord

ordine ſtatuo, qvi aut nova prorſus inveniunt, aut veterum inventis qvædam addunt. In *ſecundo* qvi opiniones antiquorum in artibus & ſcientiis qvibuscunque, qvocunqve modo vel caſtigant vel dirigunt, ipſas autem res meliore via, & ad diſcendum accommodatiore tradunt. In *poſtremo* qvi Scripta ipſa priſcorum omnis generis vel obſcura illuſtrant, vel emendant. *Primis* nihil dignius; *Qui* hos ſeqvuntur nihil utilius; Qvos *ultimos* feci iis vero nihil magis neceſſarium &c. Atqve de his poſterioribus ea proponit, ut explicare vix qveas, an rerum optimarum notitia, an dicendi facultate magis excelluerit horum προλεγομένων Architectus, qvem non civem & Bibliopolam Francofurtenſem, qvod mentitur ſubſcriptio, ſed Virum omni literarum cultu & ornatu inſtructum fuiſſe ex omnibus lineoliis colligimus.

XVII.

M. Georgii Draudii Bibliotheca Claſſica, ſive Catalogus Officinalis, in qvo ſinguli ſingularum facultatum ac Profeſſionum Libri in qvavis fere lingva ſecundum artes & diſciplinas ordine Alphabetico recenſentur, Francofurti 1611. Proximum a Catalogorum & Ephemeridum Scriptoribus locum habent ii, qvi condiderunt Bibliothecas, h. e. Opera, in qvibus de Scriptoribus & Scriptis certo ordine digeſtis traditur notitia. Atqve hæ Bibliothecæ ſunt triplicis generis, (1.) Generales, (2.) Speciales, (3.) Specialiſſimæ. Generales ſunt qvæ tradunt notitiam de Scriptoribus

& Scriptis omnium facultatum, regionum & gentium, Materiarum, Profeſſionum, Ordinum &c. Ad qvem cenſum ſpectat Bibliotheca Conradi Gesneri, & Georgii Draudii, qvorum ille *primus* eſt, qvi concinnavit Bibliothecam univerſalem Auctorum, ſecundum Alphabeti ſeriem. Hic *primus*, qvi Bibliothecam univerſalem materiarum eo ordine inſtauratam, qvo Elementa literarum latinarum ſe excipiunt. Et hæc, ſi Thomam Reineſium audias, in Ep. LXX ad Chr. Daumium p. 185. E Catalogis annuorum nundinarum Francofurtenſium & Lipſienſium collecta eſt. In qvos cum ſubinde retulerint typographi Libros tanqvam editos edendosve, qvi tamen adhuc exſpectantur, exſpectabunturqve in Seculum, video ex ea nihil certi haberi poſſe, vel de Scriptoribus, vel de Scriptis ipſis. Qvod judicium ex Reineſio repetit Morhofius in Polyhiſt. L. I. C. 18. n. 18. p. 217. Et ex Morhofio J. F. Meierus in Bibliotheca Biblica Differt. 3. C. 1. p. 41. & Burchard Gotthelff Struvius in Introduct. in notitiam rei Liter. C. 1. §. 21. p. 31. Et ſane hominem ſe eſſe non uno loco teſtatus eſt in hac Bibliotheca Claſſica Draudius, & nihil humani a ſe eſſe alienum. Quæ enim in præfat. ex Oldrado de Ponte adducit verba de lectione Librorum inſultoria, non Oldradi ſunt, ſed Senecæ, cujus nomen in proxime antecedentibus expreſſit. Hiſtoricumqve illud directorium, qvod p. 84. ſeq. exhibet, ab iis in conſilium adhibendum, qvi Chronologos annaliumqve Scriptores & Hiſtoricos, Romani potiſſimum Imperii, uno tractu
&

& tenore evolvere, atqve etiam inter ſe conferre & conjungere volunt, totum ex . . . tranſcriptum eſt. Et Nicolai Bergeromi Pariſienſis reſolutiones Arreſtorum qvas e Gallico ſermone in Latinum translatas eſſe per Hieronymum Brücknerum p. 460. ſcribit, tam procul abfuerunt a Brückneri ſtudio, ut Maynardum potius cum Brücknero l. c. confuſum eſſe Martinus Lipenius in Præfat. Bibliothecæ Philoſophicæ teſtetur, qvi ſe a Draudio circumventum, & in Bibl. Juridica in eundem errorem inductum l. c. conqveritur. Laudanda tamen ex mente Morhofii l. c. eſt Methodus (ſcilicet Pragmatica) qva utitur. Eamqve ob cauſam majori eſſe uſui poteſt, qvam cæteri indices, etſi accuratius inſtituti. Nec omittendum tres eſſe editiones hujus Bibliothecæ Claſſicæ, primamqve Francofurti editam 1611. alteram 1621. ibidem, & tertiam 1644. loco eodem. Qvod Phil. Labbæus in Bibliotheca Bibliothecarum p. 108. docet. Cui & hoc inſuper adjicimus, Draudium Joh. Cleſſio Succeſſiſſe in hoc negotio literario, & , qvod antiqvi faciebant olim in Prometheis, Vulcaniis, & Panathenaicis, hunc curſu defatigatum illi tradidiſſe lampada.

XVIII.

M. Georgii Draudii Bibliotheca Librorum Germanicorum Claſſica, Francofurt. 1610. (2.) *Ejusdem Bibliotheca Exotica i. e. Gallica, Italica, Hiſpanica, Belgica* &c. ibidem eodem. Ejusdem monetæ cum ea quam Num. XVII. ſub cenſuram vocavimus.

XIX.

Joh. Erneſti Bergeri Diatribe de Libris rario-ribus, horumqve notis diagnoſticis, Berolini 1729. Rariorum Librorum notitiam ſex Regulis inclu-dit Auctor, qvas variis exemplis ita explanat, ut rei literariæ eundem non imperitum eſſe ap-pareat. Sed Regula tertia eadem eſt cum pri-ma. Et qvarta non tam ſpectat ad regularum apparatum, qvam ad exemplorum Syllogen. Ni-mis etiam exilis & anguſta hæc eſt Scena qvam de libris rarioribus adornat Auctor. Amplior & ſpatioſior eſſe debet, & ad ſpectacula ejus-modi literaria exhibenda accommodatior. Et nos jam pridem in animo habuimus, in noti-tiam Librorum rariorum peculiarem qvandam introductionem apparare; Siquidem jam olim eorum qvendam dedimus Elenchum Tomo X. Obſervationum Hallenſium inſertum; Nec de-ſunt conlectanea, qvibus ceu ſtragulis & aulæis & picturis inſtruere hoc atrium qveamus; Sed rebus aliis diſtricti manum admovere operi non potuimus. Qvod plane ad normam Auctoris exigendum, regulisque certis & exemplis eſt exornandum. Verum intra regulas generales non eſt ſubſiſtendum, ſed ad ſpeciales deſcen-dendum, & eæ ſecundum Encyclopædiam ſcien-tiarum & artium diſtribuendæ, Agendumqve v. g.

I. De notitia Librorum rariorum MSCtorum. Ubi Regula.

Omnes Libri MSCti ſunt rari, qvi exarati ſunt cha-racteribus ignotis, exoticis, aureis, argenteis,

pu-

purpureis, in foliis arborum, tabulis ceratis, membranis. Item qvi adhuc inediti, vel locupletiores, & emaculatiores qvam editi, prohibiti, Μοναδικοὶ &c.

II. De notitia librorum rariorum impreſſorum. Ubi Regula.

Omnes libri impreſſi rari ſunt, qvi excuſi ſunt ab inventione Artis typographicæ usqve ad A. C. 1500. Item qvi auctoritate publica prohibiti, combuſti, expurgati, caſtrati. Qui cum aliis collati, ab ipſis Auctoribus, vel etiam ab alio erudito Viro notati, correcti, aucti, additametis qvibusdam ineditis locupletati, ſingulares ob cauſas ſuppreſſi, παράδοξοι. Qvorum oppido pauca excuſa ſunt exemplaria. Qvi prodierunt ſumtibus Auctorum, in locis diſſitis; Luſitania, Hiſpania, Italia, Svecia, Ruſſia &c.

III. De notitia librorum rariorum Theologicorum Speciatim:

1.) *De notitia librorum rariorum Biblica.* Ubi Regulæ.

1.) Omnes editiones Ebraicæ SS. ſunt raræ, qvæ prodierunt ab A. C. 1494. qvo prima Piſauri excuſa eſt, usqve ad A. C. 1534. qvo Sebaſtiani Munſteri Biblia Ebraica e prelo exiit.

2.) Omnes editiones SS. Ebraicæ Bombergianæ ſunt raræ.

3.) Omnes editiones Græcæ SS Aldinæ Stephanianæ, Frobenianæ &c. ſunt raræ.

4) Omnes editiones Latinæ SS ab A C. 1462 qvo primum excuſus SS. Latinæ Codex usqve ad A. C. 1500. ſunt raræ.

5.) Omnes editiones SS. Latinæ a Roberto Stephano impreſſæ ſunt raræ.

6.) Omnes editiones SS. Germanicæ ante Lutheri tempora excuſæ ſunt raræ.

7.) Omnes verſiones SS. Orientales, & in Occidentalibus, Italicæ, Hiſpanicæ & Luſitanicæ apud nos ſunt raræ.

8.) Omnes verſiones SS. Germanicæ ante Lutherum elaboratæ ſunt raræ.

9.) Omnes verſiones SS. factæ a Socinianis ſunt raræ.

10.) Omnes Paraphraſes Chaldaicæ ſeorſim editæ ſine verſionibus & cum verſionibus ſunt raræ.

11.) Omnes Libri Iſagogico-Biblici ante Lutheri tempora vulgati ſunt rari.

2.) *De notitia librorum Symbolicorum rariorum.*

1.) Omnes Catechismi ante Lutherum confecti ſive MSCti ſint, ſive impreſſi ſunt rari.

2.) Omnes Confeſſiones Eccleſiarum Orientalium ligva Orientali conſcriptæ ſunt raræ.

3.) Om

3.) Omnium Confeſſionum Editiones primæ ſunt raræ.

4.) Omnes Confeſſiones MSCtæ authenticæ ſunt raræ.

3.) *De notitia Patrum rariorum.*

1.) Omnes editiones Patrum ante annum 1500. impreſſæ & poſtea etiam in Anglia, Italia, Hiſpania excuſæ ſunt raræ.

2.) Omnes editiones Patrum Græcorum ſunt rariores qvam Latinorum.

3.) Omnes editiones Patrum Græcorum Stephanianæ, Plantinianæ &c. ſunt raræ.

4.) Omnes editiones Patrum Latinorum Eraſmianæ, Plantinianæ, Frobenianæ ſunt raræ.

XX.

Hiſtoria Bibliothecæ Fabricianæ, *Auctore Joh. Fabricio.* *Pars* I. *Wolffenbütteli* 1718.

Pars Secunda. Ibidem. Eodem.
Pars Tertia. Ibidem 1719.
Pars Qvarta. Ibidem 1721.
Pars Qvinta. Ibidem 1722.
Pars Sexta. Ibidem 1724. ſex Volumina.

Opus 30. annorum & amplius. Qvod jam A. C. 1690. in Norimbergenſium Academia, Altorfina ab Auctore cæptum, in alma Julia demum A. C. 1724. ad colophonem perductum, vel potius, ſine colophone eſt editum. Mors enim oppreſſit Auctorem prius, qvam Opus hoc inchoatum ad finem perducere potuerit. Et tantum abeſt ut Bibliothecæ Fabricianæ Libri ſinguli hiſce ſex Voluminibus contineantur, ut potius; qvi in 12mo. complicant folia, adhuc deſiderentur omnes, & in 8vo plurimi, nec pauci ex aliis, & in iis etiam CXL. Diſſertationum volumina. Qvæ Paralipomena filius fortaſſis adjiciet, qvi celebritatem nominis a Patre ſibi relictam mira ſolicitudine tuetur atqve colit. Nec ambitioſior eſt hedera, qvæ huic vino ſuſpenſa eſt, imo ſummiſſior potius qvam debebat. Siqvidem non nuda Hiſtoria Bibliothecæ Fabricianæ eſt, qvæ in Ἐξαβίβλῳ hocce Lectori diſcutienda propinatur; Sed Hiſtoria Critica, in qva præter commemorationes Hiſtoricas de Scriptoribus & Scriptis, eorumqve Editionibus, Verſionibus, Oppugnationibus, Apologiis, etiam judicia afferuntur varia, qvid de his omnibus ſit exiſtimatum, & exiſtimandum. Et qvidem qvod ad analecta Hiſtorica attinet, ea pleraqve ſunt peregregia, ad fata Auctorum & varios caſus, & tot diſcrimina librorum cognoſcenda neceſſaria, magna ſedulitate & labore & vigilantia conqviſita, nec illa ubivis obvia. Judicia etiam Eruditorum pleraqve oportune allata, & qvæ iisdem ſuperadditæ ſunt obſervationes Criticæ, ita com-

comparatæ ut & alere lectoris ingenium, & acuere qveant. Contractiora hæc omnia eſſe nonnulli malint. Qvibus dapium multitudo moleſta eſt. Criſesqve ex Auctoris ingenio profectas, non aliunde petitas. Et ſi repugnant invicem, qvæ ex aliis allatæ ſunt, qvæ veritati conveniant, qvæ diſconveniant indicatum. Et qvanto excellentior eſſet hic Catalogus, ſi in librorum diſpoſitione materiarum potius, qvam formæ externæ habita fuiſſet ratio. Et ſi indici perſonarum adjectus fuiſſet Index materiarum. Et illæ obſervationum farragines non tot minutiis eſſent conſpiſſatæ. Percribrandæ ſunt animadverſiones ejusmodi, inter legendum natæ. Et qvæ alicujus momenti ſunt ab iis ſecernendæ, qvæ nullius ſunt pretii. Et hæ qvidem velut paleæ, & granorum folliculi rejiciendi. Ex illis autem in ordinem redactis lanx Satura inſtruenda, & Lectori exhibenda ad faciendum guſtum.

XXI.

Pauli Bolduani Bibliotheca Theologica, ſive Elenchus Scriptorum Eccleſiaſticorum Illuſtrium &c. Jenæ 1614. Vir navus & induſtrius; Sed iis opibus non inſtructus, qvibus affluere oportet, qvi Bibliothecæ Theologicæ ſcribendæ ſe accingit. Siqvidem ſedem fortunarum habebat, ubi Bibliothecarum apparatus nullus, & tabernarum librariarum perexiguus. Unde non ex ipſo ſenſu, & oculorum aſpectu, & fide propria concinnatus hic Scriptorum Elenchus, ſed ex

fide

fide aliena, Petri Beſodneri, Joh. Cleſſii, Henningii Groſſii Catalogis. Cujus eqvidem oeconomia non inepta; Hoc autem ipſo inſcriptioni non ſatis conveniens, qvod Bibliothecarium ſe ſimulans auctor, ſolum Nomenclatorem, vel ſi mavis Nomencalatorem ſe exhibet. Et ne in calandis, vel vocandis nominibus qvidem ſatis accuratus eſt, ſive Auctorum ea ſint vitia, ſive librorum, qvod *Kabuncki* vocabulum docet p. 44. (b) Et ſi qvam inſpergit interdum ἐπίκρισιν ejus eſt commatis, ut fidem ei habere nullo modo qveas. Qvale eſt iſtud qvod p. 32. de Chriſtophori Corneri Pſalterio ſcribit; Notandum qvod Summaria ſingulis Pſalmis Cornerianis inſcripta, non videntur eſſe Auctoris, ſed a Calviniano Clanculario inſerta, cum in multis Calviniſmum ſapiant, & a Paraphraſticis ipſius Auctoris expoſitionibus exorbitent.

XXII.

Joh. Hallervordii Bibliotheca Curioſa, in qva plurimi rariſſimi & paucis cogniti Scriptores indicantur, Regiomonti 1676. Frigide ſentiunt de hac Bibliotheca Dan. Georg. Morhofius in Polyhiſt. L. I. C. 18. n. 10. p. 216. Et, qvi Morhofio plerumqve ductore utitur, Burchardus Gotthelf. Struvius in Introduct. in notitiam rei liter. C. 1. p. 28. Qvorum neuter eandem accurate ſatis diligenterqve videtur inſpexiſſe. Morhofius enim Editionis plane nullius mentionem facit. Et, qvam Struvius l. c. 1687. excuſam ſcribit, nunqvam extitit. Nec ejus indolis, eſt

hoc

hoc Syntagma, ut ordinem nullum obtinere in Republica literaria debeat. Cum non facile ſit Bibliotheca in qva plures producantur Scriptores, & Scripta exotica, Hiſpanica, Luſitanica, Italica, Arabica, Syriaca, Perſica &c. MSCta etiam, & inedita, & qvæ rariora ſunt inventu, ſive ea ipſa ſpectes, ſive eorundem Editiones. Et ut de Hiſpanicis tantum primoribus labris qvædam attingamus, varios notavimus in hac Bibliotheca Scriptores Hiſpanicos & Scripta, qvæ in Nic. Antonii Bibliotheca Hiſpanica, vaſto Opere, fruſtra reqviras v. g. Cervera de la Torres p. 46. exulat in Nic. Antonii Syſtemate. Et qvi p. 43. affertur Scriptorum Catalogus Caroli Colomæ amplior eſt, qvam qvi ab Antonio producitur. Qvo ipſo tantum abeſt ut nullas plane in hac Bibliotheca ineſſe maculas propugnare velimus, ut potius variis labeculis eandem inqvinatam eſſe affirmantibus utraqve manu largiamur. Qvædam enim nomina Eruditorum in ea ſunt confuſa, ut p. 379. Æmilii Porti filii cum Franſcici Porti Patris. Qvædam omiſſa, eaqve non pauca ex ipſis Doctoribus Eccleſiaſticis, qvorum ſe præcipue rationem habiturum in Indice pollicetur. Qvædam etiam ſcripta Auctorum oratione non tacta. Ægidius enim Gonzales d'Avila plura omnino reliqvit Opera edita & inedita, docente Nicolao Antonio in Bibliotheca Hiſpanica nova T. I. p. 4. Atqvi Hallervordius in hac Bibliotheca p. 3. unius tantummodo mentionem injicit. Et ſic in pluribus. Interim animo haud ſatis æqvo ferimus, Auctorem tam cito vi-

vitam cum morte commutaſſe, & eo ipſo anno, imo fere eo ipſo menſe lucis uſuram amiſiſſe, qvo hæc ejus Bibliotheca in lucem exiit, qvoqve annum ætatis 31. vix erat egreſſus. Siqvidem cum eo ſpes omnis decollavit, videndi unqvam ea qvæ ſe daturum inpoſterum ad fructum & jucunditatem Reipublicæ literariæ erat pollicitus in hac Bibliotheca, ſcilicet Tomum ejus ſecundum in Præfat. Imo potius Tomos plures p. 37. (a) & p. 57. (a) Item Syntagma de Claris Bibliothecariis eorumqve ſcriptis p. 21. (a) & p. 29. (a) &c.

XXIII.

Muſæum Hiſtoricum & Phyſicum Joh. Imperialis Phyſici & Medici Vicentini, Venetiis 1640. apud Juntas. Unica hæc eſt editio hujus Muſei, (ſic enim Auctor ſcribere debuiſſet Elemento ſimplici, non duplici, *Muſæum.* Qvippe vox tota Græca eſt Μȣσεῖον, & a Latinis in civitatem admiſſa.) Atqve hinc ejus raritas. Qvæ enim A. C. 1711. Hamburgi recuſa eſt, accurante Viro Doctiſſ. Joh. Alb. Fabricio; Parte una, qva Diſſert. Phyſicæ continentur, tota deſtituitur, & alteram mutilam exhibet tantum, & imaginibus æri incisis orbatam, adeoqve editio ſecunda dici non poteſt. Et *tria* ſunt potiſſimum, qvibus hoc Opus ſe vulgo librorum eximit 1.) *Orationis nitor.* 2.) *Imaginum decor, & cum Exemplis authenticis convenientia.* 3.) *Elogiorum præſtantia.* Adderemus qvartum rerum philoſophicarum acumen. Sed Muſeum Phyſicum

non

non aperimus in præſenti, in Hiſtorico ſolo pedes retenturi. In qvo Virorum doctorum vultus & ora, ad vivum expreſſa, eaqve non ex ingenii præſtantia, aut gentilitia dignitate, ſed ex probabili qvadam temporis æſtimatione diſpoſita, ſpectanda exhibentur, additis Elogiis eorundem vitas & mores notantibus. Et ſane multum intereſt inter Hiſtoricum & Encomiographum, & ſunt qvi ad ſcribendas Hiſtorias acciti, ſcribunt Encomia, in qvibus ab illa parte tantum ſiſtuntur homines qva nitent, non qva ſqvalent; Sed ſunt etiam qvi cum Encomiis ita permiſcere norunt Hiſtorias, ut & laudes eorum, qvi deſcripti ſunt, & maculæ appareant, ut in picturis Lux & Umbra. Atqve ad hunc cenſum Imperialem referendum eſſe, facile dijudicabit, qvi Muſeum hocce Hiſtoricum perluſtrandum ſibi ſumit. In qvo Ohe! qvæ Encomia. Lege qvæſo Pauli Jovii Elogium p. 6. ſeq. Et adde, ſi placent tuis labris hæ lactucæ, Elogium P. Bembi Cardinalis p. 22. Et Joh. Caſæ p. 27. Et aliorum qvorundam. Et totus obſtupeſces: Nec ſenſu attingere poteris, qvi fieri potuerit, ut Opus ejusmodi in Pontificiorum terra, ſuperiorum permiſſu, in lucem aſpectumqve publicum prodire qviverit, in qvo ex Sacro ordine qvibusdam tot fœda crimina ſunt objecta. Sed magna veritatis vis eſt, qvæ contra hominum ingenia & calliditatem & ſolertiam, contraqve fictas omnium inſidias emergit, & ſi intercluſa fuerit, tamen eluctatur inſtar lucis, ignis, & fulminis. An Muſeum Hiſtorico-Medicum edi-

ediderit Auctor, non novimus. Hoc novimus, eundem illud ipſum promiſiſſe in hoc opere. Nec defuit eidem facultas dependendi id qvod ſpopondit. Et ſi qvid defuit, eſt ſentiendi libertas, a qva tam procul abfuit, ut contra placita Ariſtotelis, & Decreta aulæ Romanæ, ne qvidem auſus ſit hiſcere. Unde & illa in Petrum Ramum, (p. 78.) & Martinum Lutherum, & Joh. Calvinum, (p. 163.) & Centuriatores Magdeburgenſes, (p. 95.) ſcommata, & in Bernardinum Teleſium (p. 78.) frigiditas.

XXIV.

Joh. Jonſii Holſati de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ, cura Joh. Chriſtoph. Dornii, Jenæ 1716. Urceum inſtituit Auctor, ſed rota currente, exiit amphora. Exaraturus enim Epiſtolam de Scriptoribus Hiſtoriæ Pythagoricæ, hoc de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ condidit Syntagma eo ſucceſſu, ut Virorum doctiſſimorum calculis approbatum fuerit. Nicolaus Antonius in præfat. Bibliothecæ Hiſpanæ Veteris p. 28. Scriptores Hiſtoriæ Philoſophicæ accurate collegit atqve illuſtravit Joh. Jonſius Holſatus. Joh. Georg. Grævius in præfat. Collectionis Diſſert. Rariſſimarum, Johannes Jonſenius qvi Epiſtolam ſcripſit de Spartanorum Genitiva nota lancea, eſt ille doctus Jonſius, ſic enim poſt appellari maluit, qvi Francofurti ad Mœnum elegantioribus literis juventutem imbuit, & pulcherrimam Commentationem de

Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ emiſit in publicum, qvam homines doctiores ubiqve gentium magno cum applauſu exceperunt. Cum multa præclara minaretur in ipſo ætatis flore extinctus eſt. Joh. Mollerus in Homonymoſcopia C. 1. §. 5. p. 8. Joh. Jonſius noſtras, Criticus πολυμαθέστατος, & ſagaciſſimis præcipuisqve ἐμπειρίας βιβλιακῆς Magiſtris accenſendus. Adde Marqvardum Gudium, Valent. Henricum Voglerum, Burch. Gotthelf. Struvium, Gottl. Stollium, & qvem non? Cave tamen exiſtimes, hanc Hiſtoriam extra omnem erroris aleam eſſe poſitam. Sæpe enim a re digreditur Auctor, & ultra ſepta transſiliens, de rebus diſſerit, qvæ ab argumento plane ſunt aliena. Sæpe Scriptores Philoſophiæ producit, ubi Scriptores Hiſtoriæ Philoſophicæ dare debebat conſpiciendos. Et interdum etiam confundit Homonymos docente Joh. Mollero in Homonymoſcopia Sect. 2. C. 2. p. 313. cum nemo omnium unqvam majori cura & ſolertia in hoc lapide offenſionis de medio tollendo occupatus fuerit. Interim hoc ipſo de monumento honoris, qvod ſibimet ipſi hoc Opuſculo exegit, nihil decerpitur. Et bene meritus eſt de republica literaria Joh. Chriſt. Dornius, qvi idipſum denuo recognitum, & ad præſentem ætatem uſqve perductum, recudendum curavit. Dummodo Libri Tertii caput vigeſimum non reſecuiſſet, & argumenta qvædam capitum non interpolaſſet, & additamenta ſua a Jonſii Eclogis, certa qvadam nota diacritica, diſtinxiſſet.

XXV.

Danielis Georgii Morhofii Polyhiſtor in tres Tomos diviſus, Literarium, Philoſophicum & Practicum, Lubecæ 1708. Vir qvem conſpecta eruditio inter Heroas rei literariæ poſuit, & qvi ſuo exemplo docuit dari in qvibusdam θεῖόντι h. e. ὁρμὴν πρὸς πάντα μαθήματα, & vim intellectus inſtar fulminis omnia penetrantem, & explicatum rerum infinitarum recordationem, cum facultate exqviſite judicandi conjunctam. Hæc enim omnia ita eluxerunt in Morhofio, ut & civibus ſuis, & exteris admirationem excitaverit. Et teſtis eſt hujus rei locupletiſſimus hic Polyhiſtor. Qvi, ſi ad umbilicum ab Auctore eſſet perductus, parem non habuiſſet in Orbe literario. Sed mors præmatura fecit, ut tres priores libros tantum abſolvere potuerit, ex qvibus duo A. C. 1688 Lubecæ ſunt editi, & miris encomiis eruditorum exornati, qvæ recitat Joh. Mollerus in Prolegomenis §. 98. p. 77. Reliqvi poſt mortem Auctoris, qvi A. C. 1691. contigit, ſuperadditi. Omnes qvidem ex Schedis Morhofii, qvi anno ætatis 53. exceſſit e vita, ſed non omnes una ratione. Johannes enim Friccius Ulmenſis, Collegii Philoſophici Lipſienſis Aſſeſſor, Friderici Benedicti Carpzovii auſpicio, cui a Bibliopola commendatum erat hoc negotium, Libris prioribus tribus, I Bibliothecario, II. Methodico, & III. Paraſceuaſtico, adjecit qvatuor poſteriores, videlicet IV. Grammaticum, V. Criticum, VI. Oratorium

VII

VII. Poeticum, ſed ita, ut, referente Mollero in Prolegomenis §. 96. p. 76. *textui Auctoris*, auctaria atqve ſupplementa, vel ſua vel Carpzoviana, eaqve crebra ſatis & copioſa, ubiqve ita immiſcuerit, ut lectorum, qvi Prælectiones Auctoris non viderunt MSCtas, nemo hæc ab iſto qveat diſcernere, & ſuum cuiqve vindicare. Libri ſane *Sexti* caput ſecundum, de *Græciæ Oratoribus*, & *Septimi* alterum de *ejusdem Poëtis* tota continuatori Lipſienſi debentur, cum nihil ferme de utriſqve in Prælectionibus Morhofianis, mancis hic atqve imperfectis, ſit annotatum. In cæteris autem capitibus libri inprimis qvarti *Grammatici* (in ſeqventibus enim parcior talium occurrit ſeges) ſupplementa iſta tantundem ſæpe ſpatii, qvantum ipſe Textus, imo plus interdum occupant. Atqve hæc omnia Bibliopolæ Lubeccenſis rogatu à Mollero reviſa, & emendata, & in Paragraphos diſtincta, capitumqve ſingulorum inſtructa Summariis, & Hypomnematis Hiſtorico-Criticis illuſtrata *Tomum Primum* hujus Polyhiſtoris abſolvunt. Cui acceſſit poſtea *Tomus Secundus*, ſive Polyhiſtor Philoſophicus, qvinqve libris conſtans, I. Philoſophico-Hiſtorico, II. Metaphyſico-Logico, III. Phyſico, IV. Mathematico, & V. Ματαιοτεχνίῳ. Et *Tomus Tertius*, ſive Polyhiſtor Practicus ſeptem Libros complexus, I. Ethicum, II. Politicum, III. Oeconomicum, IV. Hiſtoricum, V. Theologicum, VI. Juridicum, VII. Medicum. Qvos poſteriores Tomos, ex MSCtis Auctoris eruit, & in eam, qvam habent hodie formam, redegit

git Joh. Mollerus. Sed Morhofii tamen telam intemeratam reliqvit, nihilqve eidem intexui de ſuo. Atqve hanc eſſe hujus Operis rationem neceſſe eſt ut Lectori perſpectum ſit, 1) Ne omnia ex Morhofii calamo fluxiſſe exiſtimet qvæ continentur hoc ſpiſſo volumine. 2) Ne omnia, qvæ ſunt Morhofii, eodem loco ac numero habenda eſſe opinetur. Anthuma enim ſunt præferenda ejus Poſthumis, & qvæ ab ipſo edita ſunt iis, qvæ vulgata ſunt ab aliis, & qvæ Tomo I. libris duobus primis comprehenſa, reliqvis omnibus ſunt anteponenda, utpote qvibus multis partibus ſunt ſuperiora.

XXVI.

Gottlieb Stollens Anleitung zur Hiſtorie der Gelahrtheit &c. Jena 1724. Opus pernitidum & dignum, qvod ab omnibus, qvi Hiſtoriæ Philoſophicæ amore flagrant, diligenti manu teratur. In hac enim tradenda ita diſtinetur Auctor, ut cum Hiſtoria βιβλιογνωσίαν eleganti connubio conjungat, & hac ratione una fidelia duos dealbans parietes, ſcientiarum fluxus & refluxus ſimul cum optimis Auctoribus earundem deſcribat. Qvod, dici non poteſt, qvam neceſſarium, & utile, & jucundum ſit diſcentibus & qvantum ad diſciplinas ipſas rite percipiendas conducat. Siqvidem Hiſtoria apprehendentibus oculus dexter eſt, & βιβλιογνωσί[a] ſiniſter. Qvibus apertis, facilis patet ad eruditionis penetralia aditus, ſed clauſis latet. N[e]

d[...]

deſunt ea qvæ manuductioni ejusmodi decentiam & venuſtatem conciliare poſſunt. Methodus Operis totius Syſtematica, & capitis cujusvis Voſſiana, per θέσιν & ἔκθεσιν. Doctrina Auctoris & ſolertia & fides, & in hac eruditionis parte freqvens uſus & diuturna experientia. Oratio etiam dilucida & æqvabilis & moderata. Malint tamen nonnulli ut loca ex Scriptoribus exoticis, latinis puta, Gallicis, aliisqve allata in lingvam Germanicam eſſent traducta, ut conſenſus amicior exiſteret inter totum & partes. Et ut Auctor doctiſſimus in judicando majore παῤῥησίᾳ & libertate & animi robore eſſet uſus. Et ut capita omnia ea arte & mentis acumine eſſent expolita, qva id qvod agit de *Poëſi*, qvodqve eſt Partis primæ caput Qvintum. Hoc enim ex omnibus eſt nitidiſſimum & gemma qvaſi, in aureo hoc annulo.

XXVII.

Hermanni Conringii Commentarius, de Scriptoribus XVI. poſt C. N. Seculorum, cum Prolegomenis & Additionibus, Uratislaviæ 1703. Fallitur Vir Cl. Gottlieb Krantzius, qvi in præfat. hujus Commentationis ſcribit, Hermannum Conringium A. C. 1664. eandem ſuis Auditoribus in calamum dictaſſe. Eſt enim apud nos exemplum MSCtum, qvod Jacobus Kæſebergius Eccleſiæ Burgsdorfienſis Paſtor, ejusdemqve & vicinarum Superintendens jam A. C. 1637. ex ore Conringii excepit. Diverſum nonni-

hil ab eo, qvod Vir illuſtris Joh. Wilhelmus Göebelius a nobis obtinuit Operibus Conringianis inſerendum, qvod ipſe memorat in præfat. Tom. V. Operum Conringianorum Num. XIV. Auctor enim in prælectionibus iteratis ſubinde qvædam diſpunxit & emendavit. Atqve hinc exemplorum MSCtorum diſſonantia, qvæ in ordinem redacta Joh. Gottlieb Mollerus SS. Th. D. & in Athenæo Gedanenſi Philoſophiæ primæ & Practicæ P. P. & Bibliothecarius A. C. 1698. primum ſub prelum ire juſſit, & Diſputationibus illuſtrare inſtituit; Sed fato interceptus ad Seculum XII. tantummodo perduxit. Qvod dolenter ferens Vir Doctiſſ. Gottlob Krantzius hujus editionis ſuſcepit curam, in qva præmiſſis Prolegomenis antiqvioris Eruditionis Hiſtoriam ab O. C. usqve ad nativitatem Chriſti ſiſtentibus, ipſius Conringii Commentariolum, tum ex impreſſo Molleriano, tum ex variis Codicibus MSCtis exceptum, publice legendum dedit, & Supplemento ad Seculum XVI. & XVII. adjecto locupletavit. Scholia tamen non addidit. Qvibus multum jucunditatis huic libello conciliare potuiſſe Gottlieb Stollius in Manud. ad Hiſtoriam eruditionis P. I. C. 1. §. 48. p. 25. perſvaſum ſibi habet. Sed acceſſerunt poſtea J. W. Göbelii cura, qvi Conringianum hunc fœtum, licet non ſatis perpolitum, a Collectione Operum Conringianorum abeſſe noluit; Adeoqve cum MSCtis variis collatum, una cum Scholiis Krantzianis Tomo V. p. 762. ſeq. inſeruit, Stolliumqve hac ratione voti damnavit.

vit. Et ſic habemus Conringii hanc Hiſt. Literariam Krantzii prologo & epilogo inſigniter adauctam, & teſtimoniis Auctorum egregie communitam & inluſtratam. Qvi laudandus, qvod vero & ſincero judicio Commentarium hunc ob brevitatem nimiam eſſe frigidiorem, nec cum aliis ſummi Viri Operibus comparandum, in præfatione agnoſcit; Notandus tamen aliquantulum: (1.) Qvod analecta ſua a Conringianis non accuratis limitibus diſtinxerit, nec diſerte ſatis in inſcriptione, & præfatione, & Opere ipſo indicaverit, qvid ſibi Lector, qvidve Conringio debeat referre acceptum. (2.) Qvod Conringii filum ſecutus in Prolegomenis juxta & Paralipomenis Nomenclatoris provinciam ſuſtinuerit tantum, non Hiſtoriograghi. (3.) Qvod in Virorum doctorum recitatione non eum, qvem debebat, obſervaverit ſelectum.

XXVIII.

Hermanni Conringii Comment. de Scriptoribus XVI. poſt C. N. Seculorum A. C. 1637. dictatus, & Jacobi Kæſebergii calamo exceptus. Scilicet plura hujus opuſculi ad nos devolarunt MSCta. Ex qvibus eminebat præ cæteris, qvod cum Viro illuſtri J. W. Göbelio communicavimus, in Conringianis Operibus colligendis, illuſtrandis, & in lucem edendis, tum occupato; Sed qvod, ut fieri ſolet in multitudine tot Scriptorum, diſparuit poſtea, nec rediit ad noſtra limina. Antiqviſſimum autem eſt hoc MSCtum Kæſebergianum, qvod jam A. C. 1637. ex ore Conringii

exceptum eſt, qvodqve in locis non paucis diſcedit ab aliis, qvæ tamen tanti ponderis non ſunt, ut clamores propterea excitare in Republ. literaria operæ pretium videri qveat. (2.) *M. Joh. Starckii Schol. Luneb. Pro-Rectoris declaratio Coloſſi, vel ſtatuæ Regis Babyl. Nabuchodonoſoris MSCta.* (3.) *Commentarius in Pomponium Melam Geographicus a Duncano Lyddelio Doctore atqve Mathematum P. P. in illuſtri Julia traditus A. C. 1601. MSCtus & ineditus.* Cujus Auctor aliunde fortaſſis notior, qvam ex hoc Opuſculo, qvod ſub trabibus privatis occultatum, ſolem non vidit. Luce non prorſus indignum, qvod ex ſeqventibus lineolis intelliges, qvæ ex Prologo excerptæ, de Pomponio non contemnendum dant guſtum: Qvomodo (verba Lyddelii ſunt, qvæ recito) hodie terra, qvæ magna ex parte cognita eſt, diviſa & habitata ſit, Mercator, Ortelius, Appianus, alliqve innumeri explicarunt. Qvomodo vero olim ſub primis Imperatoribus Romanis Ptolomæus, Plinius, Strabo, Solinus, omnium vero compendioſiſſime Pomponius Mela Hiſpanus ex Mellaria non ignobili Bæticæ oppido oriundus, tribus his libris de ſitu orbis deſcripſit. Nam Cap. 1. formam mundi & terræ ac varias terræ diviſiones enumerat; Deinde ſummam trium partium terræ nimirum Aſiæ, Europæ, Africæ 2. 3. & 4. C. ſubjungit, hinc ad particularia ſe convertit, nimirum ad oras maris Mediterranei, & initio facto a freto Herculeo & a Mauritania, procedendo in ortum & redeundo per ſeptentrionem in occaſum, duobus prioribus libris totum illum tractum deſcribit.

bit. Tandem in tertio libro mare Mediterraneum egreditur, & in Oceano, ab occiduis Hiſpaniæ oris initio facto a ſeptentrione in ortum progreditur, redeundo ab ortu per meridiem omnia littora Oceani deſcribit, & interioris regionis, una cum Inſulis. (4.) *Conradi Horneii Catalogus Auctorum qvi de Philoſophia ſcripſerunt MSCtus & ineditus*, Auditoribus in calamum dictatus eſt a Viro celeberrimo, & in ſcriniis privatis aſſervatus, nec unqvam in lucem prodire juſſus. Adeoqve ab omnibus, qvi de Hiſtoriæ Philoſophicæ Scriptoribus commentati ſunt, & ab ipſo Chriſtophoro Schradero præteritus in elencho Scriptorum Horneianorum, qvi orationi funebri in Memoriis Theologorum Henningi Wittenii p. 744. ſeq. extanti ſubjunctus eſt.

XXIX.

Hermanni Conringii de univerſa eruditionis propagatione & omnis doctrinæ Scriptoribus Commentarius Chronologicus MSCtus. Qvod exemplum a qvo vel ſcriptum vel deſcriptum ſit exploratum non habemus. Nec qvicqvam detrimenti capit Reſpublica literaria ex hac ignorantia. Dummodo hoc conſtet, ſola inſcriptione diſtare hunc codicem ab aliis editis MSCtisve hujus commatis.

XXX.

Anonymi Notitia Auctorum ſecundum ſeriem temporum & ſpeciatim ſecundum Scaligeri ſupputatio-

nem MSCta & inedita. Opuſculum perelegans, in qvo Auctor Viros doctrina illuſtres a Seculo XIII. ante C. N. usqve ad Sec. XVII. poſt C N. ordine Chronologico ita perſeqvitur, ut una cum notulis Biographicis & ſcripta eorum potiſſima commemoret. Et optime cognitus fuit Auctor nobis olim; Sed temporis iniqvitas recordationem nominis ex animo delevit. Patet tamen ex variis dicendi generibus v. g. p. 142 *Hermannus Conringius Juliæ noſtræ immortale decus*, eum in Academia Helmſtadienſi literas profeſſum, qvibus juventus ad humanitatem informari ſolet. Nec eſt facile, qvod obelo notari, & veru prænotato improbatione dignum judicari qveat; Niſi illud ſit fortaſſis, qvod Scriptores Sacri omnes ex hoc Catalogo exeſſe juſſi ſint, & qvi ex aliis in eo enumerati, breviter nimis & ſtrictim ſint delineati Qvod tamen in Ariſtotelis deſcriptione ſecus eſt, qvæ tam copioſe & ubertim eſt tradita, ut Auctor non unius Philoſophi, ſed totius Philoſophiæ Peripateticæ Hiſtoriam literis mandare voluiſſe videri qveat.

XXXI.

Carolii Arndii Syſtema Literarium idqve Hiſtorico-Pragmaticum, Lipſiæ & Roſtochii 1714. Non defuit huic Viro aſſiduitas, quæ in omnibus rebus, & cognitione Hiſtoriæ cumprimis multum valet; Qvippe XIII. integros annos in colligendis analectis conſumſit, qvibus in condendo hoc Syſtemate uſus eſt; Nec voluntas ei defuit, qvi

qvi virtute animi atqve vita bonus, & ſtudio inclareſcendi flagrans, ad ſuas æqve ac Lectoris partes pertinere intellexit, ſi, qvos in inſcriptione pollicitus eſt, montes aureos in ἐξεργασία exhibuiſſet; Sed defuit facultas, h. e. Librorum apparatus, & virium naturæ conſenſus, & judicii confirmatus uſus, & ſcientiarum illarum guſtus, quæ ad Hiſtorici munus obeundum reqviruntur. Et nos qvidem jam olim, h. e. eo ſtatim anno Syſtematis hujus ſectiones tres priores accurate lectitavimus, qvo in tabernis librariis venum expoſitæ comparuerunt, Inſcriptionis pollicitationibus allecti. Qvæ, qvod maxime in deliciis habebamus, promittebant; Sed ubi fidem deſertam, & ea non præſtita cognovimus quæ ſtipulata ſunt, paginas fere omnes obelis implevimus, & unicuiqve capiti ἐπίκρισιν adſcripſimus ſtomachi noſtri & indignationis teſtem. Qvas ſingulas repetere, cum integrum nobis non ſit, ſummatim exponemus omnes. Scilicet, dictio non caſta, nec ad perſpicuitatis & elegantiæ regulas ſatis eſt compoſita. Diſpoſitio etiam a Syſtematica collocandi ratione usqve adeo diverſa, ut & Genealogiam, & Heraldicam artem, & quæ ad cancellos Hiſtoriæ civilis ſpectant, ad Hiſtoriæ literariæ circulos admittat. Et totum Opus centonem dixeris ex variis Eclogis hinc illinc accerſitis contextum & qvaſi conſutum. Hiſtoriam Pragmaticam ſpondet in titulo Auctor, ſed diſſentit rei exitus a ſponſione introitus. Dum loco Hiſtoriæ Lit. producit Sceleton Hiſtoricum carne, ſangvine, vita, & ſpiritu deſtitutum, vel

vel Lectorem remittit ad Hiſtoricos unde Hiſtoria repetenda ſit, recentiores tamen ut plurimum, eosqve, vel non accurate inſpectos, vel plane non viſos, vel in Republica literaria non ita probatos, ut non alii nominari potuerint, qvi majorem exiſtimationem & auctoritatem habeant. Qvid qvod integras Diſſertationes ab aliis elucubratas, hiſce ſuis Diatribis inſerit, ut molem habere videantur (p. 39. 90. 113.) Unde mirandum non eſt, Auctori plauſum, & Bibliopolæ ſperatum lucrum, defuiſſe. Et univerſam hanc meſſem in herba ſuppreſſam, ac loco XIIII. Sectionum tres tantummodo in lucem prodiiſſe.

XXXII.

Joh. Georgii Schielen Bibliotheca Enucleata ſeu Artifodina Artium & Scientiarum omnium &c. Ulmæ 1679.

Cantator laudis Schielius ipſe ſuæ.

Qvi, non me fugit, ſcribit in præfatione, multos conſcripſiſſe locos communes, neminem tamen ſcio, qvi per univerſas artes, & omnium ſtudiorum genera, eademqve plane methodo, qva ego uſus ſum, tot locos, tot lemmata, tot apographa, tot elenchos & pericopas inſtituerit, qvot in hoc Opere meo occurrunt. Et *paulo ante*: Ad diſcendum nihil tantopere refert, qvam ſelectum librorum habere, & optimos qvosqve ſeqvi, qvod, ni totus fallor, aſſeqvetur ille, qvi Bibliothecam ſeu Artifodinam hanc adierit; Ad docendum item plurimum confert, qvodcunqve enim thema pro-

poni-

ponitur amplificandum, materiæ ſufficientis lemmata, apographa, elenchos, pericopas, Adductis Auctorum optimorum teſtimoniis, libris, capitibus, foliis, paragraphis, numeris pro re nata reperiet. *Hactenus Auctor.* Sed nervi & artus ſapientiæ ſunt non temere credere, & prudentiæ ſignum eſt, re prius ex omni parte comperta & explorata judicare. Age igitur ea tantummodo ad obruſam exigemus, qvæ in Operis ingreſſu occurrunt, & de litera A congeſta ibidem leguntur, ut ex primo ſtatim lapide Coloſſum æſtimare queas. Sic autem Auctor p. 1.

(1) *De multiplici literæ A ſignificatione, fuſe omnes fere tractant Lexici, Petrus Gromorſus,* &c. Sed nos ſcimus cum imperitiſſimis (a) qvid hoc ſit: *Omnes Lexici;* Cum ex legibus Grammaticis dicendum potius, *omnia Lexica.* (b) Qvis ille Lexicus Petrus Gromorſus? (c) Si qvis eſt, qvare ejus liber, caput, folium, paragraphus non indicatus, qvod in præfatione promiſſum? (d) Qva auctoritate vox Lexici ſive generis maſculini ſit, ſive neutrius ſe tueri qveat, cum nec in Græco qvodam auctore claſſico compareat, nec in Latino.

(2) *A, eſt abſolutionis nota ut docet Alexander ab Alexandro L. 3. C. 5.* Sed Reſp. Alexander l. c. Docet non *a* ſolummodo eſſe abſolutionis notam, ſed & *π*.

(3) *A, ſæpius ingerunt Dores. Cœlius Rhodiginus L. 13. C. 1. A. L.* Reſp. Si hoc ad Arti-

Artifodinam ſpectat, qvare hoc non adjecit Auctor? Dores τὸ A. ſæpius mutare in ε. η. υ.

(4) *Absqve A. Odyſſeam ſcripſit Tryphiodorus; Svidas.* Reſp. Svidas teſtatur Tryphiodorum ſcripſiſſe Odyſſeam λειπογραμματον h. e. Odyſſeam ejusmodi in cujus libro primo nullum eſſet α, in ſecundo nullum β, & ſic in cæteris.

(5) *De occulta ſcribendi ratione fuſe tractat Chriſtian Daum, de cauſis amiſſarum LL. radicum* p. 132. ibiqve plures allegati. Reſp. (a) Occulta ſcribendi ratio qvid habet commercii cum litera A? (b) Chriſtianus Daumius l. c. non agit, de occulta ſcribendi ratione, ſed de hac phraſi, *per notas ſcribere*, an latina ſit illa & auctoritatis probatæ? (c) Unicus tantum ibidem Cryptographiæ Auctor eſt allegatus Guſtavus Selenus, non plures.

(6) *De notis literarum egregie & ſubtiliter tractat Dn. Dillherus in Mantiſſa Libr. I. Apparatus Philologici.* Reſp. (a) Qvis hoc qværat ſub litera A? (b) Qvi l. c. de notis literarum dicitur tractaſſe non eſt J. M. Dillherus, ſed Juſtus Lipſius, cujus hanc de literarum notis Diatriben Dillherus ex ſitu, tenebrisqve erutam Apparatui Philologico velut appendiculam adjecit. (c) Non agitur in hac Mantiſſa de notis literarum, ſed de notis Romanorum qvi-

qvibus brevitatis cauſa uti ſolebant in negotiis publicis privatisqve v. g. COS. pro Conſul. COSS. pro Conſules &c.

Toties defecit Cantherius in porta. Qvoties quæſo deficiet in via ?

XXXIII.

Martini Hanckii Monumenta pie defunctis olim erecta, Uratislaviæ & Lipſiæ 1718. Optat Dan. Georg. Morhofius in Comment. de diſciplina argutiarum Sect. III. C. IV. p. 184. ut qvis inſcriptiones, qvales ſparſim in Viros illuſtres confectæ ſunt, uno volumine colligat. Laudat etiam Laurentii Le Brun inſcriptiones funebres coacervatas in eloqventia ejus Poëtica. Et Chriſtiani Weiſii ejusdem commatis Opuſculum, cum qvibusdam argutiarum præceptis. Nec dubitamus hæc etiam Hanckii monumenta laudaſſe, ſi uſurpare oculis eadem contigiſſet. Nam licet voces, phraſesqve non probatas interdum admixtas habeant. Limitesqve lapidis vel marmoris egrediantur ut plurimum, integrasque vitarum Hiſtorias, & varias multorum annorum circumſtantias comprehendant; Qvod cum inſcriptionum antiqvarum indole non omnino conſpirat; Pleraqve tamen præclara ſunt. Et primum in iis locum occupat monumentum Andreæ Acoluthi, qvod extat p. 235. ſeq. In qvo de meritis literariis inſtruit Lectorem potiſſimum, qvæ in aliis inſcriptionibus oratione vix attingit, in liberis eruditorum recenſendis

ma-

magis ſedulus, qvam libris eorum edendis ve editis. De qvibus in Acoluthi inſcriptione lapidaria hæc habet p. 237. ſeq. Ad majorem linguarum Orientalium culturam præcipua convertebat curarum momenta (Acoluthus) ſingulari adeptus fato publicatum Armenico ſermone divinum Codicem, annotationibus illuſtraturus totum, Anno M DC LXXXII *Primus* Armenicorum characterum in magna Germaniæ ſpecimen Obadiam edebat Prophetam. Poſt biennium amaras ob zelotypiam fœminis Judaicis aqvas, amplo declaratas Commentario curioſis vetuſtatum ſcrutatoribus reddebat dulces. Obtinebat Conſcriptum Arabico ſermone primogenio Alcoranum, interpretatione tum Perſica tum etiam Turcica explicatum, unicum hoc Religionis Muhamedicæ propugnaculum, inanibus principiorum ſubnixum fundamentis opere Latino, in Germanicum deinceps mutando, diſſolvendum, oppugnandum, deſtruendum perpetuo aggrediebatur propoſito. Conf. Catalogum noſtrum Bibl. Theol. Syſtematico-Criticum p. 937.

XXXIV.

Hiſpaniæ Bibliotheca Tomis III. diſtincta: Francofurti 1608. Scriptum rarum & utiliſſimum ex B. G. Struvii judicio in Introduct. in notitiam rei literariæ C. VII. §. 20. p. 342. Cujus Auctor in præfationis ſubſcriptione dicitur *A. S. Peregrinus*, hoc eſt, *Andreas Schottus*, Antwerpienſis Societatis Jeſu Theologus, qvi in Hiſpa-

Hiſpania per qvindecim integros annos docendi cauſa *Peregrinatus* ſub *Peregrini* vocabulo voluit deliteſcere. Qvod luculenter docet Nicolaus Antonius in Præfatione Bibliothecæ Hiſpanicæ veteris §. 9. p. 30. Ubi de Scriptore & Scripto ipſo ea commemorat: Ut, ſi Lectori hanc meſſem ſuppeditemus, noſtro ſpicilegio facile carere qveat. Vidit hunc defectum (Ecce! verba Antonii l. c. ſcilicet: Viros Hiſpaniæ doctrina illuſtres, nondum ita deſcriptos, ut votis eruditorum ex aſſe ſatisfactum videri qveat.) Vidit eundem Andreas Schottus Antwerpienſis, Vir præſtantis altero ſeculo eruditionis, dum apud nos *peregrinaretur*, doluitqve noſtram vicem, & ne ultra ignoraremus, qvos literarum omnium Profeſſores & Magiſtros procreaverit omni tempore Hiſpania, & ob lucubrationes in publicum editas poſteritati famæque tradiderit, ſubducto proprio, aſſumtoqve *Andreæ Peregrini* nomine, foras emiſit *Bibliothecam primus Hiſpaniæ*, *Tomis*, dicis cauſa, *tribus*, Franccfurti, apud Claudium Marnium & hæredes Joh. Aubrii M DC VIII. *Et paulo poſt* §. 10. p. 31. Hæc Bibliotheca eo modo concepta eſt, ut, qvamvis ab tali, hoc eſt, ab eruditiſſimo ſummæque induſtriæ Viro, emanans, elegantiqve ſtilo ducta, vix poſſit aut ſui præſtare uſum proficere cupientibus, aut literarios nobiliſſimæ gentis pro ejus dignitate perfectos, & abſolutos dare aliis faſtos. Ex tribus enim Tomis ſeu diviſionibus *primus* ad nos non pertinet, qvi de Hiſpaniæ religione, Academiis, Bibliothecis, Epiſcopis, Conciliis, Regibus tractat. Scripto-

res enim tantum Bibliotheca perſeqvitur. *Secundo* Nomenclator, ſeu elogia continentur Scriptorum Veterum, recentiorumqve, juxta profeſſionum decem claſſes, ſcilicet *primam* antiqvorum ſive profanorum, reliqvas recentiorum, nempe *ſecundam Dominicanorum* ſodalium, *tertiam* Franſciſcanorum, *quartam* Carmelitarum, *quintam* Auguſtinianorum, *ſextam* Jeſuitarum, *ſeptimam* JCtorum, *octavam* Medicorum, *nonam* Poëtarum, & fœminarum eruditarum, *decimam* & ultimam Hiſtoricorum. De cæteris religioſis ordinibus altum ſilentium, qvi ſummos etiam doctrina Viros Hiſpaniæ pepererunt. At nec ex aſſumtis omnes laudantur, ſed potiores tantum, facta qvidem de Libris aliqva mentione, ſed ea nec integra, nec annotatione loci, temporisque editionis, qvod ſic iſto in genere neceſſarium eſt, diſtincta. Seqvitur hujus ſecundi Tomi appendix, qvæ judicium de legitimis Hiſpaniæ Hiſtoricis continet, hoc eſt, de Beroſi & ſimilium editis ab Annio Viterbienſi, Operibus Johannis Goropii Becani, ex libro Antwerpienſium originum qvarto fragmentum. Gaſparisqve Varrerii de his cenſuram, ex Luſitano idiomate in Latinum ab eodem Schotto translatam. Qvæ hic inſerta cum ad Hiſpanæ Bibliothecæ argumentum vix pertineant, ideo Auctor voluit, qvaſi appendicem ad Hiſtoricorum claſſem, qvod veritus fuerit, ne alias commoditate ſeorſim ea edendi deficeretur. Annectitur *tertius* Tomus continens & ipſe elogia Theologorum, JCtorum, Medicorum ac Philologorum, qvinqve diſtincta claſſibus, ſecundum

dum totidem Hiſpanæ gentis diviſiones, Baticæ, Luſitanæ, Caſtellanæ, Celtiberæ, tandemqve Valentinæ; Longiora qvidem prioribus elogiis, & in qvibus aliqva ſic præ cæteris, vel majoris famæ Virorum turgent, ut expreſſiſſe illa, non tam judicium æqvum, qvam obnoxium videatur. Poſt hæc *Itinerarium* ſeqvitur *Didaci Lopezii Stunicæ*, ab oppido Complutenſi usqve ad Urbem Romam, qvod præſentis Operis extranea prorſus appendix eſt, qvantumvis diſertum ac bonæ frugis plenum. Hæc idea eſt Schottanæ Bibliothecæ, qvam nihilominus ea non tantum laude nos dignamur, quæ *primo* debetur rei Auctori, ſed illa inſuper, qvod eleganter admodum erudite ac certe, de his præſertim, qvibus ætas ſua florebat, Viris monere ac demereri poſteritatem voluit. *Hactenus Antonius*. Cujus judicio nihil adjicimus, qvia fas non eſt, cauſam inſtaurare iterum, de qva jam eſt ab Areopagitis pronunciatum. Adde ſis vitam Andreæ Schotti, qvæ extat in Bibliotheca Hiſpanica Nicolai Antonii Parte IV. p. 357. & copioſius in Valerii Andreæ Deſſelii Bibl. Belgica p. 53. ſeq.

XXXV.

Valerii Andreæ Deſſelii JCti Bibliotheca Belgica. Præmiſſa eſt Topographica Belgii totius deſcriptio, Lovanii 1643. Deſſelius, locus natalis Valerii, eſt pagus in Brabantia Belgii Hiſpanici Provincia, quæ ab antiquis Texandria vel Taxandria dicta eſt, teſte Nicolao Antonio in præfatione

Bliothecæ Hiſpanæ §. 9. p. 30. Atque hin liqvet qvam ob cauſam Auctor in Catalogo Cla rorum Hiſpaniæ Scriptorum *Taxandrum* ſeme & in hac Bibliotheca *Deſſelium* appellare volue rit, Andreæ Schotti inſtitutione & diſciplin uſus, cui per integrum triennium a manibus fui & a ſtudiis, (Præfat. hujus Bibl. p. 4.) & a qv ad Bibliothecam hanc ſcribendam procul dubi fuit excitatus. Quæ Anno 1623., prima vic vulgata, a Franſciſco Schwertio, qvinqvenni poſt, h. e. A. C. 1628. Athenas Belgicas ſive Nomenclatorem inferioris Germaniæ Scri ptorum, Lovanii in 8vo vulgante, magna e parte eſt compilata, prout diſerte ſcribit Au ctor p. 244. qvi A. C. 1643. Elenchum ſuum denuo in lucem prodire juſſit, parte tertia au ctiorem, ſi ſpectes materiam, & forma extern a priore editione ita diſſidentem, ut quæ in octa vo, qvod ajunt, complicuerat folia, nunc in qvarto ea componat. Nec æqvalem habet Au ctor in hoc argumento, nedum ſuperiorem qvi Scriptorum Belgicorum vitas, & ſcript ἐκδοτα & ἀνέκδοτα, elogia etiam interdum it commemorat, ut præferri omnibus aliis merea tur, qvi eandem incudem tundere ſuſtinuerunt & majorem adhuc laudem conſecutus eſſet, ſ vacare culpa, qvam coinqvinare ſe eadem ma luiſſet. Qvis enim hoc non atro carbone no tandum cenſeat? (1.) Qvod Auctor omnes eo ex hoc Catalogo exeſſe juſſerit, qvi Eccleſiæ Pontificiæ non fuerunt addicti, v. g. Gisbertum Voëtium, & alios qvam plurimos eruditione & liberali doctrina politiſſimos, ſed aqva luſtral

nei

non conſperſos. (2.) Qvod, ſi qva forte admiſerit nomina, albo Eccleſiæ Romanæ non inſcripta, ea ſubinde ſuggillanda exiſtimarit, qvalia ſunt v. g. Andreæ Gerh. Hyperii p. 49. Danielis Heinſii p. 170. Emanuelis Meterani p. 202. &c. (3.) Quod, p. 593. Jodoci a Dudinck *Bibliothecariographiam*, & *Palatium Apollinis* & *Palladis*, Coloniæ 1643. in 8vo prodiiſſe ſcribit, qvæ nunqvam lucem adſpexerunt. Et ſi qva ſunt alia hujus commatis menda. Andreæ ſane Schotti Bibliothecam Hiſpanicam ſilentio præterit, qvam ipſe fortaſſis manu ſua deſcripſit, cum Polyhiſtori huic ab Epiſtolis fuerit eo tempore. Nec Hugonis Grotii Annales Belgicos, & anntotationes in V. & N. T. ſermone tangit, qvem in plerisqve fidei Articulis Romanæ Eccleſiæ deditum fuiſſe ſcribit p. 398. Carolus M. & Fginardus Scriptoribus Belgicis ab eo adnumerantur p. 122. & 196. Et Gerardi Joh. Voſſii ſcriptis p. 275. vix decima pars adducitur. Cornelii autem Janſenii vita & acta literaria p. 149. ſeq. ita deſcribuntur, ut apud Anti-Janſeniſtas in ſuſpicionem venerit, parum rectæ fidei.

XXXVI.

Muſæi Joviani imagines artifice manu ad vivum expreſſæ, & *Theobaldi Mulleri Marpurgenſis Muſis illuſtratæ*, Baſileæ 1577. Qvæ in hoc volumine continentur imagines Virorum bellicæ [illegible] illuſtrium, eædem ſunt cum iis, qvæ [illegible] Muſeo Pauli Jovii Baſileæ in f.

prodierunt & C. I Num. XX. a nobis deſcript ſunt & dijudicatæ; Ubi Scriptores Hiſtoriæ l terariæ, qvi in folio excuſi, proſtant in Biblic theca noſtra, delineavimus. Arctatæ tame ſunt aliqvantulum & adſtrictiore forma expre ſæ, ut voluminis qvantitati reſponderent Ele gia autem utriusque orationis, ſolutæ & ligat à Paulo Jovio imaginibus adjecta, in hac ec tione omiſſa ſunt. Et in eorum locum a Thec baldo qvodam Mullero Marpurgenſi Epigramma ta ſurrogata, qvæ nec arguta brevitate ſe com mendant, nec lepore, & mellita dulcedine. Ac ceſſerunt ad hoc noſtrum volumen Regum pri morum Romanorum effigies a Romulo usqv ad Tarqvinium Superbum, una cum Reginarum imaginibus, erudita manu artificis per elegan ter æri inciſis.

XXXVII.

Joh. Andreæ Qvenſtedtii Dialogus de Patrii illuſtrium doctrina & Scriptis Virorum, qua ab ini tio mundi claruerunt usqve ad Annum reparatæ Gra tiæ 1600. Wittenbergæ 1691. *Primus* ei Auctor, qvi Hiſtoriam literariam methodo Geo graphica tradere aggreſſus eſt. Conatu ſan pereximio. Sed cui vires non omnino reſpon derunt. Ire enim per orbem univerſum & digi to extento indicare, qvi ex qvavis regione, di tione, tractu, urbe, pago &c. prodierint Vi docti, non eſt cujusvis, ſed ejus tantum, qv otio abundat, & literis, & librorum ſel & multitudine. Judicii etiam ſubtilita

tura tradita, & diſciplinæ beneficio, multoqve uſu confirmata. Qvæ cum non fuerint omnia in Qvenſtedtio, intra juventutis annos verſante adhuc, mirandum non eſt, eundem non omne tuliſſe punctum, in hoc novo Syſtemate, & in deſcribenda Virorum doctorum Hiſtoria, Chronologia, Geographia toties a ſcopo aberraſſe. Licet enim neqvaqvam in ea ſimus hæreſi cum Philippo Labbæo, qvi primum in Bibliotheca Bibliothecarum p. 214. Qvenſtedtium ex Philippo Cluverio, ad verbum ſæpiſſime emendicatas deſcriptiones ſurripuiſſe, & in Sanctos Pontifices, Viroſqve eruditione & pietate inter Catholicos præſtantes effuſe debachatum ſcribit; Tum etiam in elogio Galeni Chronologico apud J.A. Fabriciium in Bibliotheca Gr. L. IV. C. XVII. §. 19. p. 524. conclamat: Ex vilibus plerumqve recentiorum pannis hunc Librum eſſe conſarcinatum, creberrimisque parachronismis & hallucinationibus infectum; Hoc tamen inficiari omnino non poſſumus, qvod Johannes Mollerus in præfat. ad T. Bartholinum de ſcriptis Danorum §. 5. p. 16. refert. 3. Eundem hunc noſtrum VII. tantummodo Cimbros, VI. Danos, totidemque Svecos borealibus accenſuiſſe, ac circa hos ipſos aliqvoties impegiſſe. Sed nihil omnino inventum ſimul & perfectum eſt. Et ſi qvis manum admovere huic Operi, & emendare idipſum ac locupletare velit, qvod in tanta Scriptorum Hiſt. literariæ copia facile fieri poſſet, nulli dubitamus, habituros nos Syſtema Hiſt. Lit. Geographicum præſtantiſſimum, utiliſſimum, ſvaviſſimum.

I 4 XXXVIII.

XXXVIII.

Davidis Czwittingeri Hungaria literata. Accedit Bibliotheca Scriptorum qvi extant de rebus Hungaricis, Francf. & Lipſiæ 1711. *Primus* & unicus fortaſſis eſt Czwittingerus, qvi Hungaros eruditionis laude conſpicuos deſcribendos ſuſcepit. Et iniqvus ſit, qvi hoc non agnoſcat Dummodo fortuna nihil impedimenti objeciſſet hiſce conatibus. Dictio enim inculta eſt, & aliqvid Hungaricæ inſvavitatis habet. Structura literarum collocationem in Alphabeto ſeqvitur, qvæ eo longius recedit ab arte, qvo propius accedit ad caſum, Scriptores plures omiſſi, nec pauci in hunc Catalogum conjecti, qvi unica tantummodo diſſertatiuncula inclaruerunt. Reliqvi ex Gvilielmo Cave, Philippo Alegambe, Jac. Aug. Thuano, vel potius ex Gerhardi *de Stöcken* Thuano Enucleato & aliis decerpti, vel ſi mavis deſcripti; Ad verbum ſane aliunde deſumti ſunt. Nec tamen nullius momenti eſſe exiſtimamus, qvæ hac illac inſerta ſunt de Hungarorum *inventis* p. 33. 92. *Libris rarioribus* p. 52. *MSCtis*, Append. 49. *Mappis Geographicis* Append. p. 13. *Scriptoribus rerum Hungaricarum* l. c. *Cantionibus* p. 28. 29. *Verſionibus* SS. p. 196. &c.

XXXIX.

Gerardi von Stöcken, Thuanus Enucleatus in V. Partes diſtributus, Helmſtadi 1656. Ex qvin

qv

qve Thuani hujus Enucleati partibus, ſola qvidem ſecunda ſpectat ad hoc inſtitutum noſtrum, qva Virorum eruditione & artibus illuſtrium continentur effigies; Sed & hæc præ reliqvis digna eſt, qvæ in ſinu foveatur, & digitis attentis ſtudioſe diligenterqve evolvatur. Genus dicendi, eſt nativum, grave, inaffectatum & uniforme, ſed habens tamen aliqvid auſteritatis & caliginis & ſingularitatis, ob parentheſium multitudinem, & vocum qvarundam nimis crebram repetitionem, cujus generis eſt *rari* vocabulum, qvod inſtar hederæ parietariæ omnes fere paginas pererrat, v. g. p. 126. Jacobus Cujacius *rarum* Galliæ ornamentum. Et l. c. Cujacio *rara* felicitate contigit, ut &c. p. 127. Jacobus Fajus Speſſæus præter *raram* facundiam &c. p. 128. Jacobus Grevinus ingenio & *rara* eruditione præſtans. Qvi cum induſtriam in pueritia in poëtica feliciſſime exercuiſſet, qvod *Gelodacrys*, & alia edita cum *raris* illius ævi Poëtis comparanda & æternum victura ad poſteritatem teſtantur &c. p. 129. Jacobus Monugtus, Vir *raris* ingenii dotibus a Deo cumulatus, p. 131. Jacobus Sturmius Vir ob *raram* eruditionem & rerum agendarum peritiam inſignis: Et ſic in reliqvis. Ordo Virorum doctorum, qvo uſus eſt Stöckenius in hac Sylloge, eſt Alphabeticus. Thuanus autem filum ſecutus eſt Chronologicum. Hic enim Hiſtoriam ſui temporis ab A. C. 1545. uſqve ad A. C. 1607. Libris CXXXVIII. deſcribendam exorſus Hiſtoriam literariam neqvaqvam putavit eſſe negligendam. Atqve hinc cum Viris dignita-

te, & natalium ſplendore & rebus geſtis illuſtribus, & eos præclaro connubio conjunxit, qvi Artibus & ſcientiis, præ reliqvis excelluerunt. Atqve id ſine diſcrimine religionis, dignitatis, gentis &c. Nec non ſine omni partium ſtudio, ſi paucos exceperis, & in iis Barnabam Briſſonium, Virum incomparabilem, cujus luctuoſa fata ita deſcribit p. 37. ut facile eum eidem occulte infenſum fuiſſe appareat. In reliqvis ſimplicem plerumqve & apertam veritatem ſeqvitur, & pari candore laudandos laudat, ac vituperandos vituperat. Qvod eo majore *παῤῥησίᾳ* præſtare poterat, qvo magis ex plorata ei erat Virorum doctorum ſui temporis notitia, tum ex conſvetudine & uſu, tum ex fama veri nuncia, & monumentis publicis hauſta. Sic p. 36. *Augerium Gislenium Busbeqvium* laudat, ab eruditione, rerum agendarum peritia, candore & probitate, & ex elegantiſſimis ejus Epiſtolis qvamplurima ſe in Annales ſuos transſcripſiſſe ingenue profitètur. p. 118. ex *Huberti Folietæ* monumentis non pauca ſe Operi ſui inſeruiſſe, ac plerumqve verba ipſa retinuiſſe ſcribit, cum meliora dare non potuerit. Ex *Joh. Baptiſtæ Hadriani* Commentariis, de rebus ab A. C. 1536. in Italia geſtis plura ſe ſumſiſſe qvam ex qvovis alio p. 144. ſignificat. Ad plerorumqve etiam, qvi ea tempeſtate animo excellebant in republica literaria, amicitiam ſponte ſua & inductione qvadam animi accedebat, & nonnullos ex iis, arctiſſimæ familiaritatis vinculis ſibi adſtringebat, in qvibus *Joſephus Juſtus Scaliger*, qvem inter literatos ſui ævi, & in

in re literaria principem ſine controverſia locum obtinere, & vere eruditorum eſſe Phæbum ſcribit p. 191. *Marci etiam Antonii Mureti* familiaritate uſum, & ejus judicium de Viris doctis, qvi tum Romæ erant diligenter exqviſiviſſe, p. 203. commemorat. Atqve hinc tanta Thuani Polyhiſtoria. Et tantus rerum notatu digniſſimarum in hoc nucleo cumulus. Qvarum levidenſe tantummodo dabimus ſpecimen. Scilicet Joh. Georgius Triſſinus *Primus* in Italia genus carminis ſoluti uſurpavit feliciter. Cum a temporibus Fr. Petrachæ, Itali rythmis uterentur, & Poëſin ad Ariſtotelicam normam exegit, luculento de ea ad interpretationem, tam a multis triti, qvam a paucis intellecti Operis ſcripto edito. Multa ſcripſit & inprimis Italiam liberatam, *novo etiam literarum genere a ſe inventarum uſus*, non pari felicitate (paucos qvippe nactus ſectatores) cum in verſibus ſolutis plures, eosqve Viros maximos habuerit, & in iis Ludovicum Alamanium, & Torqvatum Taſſum, qvi Hieroſolymam ſuam, eo carminis genere ſcriptam maluiſſe ſatis teſtatus eſt, cum ultimum Opus, qvod divinam Hebdomada indigetavit, his verſibus ſcripſit. *Primus* item inter Italos Comœdias, & Tragœdias dedit, & *Sophonisba* ejus magno in pretio habetur, &c. p. 161. Æmarus Ranconetus *primus*, veros Romani Juris fontes aperuit, & humaniores literas ex utriuſqve lingvæ Scriptoribus illuſtravit, tum omnis Philoſophiæ & Mathematicarum artium arcana percalluit, ac deniqve abſolutam omnium rerum cognitionem acri judicio adhibito per-

percepit, p. 5. Georgius Purbachius *primus* aſtrorum ſcientiam poſt priſca Secula in Germania, atqve adeo Chriſtiano orbe, renovavit. Marcus Antonius Flaminius, Foro-Cornelii, nobili Galliæ togatæ oppido natus, Divinam Davidicorum Pſalmorum Majeſtatem *primus* inter ſuos cum aliqva laude latinis verſibus expreſſit, p. 201. Andreas Alciatus *primus* purioris literaturæ & antiqvitatis cognitionem ad juris ſcientiam attulit, p. 11. Marcus Hieronymus Vida *primus* inter Italos poſt Jacobum Sannazarium poëticam ad res Sacras transtulit, & verſibus elegantiſſimis & puriſſimis provinciam ſuam (Cremonam) excoluit p. 204. Nicolaus Gruchius Rotomagenſis *primus* Ariſtotelem Græce interpretatus eſt, p. 215. Ferdinandus Nonius, *primus* lingvæ Græcæ uſum, qva omnis fere eruditio continetur in Hiſpaniam intulit, p. 63. Fulvius Urſinus patria Romanus, Vir Græce latineqve doctiſſimus, ac purioris antiqvitatis indagator diligentiſſimus, complura Veterum utriuſqve Lingvæ Scriptorum monumenta aut *primus* edidit, aut edita dedit meliora, p. 84. Orontius Fineus *primus*, ſecundum Jacobum Fabrum Stapulenſem, (qvi ſcientiarum orbem in Gallia, a multis Seculis incognitum aut intermortuum excitavit, ſed principia ſola tradere contentus, cum ad majora pergeret tantum fontes indicavit.) Lutetiæ Pariſiorum magna freqventia Mathematicas ſcientias a Franſciſco I. præmiis invitatus docuit, & Scriptis pro tempore eruditiſſimis illuſtravit, p. 220. Neqve hæc ſunt tantummodo, qvæ Thuanus de

Viri

Viris Eruditis ſuæ tempeſtatis retulit; Sunt & alia complura notatu digna, & lineola rubra ſubducenda. V. g. p. 81. Franſciſci Vietæ Scripta ſunt *rara* neqve tamen pauca, qvod ea ſuo ſumtu cudenda curarit, & exemplaria penes ſe retinuerit, qvæ amicis, homo longe ab avaritia poſitus, & harum rerum peritis liberaliter diſtribuerit. P. 191. Julius Cæſar Scaliger acerbius contra Eraſmum (fortaſſe juſtam ob cauſam, ſed qvæ tamen tales Viros inter ſe committere non decuit) invectus eſt non ſolum ea oratione, qvæ per omnium manus volitat, ſed altera, qvæ rarius reperitur, qva ſe prioris Auctorem profitetur, non minore acerbitate ſcripta p. 251. Petrus Victorius Thuanum ad Sanlaurentianam Bibliothecam deduxit, & ei magnum volumen interpretum Græcorum in Ariſtotelem etiam non editorum oſtendit, qvi *Oceanus* inſcriptus eſt, & præterea Virgilium capitalibus literis exaratum, ſubinde ingemiſcens, qvod antiqva Medicea tanti nominis Bibliotheca per ſeditiones domeſticas Romam, & inde extra Italiam avecta erat p. 289. Johannes Ungnadius cum incredibili propagandæ religionis deſiderio arderet, immenſis ſumtibus Biblia Sacra & Theologorum aliqvot ſcripta in linguam Turcicam & Croaticam converti, & ad gentes illarum linguarum peritas transferri curavit, laudabili ſane & digno qvod ad poſteritatem transmittatur pietatis exemplo, qvodqve Principes, & qvi majoribus opibus ſubnixi ſunt, deinceps imitentur p. 166. Joh. Langus vel fideli Nicephori Eccleſiaſticæ Hiſtoricæ trans-

translatione ad poſteritatem commendandus; qvam ex veteri pulcherrimoqve, ac tota Europa unico exemplari Ferdinandi Cæſaris juſſu fecit, qvod vix tandem ac diu poſt, mea cura ac diligentia, ne periret, commodatum hic apud nos ſua lingua excudetur p. 11. Andreas Dudithius tantus Tullianæ eloqventiæ ſive admirator ſive ſectator fuit, ut totum Ciceronem ter manu propria deſcripſerit. p. 164. Joh. Caſa carmine rem infandam in juventute laudaſſe dicitur p. 237. Petrus Cotonus Jeſuita ſpiritum malignum in energumena qvadam multa interrogavit, & in iis hoc: *Quis evidentiſſimus SS. locus ad probandum purgatorium & invocationem Sanctorum* p. 47. Philippus 3. Rex Hiſpaniæ Tomum XI. annalium Baronii Antwerpiæ excuſorum prohibuit, & Romæ excuſa exemplaria in terris ſuis, atqve adeo in utriusqve Siciliæ regno venalia proponi vetuit. Atque hujus generis tot in hac commentatione Thuanæa occurrunt loca, ut teſtium veritatis Catalogo inſeri qveat Auctor. Qui p. 208. benignius de Martino Luthero differit qvam de Leone X. Pontifice Romano, ejusqve ſatellitibus & conſiliariis & adminiſtris. Et in univerſa hac Hiſtoriæ literariæ parte ita verſatus eſt, ut aliis exempli loco eſſe qveat, qvod ſibi proponant ad imitandum. Hoc unico fortaſſe non ſatis functus ſuo munere, qvod ſcripta eorum non recenſet, qvorum merita in rempublicam literariam deſcribit. Qvod qvare non fecerit p. 142. in deſcriptione Joh. Baptiſtæ Camotii, prodit, ſcilicet qvia noluit, tanta rerum multitudine & varietate Lectori

crea-

creare faſtidium. Et qvod eruditorum Phœnicem Deſiderium Eraſmum tacitus prætermiſit, qvod qvidem non temere, ſed ſtudio & certas ob cauſas eundem feciſſe arbitamur.

XL.

Henningii Witte Diarium Biographicum in qvo Scriptores Seculi poſt C. N. XVII. præcipui juxta Annum diemqve cujusvis emortualem conciſe deſcripti adducuntur, Gedani 1688. (2.) Ejusdem *Diarii Tomus ſecundus*, Rigæ 1691. Vir laboris non minus patiens qvam literarum amans, qvi celebriores Academias in Germania, Hollandia, Anglia, Svecia &c. pervagatus, ſexcenta in iis collegit Programmata, quibus, exeqviæ eruditorum indicari, & confectum ab iis vitæ curriculum enarrari ſolet. Et hinc ejus memoriarum Decades XII. qvas in Catalogo Theologico p. 172. ſeq. commemoravimus. Et poſt eas hoc *Diarium Biographicum*, cujus Tomus *primus* A. C. 1688. Gedani, *ſecundus* 1691. Rigæ excuſus eſt, & ſucceſſiſſet duobus hiſce *tertius*, niſi Auctor A. C. 1696. die 22. Jan. morte inexſpectata fuiſſet ſublatus, & in medio curſu qvaſi interceptus. Hoc ipſo enim & multum jacturæ tulit Hiſtoria literaria, & ſpes omnis videndi partem ultimam hujus Operis proſtrata eſt penitus, & extincta. Neque etiam hunc Coloſſum prorſus potuiſſet abſolvere Auctor, etiamſi lucis uſura diuturnior eidem contigiſſet. Siqvidem non eſt unius Viri tantam molem ſuſtinere. Eo cum primis loco qvo a Muſarum Euro-

ro-

ropæarum aulis tam procul eſt remotus, eoqve tempore qvo Ephemerides literariæ vix erant inſtitutæ, & Hiſtoria literaria jam ægre primoribus labris deguſtari cæpta. Nec aliunde derivandæ ſunt, quæ hoc theatrum Biographicum infeſtant maculæ. Qvas licet ita exaggerandas eſſe minime exiſtimemus, ut, cum non nemine, cujus M. Henricus Pippingius in præfat. Memor. Theologicarum P. XVII. mentionem facit, affirmandum eſſe arbitremur, *in ſolo Tomo primo ſupra 2000. παροράματα occurrere*; Hoc tamen vix ac ne vix qvidem putamus inficiandum; Diarium hoc eſſe plenum rimarum hac illac perfluens. Scriptores enim & Scripta, ſæpius in eo confuſa. Annus & dies emortualis perperam allatus. Natale ſolum, & ubi commode diuqve vixerunt eruditi, non ſatis circumſpecte indicatum. Monumenta etiam viliſſima interdum enumerata, & optima præterita. Nec morbis hiſce medela facta eſt, indicibus expungendorum, emendandorum, addendorum &c. Tomo 2. adjectis. Siqvidem in illis ipſis quædam ſunt adhuc expurganda, emendanda, & adjicienda. Et qvod lentæ cupreſſi more, modove in his viburnis eminet eſt Diſſertatio Tomo primo præmiſſa, qva qvid emolumenti redundet in Rempublicam literariam ex hoc Diario demonſtratur.

XLI.

Joachimi Maderi de Bibliothecis atqve Archivis Virorum Clariſſimorum libelli & commentationes, cum præfa

præfatione de Scriptis & Bibliothecis Antediluvianis, Helmſtadii 1666. *Primus* eſt Maderus, qvi rem literariam antediluvianam peculiari Commentatione illuſtrare aggreſſus eſt, qvod nos alibi (in Hiſt. lit. Antediluv. Sect. 3. p. 245.) indicavimus. *Primus* etiam fortaſſis, qvi Analecta ejusmodi literaria, ad Hiſtorias & antiqvitates Bibliothecarum facientia, uno faſce comprehenſa in lucem prodire juſſit. In qvibus eminet Juſti Lipſii de Bibliothecis Syntagma, qvod laudavimus in Idea Syſtematis Antiqvitatis literariæ Parte 2. p. 343. ſeq. & contra Dan. Georg. Morhoffii caſtigationes vindicavimus, laudatum etiam deprehendimus ab Hermanno Conringio in Epiſtola ad Boineburgium de Bibliotheca Auguſta p. 168. aliis. Reliqva non tam integra Virorum eruditorum ſunt volumina, qvam fragmenta tantummodo qvædam ex voluminibus integris decerpta. Et qvod Num VI. p. 57. ſeq. extat, ex præfatione Grammaticæ Græcæ Michaëlis Neandri petitum eſt, qvam eam ob cauſam non nominaſſe videtur Maderus, qvia puduit, Hiſtoriæ tam illuſtris de Bibliothecis deperditis & noviter inſtructis Auctorem appellare Grammaticum, & fontem ejus Grammaticam..

XLII.

De Bibliothecis atqve Archivis Virorum Clariſſimorum libelli & Commentationes, cum Præfatione de Scriptis & Bibliothecis Antediluvianis, Antehac edidit Joach. Joh. Maderus, ſecundam editionem

curavit J. A. Schmidius D. Helmſtadii 1702. M: deriana hæc eſt Sylloge, unica Epiſtola Hern Conringii adaucta, qvam A. C. 1661. ad Bo neburgium de Bibliotheca Gvelpherbytana pe ſcripſit, ſatis ſpiſſa quidem; Sed ſcite Martiali

Non ſunt longa qvibus nihil eſt, qvod d
mere poſſis.

Adeoqve nec longam dicere Epiſtolam ha fas fuerit, licet ejus limites ita prorogarit Au ctor, ut volumen integrum dederit lectori p minus multis lineolis, & currente rota ex u ceo fecerit amphoram. In qva rem qvidem ut liſſimam eſſe ſcribit, & omnium eruditoru votis exoptandam, extare Catalogum illuſtr Bibliothecæ Gvelpherbytanæ typis excuſum, librariorum ope publici juris factum. Cum n librorum copia, nec oëconomia ulli facile ſit ſ cunda; Nec obſtare principis vel voluntate vel Catalogi non exiſtentiam, & nondum elab rati rationem, qvo minus adhuc in lucem aſp ctumqve publicum prodierit. Sed ſolam ej ingentem molem ac magnitudinem, cujus tan ſit vaſtitas, ut vix duobus grandibus volum nibus, etiamſi literas adhibeas minutiores, typographo biennii ſpatio qveat produci in lu cem. Adeoqve ejus editionem non facile e ſpectandam. Addit Auctor in appendice 256. natum ſibi eſſe hoc opuſculum ex ſcripti ne tumultuaria pariter & extemporanea. Qv ſi ita eſt, eo magis inde patet ſtupenda ejus P lyhiſtoria. Qvi VII. miracula Bibliothecæ Au guſt

guſtæ deſcribens, ſemetipſum docet eſſe Orbis eruditi miraculum.

XLIII.

De Bibliothecis nova acceſſio collectioni Maderianæ adjuncta, a J. A. Schmidio D. Helmſtadii 1703. Egregium hoc eſt ad collectionem Maderianam additamentum. Septem commentationibus conſtans, videlicet

I. *Richardi a Buri Philobiblio*, ſive de conſervatione librorum, qvod opuſculum circa A.C. 1344. h. e. eo tempore ab Auctore eſt ſcriptum;

> Qvo non Muſarum ſcopulos qvisqvam ſuperarat,
> Nec dicti ſtudioſus erat.

Sane nemo intelligebat qvid ſit pure, ornate, & eleganter dicere ac ſcribere. Dictio enim eſt affectata, maculoſa, turgida. Res partim alienæ, partim longius & anxius qvæſitæ. Oeconomia rudis & indigeſta. Interim in Anglia, Gallia & Germania ſæpius excuſum eſt opuſculum. Incuria & ignorantia librariorum fæde corruptum. Et dignum cujus editiones cum CodiceMSCto conferantur, qvi eſt in Bibliotheca noſtra. Ex qvo omiſſa qvam plurima poſſunt ſuppleri, ſuperflua reſecari, mendoſa tolli & dilui. Et non voces tantummodo bene multæ ac phraſes, ſed integræ periodi reſtitui, & in Epilogo il-

lud carmen Leoninum de re Bibliothecaria ſuperaddi, qvod in fine noſtri Codicis legitur, & in exemplis editis omnibus prætermiſſum eſt.

II. *Gabrielis Naudæi Diſſertatione de inſtruenda Bibliotheca.* In qva de comparanda librorum optimorum notitia, & Bibliotheca ſelecta adornanda. (1.) Præcepta adferuntur peregregia, (2.) exempla locupletiſſima, (3.) cautelæ obſervatu digniſſimæ. Siqvidem Vir πολυμαθέςατος fuit Naudæus, in omni diſciplinarum genere præclare verſatus, & in Hiſtoria civili pariter ac literaria nemini ſecundus. *Primus* etiam qui huic argumento illuſtrando manus injecit poſt Joh. Baptiſtam Cordonam, qvi tamen obiter tantummodo hanc percurrit pectine telam.

III. *Theophili Spitzelii Diſſertatione de Bibliothecis Sacris Bibliothecarum illuſtrium arcanis detectis præmiſſa.*

IV. *Chriſtophori Heidmanni Oratione de Bibliotheca Julia.*

V. *Hermanni ab Hard Oratione de memorabilibus Bibliothecæ Rudolpheæ.*

VI. *Caſparis Sagittarii Oratione de Bibliotheca Jenenſi.*

VII. *Julii a Pflugk Epiſtola de Bibliotheca Budenſi.*

XLIV.

Hermanni Conringii de Antiquitatibus Academicis Diſſertationes, acceſſit ſupplementorum liber unus, Helmſtadii 1674. De qvibus juvat repetere denuo qvæ in Idea Syſtematis antiqvitatis literariæ p. 66. ſcripſimus. Scilicet omnino ita eſt, prout Auctor in præfatione ſcribit. *Primus eſt qvi materiam hanc eruderare aggreſſus eſt.* Nec *primus* ſolummodo, ſed & *unicus* fere, qvi adhuc in hoc argumento eſt verſatus, ut recte notat Morhofius in Polyhiſtore L. I. C. 16. §. 72. p. 200. Ex cujus rivulo Viros complures, alioqvin egregios, ſua prata irrigaſſe, diſſimulato tamen ejus nomine, perfacile poſſem demonſtrare, ſi ipſorum maculas detegere, vel ipſis, vel mihi laudi futurum adcrederem. Et eo jucundior eſt lectu, qvo venuſtior eſt ſtilus, & orationis modus qvo utitur. Nihil ibi adfectatum, nihil turbidum, nihil hiulcum. Sponte fluunt omnia, & limpido qvaſi amne decurrunt apte inter ſe cohærentia. Nec vitio ipſi dari poteſt, qvod dedit Morhofius, l. c. *ipſum in ſpecialioribus deficere.* Siqvidem ipſe in præfatione docet, *ſe ſingulas Academias recenſere non conſtituiſſe, ſed duntaxat antiqvum Academiarum ſtatum, idqve in id ſolum ut rectius intelligi poſſit, qvid rerum noſtrarum vetus, qvid novum, adeoqve qva origine, & qvando ſaltem potiſſima qvæqve noſtra inceperint.* Alia ſunt, & majora fortaſſis, [illegible] cenſuram mereantur. Etenim & *falſa* ſunt [illegible]m & ipſe qvædam in ſupple-

 men-

mentis retractavit, v. g. p. 279. Et *veroſimilia* qvædam pro veris venditavit. Et *nova* non pauca his ſuis antiqvitatibus admiſcuit. Et ordine ejusmodi uſus eſt, ut ipſe in præfatione, qvaſi oeconomiæ ſuæ pertæſus, ſcribat: *Ego ipſe optaverim ab aliis narrari iſthæc omnia juſta temporum, gentiumqve ſerie obſervata. Qvod niſi fallor haud multum fuerit difficile. Non utile autem minus, atqve prodeſt ordine rerum qvarumvis civilium Hiſtoriam recitare. Sane hæc etiam qvæ nos narravimus, neceſſaria ſunt ſcitu ad perfectionem Hiſtoriæ literariæ, cujus ſolæ illæ partes, quæ circa Scriptores omnigenæ doctrinæ verſantur, hactenus elaboratæ ſunt.*

XLV.

Gottlob Krantzii Memorabilia Bibliothecæ Publicæ Eliſabethanæ Uratislavienſis. Acceſſit Chriſtophori Coleri Oratio cum Bibliotheca Maria Magdalenea Uratislav. dedicaretur, Uratislaviæ 1699. Hiſtoriam Bibliothecæ Eliſabethanæ exponit Krantzius in præfatione. Et obſtupeſces ſi evolveris hanc ejus deſcriptionem. Tot enim in ea ſunt opes graphicæ, plaſticæ, Phyſicæ, numismaticæ, literariæ &c. uti non poſſit non tacitus hærere animus varia confuſus imagine rerum, & votis omnibus exoptare, ut, qvod Krantzius obiter tantum & ſcenice deſcripſit Muſarum Uratislavienſium Gazophylacium, Hiſtorice potius, & exqviſite, & pingviore Minerva ſpectandum exhibuiſſet. Ejusmodi enim Cimeliarchia apparent rara in orbe ...

qvæ in iis aſſervantur pretioſa digna ſunt qvæ innoteſcant eruditis omnibus. Mihi ſane ex ſola nominum deſignatione ſumma nata eſt animi voluptas. Et qvem non capiat ſi legerit, in hac Bibliotheca reperiri 4000 numiſmata p. 55. toditemqve Epiſtolas Virorum eruditorum ineditas p. 88 imagines item pictas qvam plurimas, fictas etiam & ſculptas æriqve inciſas, & Codices impreſſos & MSCtos rariſſimos, v. g. Joh. Froiſſardi Hiſtoriam ſui temporis qvatuor ingentibus voluminibus. De qva Gottlieb Stolle in Introduct. in Hiſtoriam eruditionis P. 1. §. 41. p. 19. *Es iſt bekant, daſs* Dionyſius Salvagius Anno 1659. *des* Joh. Froiſſardi Hiſtoriam ſui temporis ediret, *wenn man aber das in der Bibliotheca Eliſabethana zu Breslau befindliche und ſauber geſchriebene Exemplar dagegen hält, ſo in vier groſſen Folianten beſtehet, ſo wird es ſich ausweiſen, daſs das edirte, kaum den zehenden Theil austräget, und ſonderlich alle die Dinge ſo dem Frantzöſiſchen Hofe nicht angeſtanden, darinnen ausgelaſſen worden. Dahero der beleſene Herr Krantz* in Memorabil. Bibl. Publ. Eliſabeth. Uratislav. *nicht unrecht ſchreibet*: p. 86. Joh. Froiſſardi Hiſtoriam ſui temporis qvatuor ingentibus voluminibus comprehenſam, inter curioſiſſima æqve ac pretioſiſſima Germaniæ MSCta, merito eſſe numerandam.

XLVI.

Joh. Georg. Walchii Exercit. de Gymnaſiis literariis Veterum Romanorum, Jenæ 1721. Diatribe pulchella.

chella. In qva Auctor dictione venuſta, & ordine lucido uſus, molli qvodam ac jucundo ſucco alit lectorem, docetqve Romanos, Græcorum veſtigia ſecutos, præter Gymnaſia privata habuiſſe etiam publica, ſcilicet Athenæum, (27) Capitolium, (28.) & pergulas Magiſtrales, (29.) in quibus præceptores auctoritate publica muniti, certoqve ſtipendio ſuſtentati docuerint Grammaticam, (36. Hiſtoriam, (41.) Philoſophiam, (43.) Eloqventiam, (46.) Poëſin etiam cum diſciplinis qvibusdam Mathematicis, (47) Diſcipulos autem ope Lectionis, (47.) Meditationis, (50) Scriptionis, (51.) Retractationis, & Recitationis, (52) ac Diſputationis, (53. ad artium harum intelligentiam & uſum penetraſſe. Imo plura ſolvit Auctor qvam debet. Et Gymnaſiorum veterum rationem deſcribens, hodiernorum ſimul notat infames qvasdam maculas. Et ſic una fidelia duos dealbat parietes. (2.) *J. G. Walchius de Orationibus Panegyricis veterum*, Jenæ 1721, Qvod argumentum tot disqviſitionibus exagitatum eſt, ut vix de eo aliqvid dici poſſit, qvod non dictum ſit prius. Et extra viam decurrit Auctor, dum §. 9. p. 14. disqvirit: An orationum funebrium Origo a Græcis, an a Romanis ſit arceſſenda? Siquidem jam Davides in funere Abneri, 2 Sam. III. v. 33. ejusmodi ſermone Panegyrico uſus eſt, qvo tempore Græcia juxta ac Italia adhuc ignoravit, qvid ſit accurata & facta qvodammodo oratio, nedum oratio Panegyrica ad laudem Herois demortui compoſita. (3.) *Ge. Nicol Kriegk de Juſtitiæ Scholis apud Perſas*, Ileſeldiæ

1721

1721. Non facile qvem dixerim plus ſtudii, qvam hunc, & ad dicendum, & ad antiqvitates literarias illuſtrandas adhibuiſſe. Sane Auctores optimos ex antiqvis & recentioribus in hac Diatribe in conſilium adhibuit. Et ex iis quæ ad incutiendum Chriſtianis pudorem pertinent excerpſit, ſi diſciplinam eorum Scholaſticam cum Perſarum conſuetudine componas. Et hæc omnia oratione inſigniter comta, imo nimio plus comta veſtivit. Qvem enim in finem particula *con* toties adhibita eſt, niſi ſolius concinnitatis & ornatus gratia. v. g. Id *con*fieri ſolet. p. 37. Synedrium qvod Hanoveræ *con*fulget l. c. &c. (4.) *M. Andreas Murray de Kinæis*, Jenæ 1717. Non facile eſt Hiſtoria in SS. quæ ſit obſcurior & pluribus difficultatibus obſtructa, qvam Kenitarum. Et licet navibus atqve qvadrigis id egerit Auctor, ut tenebras diſpelleret, tantum tamen abeſt, ut conatus hicce ſucceſſum habuerit cum animo congruentem, ut hac Diſſertatione res incerta facta ſit fere incertior.

Scinditur incertum ſtudia in contraria
vulgus.

(5.) *Tobias Eckhardus de templo Cappadociæ Comano*, Qvedlinburgi 1721. Plura recondit vina hæc taberna qvam præ ſe fert ſuſpenſum ſignum hederaceum. Nec templi Cappadociæ Comani antiquitates recludit ſolummodo hæc Diſſertatio, ſed & aliorum, & in ipſas origines Sacrarum ædium inquirit. Ubi tamen dubia cogitatione diſtrahimur. An, qvam Auctor tuetur ſententiam, multis perſvaſurus ſit: Tem-

plum portatile Moſaicum fuiſſe *primum* in orbe, qvod imitati ſint poſtea Ægyptii, Phænices alii. (6.) *M. Laurentius Müller de Origine regni Damaſceni*, Lipſiæ 1714. In qva non ambitioſus ſudor, ſed modeſta ſedulitas ejus, qvi diligenter & familiariter cauſam habet cognitam. Dictionis enim decor nativus. Via plana ad ingrediendum & expedita, non turbida, nec clamoſa nec tumida, qvalis eſt eorum, qvi literas neſciunt. Et res ſelectæ & utiles, ex Auctoribus optimis & probatiſſimis excerptæ, eæqve leniter & ſubmiſſe traditæ, & adverſariorum ſententiæ ſine tumultu & convitio rejectæ. Et id qvam molliſſime demonſtratum: Damaſceni regni Originem quærendam eſſe illo demum tempore, cum ad idola rex Judæorum Salomo ſe convertiſſet 1 Reg. XI. v. 23. 24. 25. Integritas etiam SS. vindicata, & de urbe Damaſco & regno Damaſceno multa non ubivis obvia appoſita. (7.) *B. G. Struvius de Judiciis Heroicis, von Ehren-Taffeln*, Jenæ 1721. Magis patet ex inſcriptione latina, qvam Germanica qvodnam ſit argumentum hujus Diſſertationis. Qvod non cottidianum omnino, ex Auctoribus minime vulgaribus eſt hauſtum, & ratione non protrita traditum. (8.) *M. Tobias Eckhardus de columnis Herculis*, Qvedlinb. 1721. (9.) *Samuelis Waltheri Thales*, Magdeb. (10.) *Ejusdem, Bias ibidem.* (11.) *Ejusdem Pittacus, ibidem.* (12.) *M. Tobiæ Eckhardi Epiſtola ad Gerhardum Meierum*, (13.) *J. C. Wurtzler de Scholaſticarum declamationum utilitate*, Halberſtadii.

XLVII.

XLVII.

M. Joh. Georgii Pritii *Diſſert. de Republica literaria*, Lipſiæ 1698. Ponit Auctor, qvod probare debuiſſet, dari Rempubliam literariam. Neque enim magis ex eo ſeqvitur, dantur literati, ergo Respublica literaria, atque ex eo colligere poſſumus: Dari Rempublicam civilem, qvia dantur homines. Dantur omnino literati, ſed in unam certam ſocietatem non collecti. Neque in formam vel Monarchicam vel Ariſtocraticam vel Democraticam coacti, ſed ſibi adhuc, tanqvam in ſtatu naturali perſiſtentes, relicti. Et ſi quæ ſunt Respublicæ literariæ minores, & ſingulares, eæ non magis conficiunt Rempublicam literariam univerſalem, ac ſocietates gentium Rempublicam generalem per orbem univerſum diffuſam. Et hæc ſunt, qvæ perpetuo confundit Auctor. Dantur ſocietates literariæ particulares. Ergo Univerſalis. Habent ſocietates literariæ analogiam in qvibusdam cum civilibus, ergo in omnibus. Datur Respublica literaria in imaginatione noſtra ergo extra eam. (2.) *M. Joh. Jac.* Pfizeri *Idea prudentiæ literariæ generalis*, Altorfii 1711. In qva tradit prudentiæ Regulas Generales, in re literaria obſervandas Auctor, ſed unam ex iis ipſemet negligit, qvam §. 33. p. 41. Reipublicæ literariæ civibus præſcribit, ut in lucem nihil proferant, niſi qvod novum ſit prorſus, vel nova denuo, & non uſitata ratione adornatum (3.) *Corn. Dietericus Koch, Deum ſolum eſſe ſapientem*, Helm-

Helmſtad. 1705. Auctoritatibus tantummodo pugnat Auctor, non rationibus, nec probat qvod probandum ſuſceperat: Deum ſolum eſſe ſapientem, ſed id ſolum, non eſſe ſapientem hominem. Et hoc ita tuetur, ut, dum hominem neſcire multa, demonſtrare ſatagit, Academicorum & Scepticorum caſtra ſecutus, commonſtret, eum ſcire nihil. Qvod ſi cum veritate conſpirare exiſtimat, nec hoc qvidem ſcit homo, hominem ſcire nihil. Nedum iſtud: Deum ſolum eſſe ſapientem & ſcire omnia. Cum ipſo Auctore teſte §. 25. nemo mortalium cognoſcat, qvis & qvalis ſit Deus. (4.) *M. Polycarpi Lyſeri Animadverſiones Criticæ in Ephemeridum literatarum methodum*, Wittenbergæ 1716. Non ſatisfaciunt Ephemerides literariæ hodiernæ Auctoris guſtui. Adeoqve qva ratione emendari qveant, docet, & cautiones ſuggerit ab iis obſervandas, qvi annalibus ejusmodi condendis navant operam; Neqve eæ aſpernendæ ſunt omnino, ſed non omnes ejusdem ſunt commatis, & qvædam ex iis ipſæmet cautione indigent, & ſale providentiæ opus habent. (5.) *Joh. Chriſt. Erneſti Diſſertatio prior & poſterior, de incommodo ex literatis Ephemeridibus capiendo*, Wittenb. 1716. Ex duabus hiſce Diſſertationibus poſterior priori eſt præferenda. In priore enim Auctor, oblitus inſtituti ſui, fere nihil adfert, qvod ad rem præſentem pertineat, ſi Epiſtolam Dn. Joh. Gvilielmi Bergeri exceperis, qvæ præclara eſt, & lectu digna. In poſteriore autem circuli ſui magis memor fuit Ephemeridomaſtix, ſed ordinem dilucidum & expreſſum

tam

tamen non obſervavit. Ephemeridologaſtris etiam nonnullis potius, qvam Ephemeridibus dicam ſcribit, & incommoda Ephemeridum ita lambitat, ut Canis Ægyptius aqvam Niloticam, velociter & trepide. (§. XI. p. 15.) Quæ copioſius multo & majore cum *παῤῥησία* delineare debuiſſet. Siqvidem cottidiana docet experientia, (1.) Ephemeridum lectione juvenes tollere criſtas, & vana Polyhiſtoriæ perſvaſione ſibi blandiri, (2.) a cognitione Artium, lingvarum, & veterum Auctorum abduci, (3.) *βιβλιογνωσία* ſuperficiaria & falſa ſæpius imbui. Et quæ ſunt alia hujus generis incommoda, qvæ ex Ephemeridum abuſu tamen tantummodo proveniunt. Adeoque uſum earum tollere non poſſunt. (6.) *M. Joh. Iob. Gleich de Singularibus Theologorum qvorundam fatis*, Lipſiæ 1714. Apes vero qvanto ingenioſiores ſunt qvibusdam hominibus. Non enim tantummodo excellunt colligendi ſcientia, ſed & digerendi. Nec floribus qvibuscunqve incumbunt, ſed optimis. Et qvem ex iis hauriunt ſuccum, ſagacitate naturæ, & proprietate ſpiritus ſui mutant in meliorem, ut & ſibi & aliis alimento eſſe qveat. (7.) *M. Godofr. Wageneri Scriptores, qvi de ſua ipſi vita expoſuerunt*, Wittenbergæ 1716. In cujus *ἐπιμέτρῳ* tacite petit J. B. Menckenium, qvi in Charlataneria ſua p. 15. relatum ſe a viris fide dignis accepiſſe ſcribit: M. Johannem Segerum Poëtam laureatum, & ludi oppidani Wittenbergenſis Rectorem curaſſe in tabula ænea depingi Chriſtum crucifixum, qvem Segerus ille

ille ſub cruce ſtans, Laconice compellarit verbis ex ore ipſius emiſſis, *Domine Jeſu amas me?* Ad quæ Salvator, cum ampliſſima honoris præfatione de cruce reſponderit: *Clariſſime, pereximie nec non doctiſſime Domine Magiſter Segere, Poeta Laureate Cæſaree, & Scholæ Wittenbergenſis Rector digniſſime amo te.* Petit inqvam, Menckenium in ἐπιμέτρῳ hujus Diſſert. Wagenerus, & hanc de Segero narrationem anilem fabulam eſſe contendit. Conditoremqve Ephemeridum Gallicarum (Journal des Sçavans 1716. Jan. p. 47.) ſimul deridendum propinat, qvi hanc fabulam novis acceſſionibus adauctam pro veritate vendiderit. Et hactenus fortaſſis bene Wagenerus. Quæ vero in Diſſertatione ipſa leguntur, tantum abeſt, ut vaſtitatem argumenti exhauriant, ut primoribus digitis id ipſum vix attingant. Plerique enim & optimi, qvi ſuam ipſi vitam Commentariis illuſtrarunt ſunt præteriti, & *ſex* illi qvi allati ſunt, non ſine partium ſtudio ſunt producti, nec ipſi ea ratione vitæ ſuæ curſum expoſuerunt, ut exempli loco proponi, & oculis Lectoris ſubjici potuerint. (8.) *M. Joh. Barth. Lenzius, de Profeſſoribus natione Francis qvi Wittenbergam illuſtrarunt*, Wittenbergæ 1702. Cui bono? Et qvid inde Hiſtoriæ literariæ ſtudioſus emolumenti exſpectandum habet, ſi ſciverit, in Wittenbergenſi Academia fuiſſe Profeſſores XXIII. natione Francos? Itane abundamus otio & tempore, ut in ſupervacanea iſtud erogare qveamus? Et nonne alia ſunt in Hiſtoria literaria, quæ ſcitu magis ſunt neceſſaria?

ſaria ? Sane ſi duplicetur nobis ætas vix ſufficimus iis, quæ maxime ſunt neceſſaria, nedum iis quæ ſunt ſupervacua & uſum nullum habentia, vel admodum exiguum. (9.) *Joh. Ludolphus Bünemann de Mindenſibus doctis*, Mindæ 1711. (10.) *M. Gvil. Steinbach de Wagneris ſeu eruditione, ſeu ſcriptis claris*, Witteb. (11.) *M. Tobiæ Eckhardi Duces Holſatiæ Muſagetæ*, Qvedlinb. 1718. (12.) *Andreæ Goepelii Familia Lubbreniana ex antiqviſſimis monumentis Hildeſianis*, Molhuſæ 1719. (13.) *M. Tobiæ Eckhardi Merita Comitum Stolbergenſium in rem literariam*, Qvedlinb. 1719. (14.) *M. Chriſt. Ziegenhals gratulatio M. Chriſt. Frid. Wiliſio facta.* (15.) *Programma in funere Chriſtoph. Heinrici Rittmeieri.* (16.) *In funere Andreæ Julii Bötticheri.* (17.) *Matth. Georg. Schröderi Miſanthropia eruditorum*, Lipſiæ 1717. Diatribe digna quæ ad qvisqvilias Parnaſſi rejiciatur, usqve adeo inepta eſt, & inſulſa & putida, ſive dictionem ſpectes, ſive diſpoſitionem rerum, ſive res ipſas, quæ Hiſtoriæ cum ſint ſine omni teſte productæ, non majorem habent fidem, qvam fabulæ. (18.) *Ejusdem de Miſogonia eruditorum*, ibid. eod. (19.) *Ejusdem de Miſocosmia eruditorum*, ibidem eod. Scilicet Menander fecit Andriam & Perinthiam. Qvi utramvis recte norit, ambas noverit. Nam licet diſſimili ſint argumento, non tamen diſſimili oratione ſunt factæ ac modo.

XLVIII.

XLVIII.

Herm. Frid. Zollius de eo qvod divinum eſt in Hiſtoria literaria, Rintelii 1731. Aut nos parum in rebus divinis cognoſcendis verſati ſumus, aut Auctor qvid ſit τὸ θεῖον plane ignorat. Sane ex Hiſtoria literaria nihil tale in medium producit. Et Morhofius, cujus exemplo excitatus, ſcripſit hoc meletema, plura habet, ad hoc argumentum pertinentia, in una periodo, qvam hic in integra Diſſertatione. (2.) *Guſtav. Georg. Zeltner de Pauli Lautenſack fatis & placitis*, Altorfii 1716. Cujus viri character eſt: Polyhiſtoria cum moderatione animi & gravitate Theologica conjuncta;

Qvæ tria præclare dominantur in omnibus ejus
Excuſis chartis.

(3.) *Erhardi Reuſchii Commentatio de vita & obitu Sigismundi Jacobi Apini*, Helmſt. 1732. Nitida, candida, & ſingularem præ ſe ferens animi concitationem. (4.) *Juſti von Einem, Commentatio de Origene fatis, & incrementis Bibliothecæ Cœnobii Bergenſis*, Magdeb. 1732. Qvod Auctor §. 3. p. 6. ſcribit: Hanc Bibliothecam libris raris omnino & utiliſſimis, veteribus juxta ac novis, refertam eſſe; Liberius paulo pronunciatum eſſe exiſtimamus, ipſi enim eandem plus vice ſimplici oculis uſurpavimus, & ejus commatis eſſe deprehendimus, ut ex iis, qvi quandam

eru

eruditionis exiſtimationem ſibi adſciverunt, oppido paucos reperiri exiſtimemus, qvi non majorem librorum rariorum & utilium habeant apparatum. Ipſi enim eandem plus ſimplici vice oculis uſurpavimus. Et ſi nunqvam eandem conſpexiſſemus, ex Commentationis hujus indole facile hariolari poſſemus, Bibliophylazium Bergenſe, non magis abundare opibus qvam Nummophylazium, de qvo Auctor §. 3. p. 13. ſcribit, *exſpectare adhuc incrementa.* (5.) *Ejusdem, Novæ de tempore nati Chriſti Meditationes*, ibidem, eodem. Blanda omnino eſt hypotheſis Chronologica, qvam defendendam ſuſcipit Auctor; *Poſt creationem Adami VII. Annos & LXX. Annos hebdomadales, atqve iterum Septies LXX. hebdomadales certiſſime, & citra omnem dubitationis aleam Annum nati Chriſti prodere;* Sed nova non eſt; Verum a Johanne d'Eſpagne jam pridem tradita (vide ejus Opera p. 590. ſeq.) nec iis rationibus & argumentis ſuffulta, ut capitoſum expugnare ſtatim, & in hæreſin ſuam pertrahere valeat. (6.) *Joh. Leonhard. Friſch Hiſtoria Linguæ Slavonicæ*, Berolini 1727. Multa docet Auctor de Cyrillicis literis, typis, libris &c. qvæ adhuc ignoravimus. Et ob hodiernum Reipublicæ literariæ in Moſcovia ſtatum ignorare tamen vix poſſumus. (7.) *C. A. Heumannus de latinitate plebeja ævi Ciceroniani*, Göttingæ 1726. Schediasma pernitidum & percurioſum, in qvo Auctor doctiſſ. & nobis amiciſſimus p. 8. exhibet ſpecimen *Lexici plebejæ latinitatis*, qvale ut eruditorum ali-

qvis elucubraret p. ſ. exoptaverat. Atqv in eo deſideria noſtra cum ejus votis congruun Qvod autem l. c. etiam *Grammaticam plebejæ la tinitatis* deſiderat, cui uſui illa eſſe qveat, fat mur nos non diſpicere. Nec etiam videre r tionem, qvomodo illa confici a qvoqvam po ſit, cum plebs in loqvendo Grammaticoru habenas non audiat. Egregie etiam ſpecime Lexici latinitatis plebejæ augeri potuiſſet, e A. Gellii noctibus atticis, v. g. L. I. C. XX. lo cisqve aliis. (8) *Joh. Georg. Lotterus de Tabu la Peutingeriana*, Lipſiæ 1732. Qvæ Theodo ſii ævo, h. e. circa finem Seculi IV, & initiu Seculi V. ab Auctore incerto confecta, usqv ad Seculum XVI in ſitu & ſqvalore delituit, qv demum a Conrado Protuccio Celte in cœnob cujusdam Spirenſis Bibliotheca reperta, in m nus Conradi Peutingeri Patricii Auguſtani pe venit, poſt cujus obitum Marcus Velſerus P tritius Auguſtanus A. C. 1591. fragmenta qv dam ejus ad ſe delata edidit, integram poſt Joh. Moretus A. C. 1598. vice *prima*, *ſecun* Petrus Bertius eodem Anno 1598. *tertia* Geo gius Hornius 1654. in delineatione orbis an qvi, *quarta* Chriſtophorus Arnoldus 1682. *qvi ta* Chriſtoph. Henr Henninius 1698. *ſexta* Wo gangus Jacobus Sulzerus 1714. Poſt qvæ te pora Sabaudius Princeps *Eugenius Franciſcus A* chetypon ære non modico redemtum Biblioth cæ ſuæ, regiis opibus ſuperbienti, inſeruit, qva etiamnum aſſervatur. (9.) *M. Sigism. A dreæ Flachs veſtitus e Papyro in Gallia nuper int*

ductus, e ſcriniis antiqvitatis erutus, moralibusqve notis ſtipatus, Lipſiæ 1718. Dignum Schediasma, qvod oculo non fugitivo perluſtretur. (10.) *Conſultationes de univerſali commercio literario ad rei medicæ & ſcientiæ naturalis incrementum*, 1730. (11.) *C. A. Heumanni Hiſtoria gladii Academici*, Göttingæ 1734. Cujus Auctoris nomen dixiſſe laus eſt.

XLIX.

Bibliotheca Marqvardi Gudii, Kiloni 1706. Qvod in Pannonia Johannes Sambucus, in Italia Joh. Vincentius Pinellus, in Gallia Nicolaus Claudius Peireſcius, in Germania Z. C. ab Uffenbach, id in Holſatia fuit Marqvardus Gudius, Vir maturitate judicii, & varietate doctrinæ præſtantiſſimus, & librorum ſelectiſſimorum ac rariſſimorum copia ita inſtructus, ut pauci in Republica literaria. Cujus rei ſi nullum alium haberemus teſtem, hic ſolus Bibliothecæ Gudianæ Catalogus cauſæ huic probandæ abunde ſufficeret. Et ſi qvid de eo exiſtimandum ſit reſciſcere diſcupias, duos excitabimus teſtes, vel judices potius, qvos reprobare non poteris, niſi rei literariæ univerſæ & Muſis omnibus dicam ſcribere velis. Qvorum alter eſt D. G. Morhofius, alter C. S. Schurtzfleiſchius. Et illius qvidem de hac Bibliotheca judicium, ad invidiam usqve benevolum, extat in Polyhiſtoris

Libro I. C. VII. §. 67. p. m. 74. Unde repetitum poſtea ab eo, qvi librorum Gudianorum confecit Indicem, huic Catalogo præmiſſum eſt, ut velut hedera ſuſpenſa, qvale vinum lateat in hoc Catalogo nunciaret. Scilicet privatarum Bibliothecarum omnium Gudianam ſi ego dixero Reginam, ait l. c. Morhofius, nihil ultra veritatem aut jactantius loqvi videbor. Tanta eſt in illa MSCtorum Codicum, & antiqviſſimorum & rariſſimorum copia, is ſelectus, ut vel cum regiis contendere Bibliothecis poſſit. Sunt in illa libri græci, latini nusqvam in luce viſi toto orbe literato, præcipue in Italia ſummo ſtudio conqviſiti, qvos, vel non extare amplius multi, aut jam dudum periiſſe crediderunt. Hos emaculatos in lucem edere, non annorum aliqvot, ſed Seculi labor eſſet. Cum hoc primum mihi ingredi Sacrarium daretur, in Latium & Athenas veteres reductus, & in iſta rerum varietate totus mihi ſtupere videbar &c. Hactenus Morhofius harum rerum æſtimator & judex optimus. A qvo nihil diſſentit C. S. Schurtzfleiſchius rei literariæ itidem peritiſſimus. Hic enim Tomo II. Epiſt. arcanarum Epiſt. 318. p. 550. Nulla eſt in Germania inter privatas Bibliothecas præſtantior Gudiana, nulla inſtructior, ſi Codices reputo, qvibus multas Principum Bibliothecas vincit. Et l. c. Epiſt. 382. p. 568. Gudius Junior quatuor & viginti millibus Imperialibus conſtare patri ſuo mihi affirmavit; - - Solum Photii Etymologicum, duobus voluminibus conſtans mille florenis æſtimatur. Inſcriptiones qvidem com-

communicatæ ſunt cum Batavis, ſed ipſum & manu Gudii auctum emendatumqve Opus etiamnum ibi aſſervatur. - - Alia ſunt MSCta in Indice non expreſſa, ob gravem, ut intellexi cauſam, qvam Epiſtolæ committere non auſim. - - Libros excuſos non ſpecies externa, ſed bonitas pariter ac raritas commendat. (2.) *J. H. Michaelis Diſſert. de Codicibus MSCtis Biblico-Hebraicis*, Halæ 1706. In qva Theologus, Hiſtoricus, Criticus, inveniet, qvod uſui & delectationi eſſe qveat. v. g. Jeremiam in principio Prophetarum reperiri in MSCtis qvibusdam. Atque hinc Matt. XXVII,9. verba Zachariæ tribui Jeremiæ, a qvo univerſum Prophetarum volumen, appellationem habuerit. Initialem enim librum Sectionis cujusqve, totius Sectionis nomine veniſſe. §. 5. p. 5. (2.) In Codicibus MSCtis Hebraicis mediocriter vetuſtis, puncta & accentus & Maſoram a recentiori manu adjectam deprehendi §. 9. p. 8. Scribas etiam, qvi textum & conſonantes exararint, diverſos fuiſſe a Punctatoribus, qvi vocales ſubjecerint & accentus l. c. (3.) Ex diligenti & accurata plurimorum Codicum Græcorum & Latinorum evolutione eruditos certa criteria eruiſſe, e qvibus de illorum, per ſingula Secula, ætate, veritate, auctoritate &c. judicium ferere qveant, in Ebraicis tamen Codicibus dijudicandis neminem adhuc deſiderio doctorum ſatisfeciſſe.

L.

Joh. Rhodii Auctorum ſuppoſititiorum Catalogus cum notis V. Placcii, Hamburgi ſine die. (2.) *Vincentii Placcii de Scriptis & Scriptoribus Anonymis atqve Pſeudonymis Syntagma*, Hamburgi 1674. (3) *Friderici Geisleri Diſſert. de nominum mutatione & Anonymis Scriptoribus*, Lipſiæ 1671. Bibliopegæ vitio factum eſt, ut horum Triumvirorum nomina juxta ac Meletemata turbato ordine in hoc volumine ſibi ſuccedant, qvæ hac ſerie potius ſibi ſubſtitui debuiſſent. (1) Friderici Geisleri Diſſert. (2.) Joh. Rhodii Catalogus. (3.) Vinc. Placcii Syntagma. Siqvidem priorum exemplo excitatus Placcius ad condendum Anonymorum & Pſeudonymorum Syntagma ſe accinxit, qvod 1674. prima vice e prelo eductum, poſt obitum Auctoris infinitis acceſſionibus adauctum denuo in dias auras revocatum A. C. 1708. f. excuſum eſt. De qva edition lege, ſi tanti putas nugas noſtras, quæ ſupra abundantiore verborum apparatu diſſeruimus. Juvabit interim & has editiones cuſtodiviſſe, qvia rarius apparent.

LI.

Chriſtiani Thomaſii Programma, Halæ 1710. Scripſit hoc programma Vir doctiſſimus cum Samueli Strykio Academiæ Halenſis Profeſſori primario in munere docendi ſuccederet. F præclarum eſt qvod pertractandum ſibi ſumſ

-rat

argumentum, *de ortu & progreſſu qvatuor facultatum*, quæ hodie in Academiis florent; Sed qvod oportune monet Auctor, pro ratione inſtituti breviter tantummodo & ſtrictim expoſitum. Adeoqve ſi latius in hoc campo exſpatiari velis, conſulendus tibi erit Hermannus Conringius in Antiqvit. Academicis Diſſert. IV. Joh. Launojus de varia Ariſtotelis fortuna, primum impreſſus Lutetiæ Pariſiorum 1653. in 8vo. Tum Hagæ Comitum 1656. in 4to. Porro ibidem 1662. in 4to. cum novis acceſſionibus, & tandem Wittenbergæ 1720. in 8vo. cum aliis qvibusdam opuſculis Homogeneis a Joh. Hermanno ab Elswich eidem additis. Claudius Fleuri in libello Gallico de Selectu & Methodo ſtudiorum Num. 8. ſeq. p. 51. ſeq. Chriſt. Thomaſius in cautelis circa præcognita Jurisprudentiæ C. 3. §. 7. not. f. p. 44. Et in Obſervat. Halenſ. XV. Tomo VI. p. 126. Nec non in Hiſtoria pleniore juris naturæ C. IV. §. 7. p. 44. Joh. Peter Ludewig in Hiſtoria qvadripartitæ eruditionis, Halæ 1711. qvæ rivulus eſt, ex Thomaſii fonte deductus, & auctarium inventis Thomaſii additum, & Paralipomenon Chronico Thomaſiano adjectum. Gebhardus Theodor. Meyerus in Hiſtoria religionum C. V. Sect. 13. §. 6. p. 200. & Sect. 14. §. 4. p. 206. Stephanus Paſchaſius in eruditiſſimo Opere Gallico, qvod inſcripſit Recherches de France. Guido Pancirollus Libr. IV. de claris legum interpretibus. (2.) *J. C. Schrammius de Philoſophia Cartadenſium balbutiente*, Helmſtadii 1707. Si nihil aliud in Theologia & Philoſophia (de utroqve

 enim

enim agit Auctor) Canadenſium reprehendendum, qvam eorum, qvi eandem profitentur balbuties, nec poſtponenda eſſet noſtris exercitationibus Theologicis & Philoſophicis, nec noſtra eidem præferenda, qvi & ipſi γινώσκομεν ἐκ μέρους 1 Cor. XIII, 9. & lingua titubante ea quæ cognoſcimus, pronunciamus Sed non balbuties eſt, qvæ Canadenſium θεολογούμενα & φιλοσοφούμενα vitiat, ſed beſtialis loqvacitas & fœdus Epicuræiſmus & Atheiſmus. Et hoc eſt qvod Baro de la Hontan in hac faba Americana ſe reperiſſe gloriatur. Scilicet aptam ſuis labris lactuculam. (3.) *Joh. Jac. Müller de virtutibus ac vitiis Philoſophorum Orientalium*, Jenæ 1609 Nimis amplum eſt, qvod huic patellæ impoſitum eſt operculum. Non enim de Philoſophis Orientalibus agit Auctor in hac Diatribe, ſed de Chaldæis tantum & Ægyptiis. Et in deſcriptione Chaldæorum virtutes tangit ſolummodo non vitia. Et ſi in ſeqventi Differt. qvam Sect. 2. §. 11. p. 17. promiſit, non alios deſcripſit, qvam Indorum & Sinenſium Philoſophos, mutilus tamen & mancus adhuc eſt Philoſophorum Orientalium chorus, tantum abeſt ut omnibus ſuis partibus ſit expletus. (4.) *J. C. Schramm de Myſteriis Veterum Judæorum*, Helmſtadii 1708.

Fuit hæc ſapientia qvondam
Publica privatis ſecernere, Sacra profanis.

(5.) *Joh. Juſti Loſii Biga Differt. prima de Pom Ariſtotelis, ſecunda de conſenſu Cabbaliſtarum cum Ph*

Philoſophia Academica & Peripatetica, Giſſæ Haſſorum 1706. De qvo J. A. Fabricius in addendis ad Libr. III. Bibliothecæ Græcæ p. 826. Hebraicam verſionem Ariſtotelis Libri de pomo nuper cum latina ſua interpretatione & notis edidit J. J. Loſius Hildeſienſis, qvi ſola editione Francofurtenſi uſum ſe teſtatur, neqve veteris latinæ verſionis facit mentionem, qvam ſi vidiſſet, & Manfredi ætatem cogitaſſet (vide Fabricium l. c. p. 166.) non reprehendiſſet p. 56. Buxtorfium, qvod Auctorem Ebraicæ verſionis circa A. C. 1200. vixiſſe, ſcripſit. Hactenus Fabricius. Cui facile damus, Loſium noſtrum in Buxtorfii reprehenſione aliqvid humani paſſum, ſed hoc tamen contendimus eundem Virum perdoctum eſſe, & meliore fortuna dignum. (6.) Joh. Georg. Salig *Philoſophumena veterum ac recentiorum de anima & ejus immortalitate*, Halæ 1714. Non Diſſertatio, ſed liber eſt, isqve varia eruditione tinctus. Et ad modum iſtarum obſervationum confectus, qvas nos olim Tomo IV. V. & VIII. Obſervat. Halenſium inſeruimus: *Philoſophos neſcire qvid ſit ignis, aër, aqua, terra.* Qvod non obſcure indicat Auctor in Proëmio p. 7. Ubi tamen harum obſervationum ita mentionem facit, ut lector facile in eam ſententiam diſcedere qveat, eas ab ipſo hoc φιλοσοφεμένων Auctore eſſe elucubratas. Et cum præter hanc Diſſertationem Hiſtoricam duas alias promiſerit in proëmio, Philoſophicas unam, qva argumenta nullius momenti eſſe demonſtraturus ſit, qvibus Philoſophi adhuc immortalitatem animæ probarint; Alteram qva

viam novam ſit oſtenſurus, qva immortalitas ejus probabiliſſime ex rationis lumine confirmari qveat, rem gratam omnino feciſſet eruditis, ſi, qvæ pollicitus eſt verbis reipſa præſtitiſſet. Qvod factum nondum eſt, qvantum qvidem nobis conſtat. Nec V. E. Löſcheri voto factum eſt ſatis, qvi in Hiſtoria Enthuſiaſmi Philoſophici §. 1. Dudum neglecta jacuit animæ noſtræ & rationis Hiſtoria, qvam utinam pares tanto oneri, & ferre parati humeri ſuſciperent, explicatamqve nobis darent. (7) *M. Math. Lobetantz, de propagatione veterum philoſophiæ, ac variis doctrinarum mutationibus*, Kiloni 1704. Compendiolum Hiſtoriæ Philoſophicæ exhibet Auctor, & id qvidem:

> Arida commonſtrans non internodia tantum,
> Opplet enim vacuos linea ducta ſinus.

Præclaro enim librorum apparatu inſtructus fuit. Nec diligentia eundem deſtituit eo recte utendi, & qvæ ibidem deprehendit animi pabula, adhibita ingenii cura & facultate in ſuccum & ſangvinem vertendi, (8) *M. Iſrael Trau-Gott Garman de Sapientia Ægyptiorum Diſſertationes duæ*, Wittenbergæ 1710. Non Parum induſtriæ contulit ad has Diatribas Auctor. Sed vaſtum eſt argumentum & varium, & ita late patens ut paucæ pagellæ ei exhauriendo vix ſufficiant. Et juvabit fortaſſe hiſce tentaminibus Garmanni Academicis, addidiſſe noſtras antiqvitates literarias Ægyptiacas, qvæ Syſtemati noſtro an

antiqvitatis literariæ acceſſerunt, & a C. A. Heumanno & aliis laudatæ ſunt, ubi omnes, qvi de rebus Ægyptiacis ſcripſerunt, antiqvos, medios, & recentiores enumeravimus. (9) *Joh. Willh de Neve de Epicuræorum, & Stoicorum convitiis Chriſtianiſmo intentatis*, Francf. ad Viadrum 1708. Qvæ neſcio qvid habeat injucunditatis Diſſertatio. Non enim eruditione deſtituitur, ſed eruditione inaffectata caret. (10) *Juſtus Cellarius de ratione libere philoſophandi in perveſtigandis cumprimis rebus naturalibus*, Helmſtadii 1674. *Primus* eſt Carteſius, qvi Philoſophiam Eclecticam, & modum libere diſſerendi de rebus naturalibus inſtauravit denuo, & e ſepulchro qvaſi exire juſſit. Et hoc nomine plus gratiæ meruiſſet omnino, qvam habita eidem eſt ab Auctore p. 21. ſeq. Licet a veritate non abſit Iſaaci Voſſii, de eo judicium; Callidum in eo eſſe Carteſium qvod, cum tam plana & perſpicua præmittat principia, mox tamen iis relictis alia promat, qvæ neqve viſu neqve ſenſu percipi poſſunt, globulos ſcilicet, particulas ſtriatas, & elementa inviſibilia. Illis poſitis, non probatis, incipit philoſophari, qvia nempe ubi oculi & ſenſus deficiunt, ibi fingendi incipit libertas. Vid. Auctor p. 24. & ipſe Voſſius de natura & proprietate lucis C. IV. p. m. 5. (11) *Joh. David Muller de illuſtrioribus per orbem terrarum Philoſophorum ſcholis*. Helmſtad. 1700. (12) *J. A. Schmidii* Αυτος εφα *Pythagoræorum collatum, cum* αυτος εφα *Chriſtianorum*, Helmſtadii 1712. Diſſertatio pia, do-

cta,

ꝯta, elegans. Cujus oratio talis eſt, qvalis erat Auctoris vultus. (13) *Joh. Jac. Lehmann de Mutatione ſtudiorum, von Umſatteln derer Studirenden*, Jenæ 1712. Opuſculum in qvo, qvæ ad nodoſum hoc argumentum ſpectant, ſtudioſe ſunt collecta, ingenioſe etiam & ſolerter collocata, & ad ſolvenda problemata, de ſtudiorum mutatione moveri ſolita, ita adaptata, ut veritatis cupido facere poſſint ſatis. (14) *J. D. Koch, de ignorantia*, Helmſtadii 1705. In qva recte præſagit Auctor §. 1. p. 4. Nihil novi ſe dicturum. Centies enim hæc incus jam ab aliis eſt contuſa. Et materies tot lucubrationibus eruditorum diſcuſſa, ut pars non ultima eruditionis ſit hodie, noviſſe, qvot & qvinam ſint ii, qvi de ignorantia doctiſſime ſcripſerunt. (15) *Auguſtinus Leyſer de errore Germanorum exteras Academias patriis præferentium*, Helmſtadii 1712. In qva variis peregrinationibus literariis, propriaqve adeo experientia cautius mercari doctus Auctor, tantum abeſſe docet, ut Germanorum Academiæ, & qvi in iis vivunt doctores, virtute & meritis, eloqventia cumprimis & eruditione, exteris cedant, Batavis, puta, Britannis, Gallis, Italis & omnibus aliis Pontificiorum Ephoriæ ſubjectis, ut eas longo potius intervallo poſt ſe relinqvant. Qvod ipſi etiam eruditi noſtri Hildeſienſes, qvi Sacris Pontificiorum adhærent, agnoſcunt, qvi liberos Jurisprudentiæ, Philoſophiæ, & Hiſtoriæ civili deditos, in Proteſtantium Academias citius qvam Pontificiorum ablegare ſolent. (16) J. *A. Schmidii notitia Ordinis Ciſtertienſis*, Helmſt.

1711.

1711. In qva Comment. lucet ceu ſtellula ea particula, qva qvi Ciſtertienſium res vario ſcribendi genere illuſtrarunt, enumerantur. (17) *Ulrici Junii Oratio Inauguralis cum Profeſſionem Mathematum ſuſciperet*, Lipſiæ 1711. Jn qva de Joh. Kepleri meritis & ſcriptis, editis & ineditis, ita diſſerit Auctor, ut valde hæreamus, an aliqvis de iis diſſerere valeat copioſius, ſolidius exqviſitius. (18) *Caroli Arndii Oratio de Hiſt. literariæ ſubſidio in Theologia Catechetica & Antiqvitate Hebraica*, Roſtochii 1711. Obſoniis illis ſimilis qvæ ſalem non habent. (19) *Joh. Henrici Stuſs Oratio de Eloqventia Lutheri*, Helmſt. 1711. Non ſegniter elaborata, nec nihil habens ornatus atqve condimenti.

LII.

Chriſtiani Schöttgen Hiſtorie derer Buchhändler, wie ſolche in alten und mittlern Zeiten geweſen, Nürnberg 1722. Prodiit latine hoc Schediaſma, Lipſiæ 1710. Atqve de eo judicavimus in Idea Syſtematis antiqvitatis literariæ, P. I. §. 4. n. XII. p. 60. Perelegans eſſe opuſculum, & plane ad noſtrum palatum. Ut pote in qvo Auctori nec voluntas defuerit nec facultas, tale qvippiam elucubrandi, qvod eruditorum calculo dignum cenſeri poſſit. Præferenda tamen hæc Germanica editio latinæ eſt, qvia copioſior, & ordinatior, & ab omni parte abſolutior. Nec putamus in hoc argumento extare aliqvid, qvod ſit expolitius & nitidius. (2) *B. G. Struvius de qvinqvertionibus eruditis*, Jenæ

1721.

1721. Si placuiſſet doctiſſ. Auctori Homerum i
conſilium adhibere , atqve ex ejus monumen
tis huic particulæ antiqvitatis literariæ dare lu
cem , comperiſſet ſane πεντάθλα ſive Qvin
qvertia (qvæ a tot exercitiorum generibus ac
cepiſſe vocabulum hariolamur) nunqvam i
majore honore fuiſſe , qvam excidii Trojan
tempore , nec Pentathlos plures unqvam ve
illuſtriores extitiſſe qvam ea tempeſtate. Im
nec Qvinqvertia tantum illo ævo fuiſſe uſitat
Heroibus ; Sed & Sextertia & Septertia &
Eaqve omnia præclare ab Homero diſcripta; Se
maluit ex rivulis ſitim reſtingvere qvam e
fonte. Adeoqve ab Homeri teſtimonio ita i
abſtinuit , ac ſi nullas plane ſperare potuiſſe
ſuppetias in hac ſcrupoſa cauſa. Cum vel e
ſola Iliade noſtra poſt Homerum , ſive de in
cunabulis omnium ſcientiarum ex Homero eru
tis Sect. 2. C. 2. p. 72. conſtare valeat , qvid
qvantum Homeri Poëmata ad Hiſtoriam Qvin
qvertionum ornandam conferre qveant. (
*M. Petrus Kuntzius de Viris nomine & omine illu
ſtribus* , Jenæ 1720.

Conveniunt rebus nomina ſæpe ſuis.
Nec raro rerum ſunt omina nomina qvæ
dam,
Noctibus hiſce tamen felices indere ſ
les.
Non eſt cujusvis. Sane nonauguris huju

(4) *Seb. Kortholtus de Bibliotheca Kilonenſi*, K
loni 1705. Splendidioribus librorum officin
nc

non connumeranda qvidem; Attamen non in poſtremis habenda prorſus. (5) *Seb. Jacobi Jungendres Epiſtola de libris accuratius imprimendis*, Francof. 1721. Extat Joh. Conr. Zeltneri Correctorum in Typographiis Eruditorum Centuria, & Hieronymi Hornſchuchii ὀρθοτυπογραφία. Atqve ex iis ſuppleri poſſe, qvæ huic Epiſtolæ deſunt, Auctor ſcribit p. 17. Qvi Correctorem in libris adverſariorum expungere qvædam, qvæ modeſtiæ limites tranſcendunt, & mitigare poſſe judicat, qvæ ſunt aſperiora p. 18. Et errata typographica, typographorum potius feſtinationi & pertinaciæ, qvam Correctorum ignorantiæ adſcribendas eſſe contendit p. 16. In qvibus ſententiæ noſtræ cum ejus mente non plane conſentiunt. Nam ſi qva ex ſcriptis citatis ſuppleri poſſunt in hac Epiſtola, cur ipſe non ſupplevit, qvi eam dare debebat abſolutiſſimam. Et ſi Correctori licet in adverſariorum Schedis expungere qvædam, qvare non in noſtratium? Et ſi Iliacos intra muros peccatur & extra, cur ſphalmata typograhica non correctoribus æqve adſcribenda eſſent ac typothetis? (6) *Georg. Nic. Kriecgh de juſtitia Scholis apud Perſas*, Ilefeldæ 1721. (7) *Immanuelis Weberi Specimen Paræmiarum Hiſtoricarum Primum, Secundum Tertium*, Giſſæ 1715. ſeq. Levioris negotii res eſt colligere Paræmias Hiſtoricas, qvam Hiſtorias Paræmiarum. Siqvidem illas uſus ſaggerit etiam non qværentibus; Has non item. Et auctor qvidem utriqve indagando ſe dedit, ſed Paræmiæ perpaucæ

cæ ſunt qvas congregavit, & origines Hiſtori ricæ, qvas attulit, pleræqve incertæ ſunt & ambiguæ & in caſu poſitæ. Et ſpecimina fer omnia tot alienis conſtipata ſunt, ut, ſi ea re ſecarentur, qvæ nihil pertinent ad rem, pau cis plagulis implendis vix ſuffeciſſent, qvæ nun occupant plures. Qvod factum non eſſet, ſi Eraſ mum imitandum ſibi propoſuiſſet Auctor, qv Paræmiarum origines inqvirit plerumqve, ſe διὰ βραχέων.

Non is multa qvidem verum argutiſſima qvippe
Pauciloqvus, ȣ πολύμυθος.

(8) *Auguſtini Leyſeri Oratio, de malis Academiæ Helmſtadienſis & eorum remediis*; Helmſtadii 1720.

LIII.

C. G. Schwartzius de libris plicatilibus veterum, Altorphii 1717. Vir ad antiqvitates literarias ornandas natus, doctrina, diligentia, judicio, rerumqve multarum cognitione & uſu conſpicuus. Cujus exercitationes omnes demorſos ſapiunt ungves. (2) *Ejusdem de vario ſupellectile rei librariæ veterum*, Ibidem 1725. Ejusdem cum priore metalli exercitatio, ſi appendicem ſive §. 17. exceperis in qvo *de Libris Reſcriptis* Auctor differit; Sed ita ut Bernard de Montfaucon Palæographiam Græcam ei ad manum non fuiſſe appareat. In qva L. IV. C. VII

p.

p. 318. ſeq. præclara ſunt, qvæ de Libris ejusmodi δευτερογραφοις leguntur. Hujusmodi codices, ſcribit l. c. Montfauconius ubi vetuſtiore deleta ſcriptura, nova ſuperſcribuntur, mirum qvam multi occurrant inter eos, qvi duodecimo, decimoqve tertio, & decimo qvarto Seculo exarati ſunt. Ut plurimum autem prior illa Scriptura penitus obliterata eſt, ita tamen ut in ipſa charta vel eradentium conatus, vel artificii veſtigia, vel alia qvædam ſigna ſuperſint. Si qvis decimi tertii, vel decimi qvarti Seculi membranaceos codices diligenter exploret, non multo pauciores iſtiusmodi deprehendet, qvam alios, ubi ſemel tantum ſcriptum fuit &c. (3) *G. Clemens Draudius de Clepſydris Veterum*, Giſſæ 1732. Digna cui minio aſteriſcus appingatur Commentatio. (4) *M. Joh. Godofr. Ungerus de* ערות *h. e. de Papyro frutice ad Eſaiæ* XIX. 7. Lipſiæ 1711. Vox ערות qvæ extat Eſaiæ l. c. eſt ἅπαξ λεγόμενος in SS. Cujus radix incerta, & ſignificatio ita dubia, ut de ea adhuc Philologi certent, & adhuc ſub judice lis ſit. Nec auctor ita vindicavit, qvam C. Stockii manuductione uſus, eidem impoſuit Papyri notionem, ut extra omnem dubitationis aleam ſit poſita. Lectu tamen digna ſunt, qvæ hac occaſione de Papyro diſſeruit, & plura de eo potuiſſet in medium proferre, ſi Sebaſtiani Kirchmeieri Diſſert. de Papyro Veterum, Wittenbergæ 1666. excuſam, & noſtras antiqvitates literarias Ægyptiacas §. 42. p. 91. voluiſſet in ſubſidium vocare. (5) *F. P. Tackius, de Dedica-*

dicationibus Librorum, Gvelpherbyti 1733. Cum qvo ſi conferas J. G. Walchium, de Dedicationibus Veterum, & D. F. Janum de fatis Dedicationum Librorum, non facile deerit qvippiam, qvod ad argumentum hoc accurate cognoſcendum eſt neceſſarium. (6) *M.* G. S. *Greenius de Theologis Græcorum*, Lipſiæ 1733. Cui meletemati non deeſt cultus. Multa enim continet ad Hiſtoriam Theologiæ Græcorum illuſtrandam præclare facientia. Sed argumentum ipſum, qvod hedera ſuſpenſa promittit, non exhaurit. Et unicum caput, *de Sacerdotibus Græcorum*, qvod in C. Brüningii Antiqvitatibus Græcis eſt XVIII. paucis verbis plura dici de Græcorum myſtis, qvam auctor Diſſertationis hujus tanto verborum ambitu.

LIV.

M. C. Schötgenius de Librariis & Bibliopolis antiquorum, Lipſiæ 1710. De quo ſupra N. 52. jam dictum. Ubi Diſſert hujus verſio Germanica eſt allata, quæ hac latina eſt auctior & locupletior. (2.) *M. C. G. Schwartzii de ornamentis Librorum apud veteres uſitatis, Diſſertatio prima, ſecunda, tertia*, Lipſiæ diverſo tempore editæ. Qvinqve ſunt Diſſertationes, qvas Auctor de ornamentis librorum apud veteres uſitatis, in lucem publicam prodire juſſit. Eæque omnes ejus ſunt commatis, ut harum deliciarum cupidos delectent, & nomen ejus, cujus induſtria elucubratæ ſunt, illuſtrent, fidemqve faciant, poſt C. Cellarium neminem facile aptio-

re-

rem eſſe, ad Syſtema antiquitatis literariæ, qvod deſideratur adhuc, condendum, qvam hunc Altorfinarum Muſarum tutorem & antiſtitem. (3.) *M. C. Godofr. Barthii Differt de Imaginibus Veterum in Bibliothecis vel alibi poſitis*, Halæ 1702. Cui utut laus debita deneganda non ſit, cum & ſtilo ſua virtus conſtet & methodo; Attamen nec inficiandum eſt, & rebus qvasdam inſidere maculas. Siqvidem §. 11. p. 12. Voſſii confuſi, & res domeſticæ alienis qvamplurimis ita ſunt accumulatæ, ut ex XXVII. paragraphis vix duo vel tres inſcriptioni Diſſertationis reſpondeant. Qvod tum ex rationibus aliis, tum exinde potiſſimum eveniſſe putamus, qvod Edmundi Figrellii liber de ſtatuis doctorum in Bibliothecis ipſi ad manus non fuerit, utut eundem §. 11. p. 12. qvaſi ab ſe lectum allegaverit, & ad eundem lectorem remiſerit. (4.) *Chriſt. Cellarii lucubratiuncula de Vigiliis & lucubrationibus Veterum*, Halæ 1699. Quæ tota *τὸν λύχνον ἀπόζει*. Sane plus olei qvam vini conſumſit Auctor celeberrimus, & ſuis egregiis lucubrationibus æternam memoriam apud poſteros promeruit. Nec difficile fuiſſet ipſi, de Ariſtophanis, Cleanthis, & Epicteti, lucubrationibus quædam adhuc addere, utpote qvorum lucernulæ omnes in tanta veneratione fuerunt apud antiqvos Græcos, ut priores duæ in proverbium abierint, & ultima magno ære redemta ſit, niſi ſuis cancellis incluſus, maluiſſet aliis ſpicilegium relinquere, qvam meſſem univerſam ad extremum usqve manipulum occupare. Nec exigua etiam ex Joh. Schefferi libro de ſti-

lo exercitiisqve ejus C. XIII. §. 10. p. 170. hu lucubratiunculæ fieri potuiſſet acceſſio. Si v lupe fuiſſet ipſi alienis rivis ſua prata irrigar Imo & e Jani Durantii Caſellii Variis qvæda ſua facere qviviſſet, qvi Problemati, *qvo pa& Homeri tempore in tenebris lumen fieret?* L. I Var. Lect. C. 18. p. 253. ſatis facturus nc plane nulla habet conlectanea ad hoc argume tum ſpectantia. (5.) *Ejusdem de ſtudiis Roman rum literariis in urbe & provinciis*, Halæ 169 Qvod Auctor celeberrimus in inſcriptione pr mittit, id in tractatione etiam egregie adin plet, & ita adimplet, ut, ſi ex hoc ungue le nem æſtimare liceat, non poſſimus non ita fe re judicium: *Cellarium præ cæteris concinnanc Syntagmati antiquitatis literariæ fuiſſe parem.* Sar hæc fimbria non levidenſe ſubminiſtrat teſtim nium de texti venuſtate. Et inſpecto hoc dig to temperare nobis vix poſſumus, qvin Colo ſum univerſum exoptemus. (6.) *M. Conra Budde de Studiis liberalibus apud Veteres Rom nos*, Jenæ 1700. Cedit in pluribus Buddeu Cellario, ſed in nonnullis quædam attulit, qu Cellario exciderant. Adeoque Diatribe utriu qve digna eſt, quæ in Syntagma antiqvitati literariæ adſciſcatur. (7.) *M. Ge. Nicol. Krieg de peregrinationibus Romanorum Academicis*, Jen 1704. Auctor doctiſſimus recenſet in ho ſcripto gentes, & inſigniora loca, quæ Roma ni adierint, prudentiæ, ſcientiæ, & morum com poſitionis cauſa. Atque ſic præ cæteris agit d peregrinationibus eorum in Academiam Athe nienſem, Rhodiam, Apolloniam, Maſſilien

ſem

ſem, Neapolitanam, Mytilenenſem, Alexandrinam, Smyrnenſem, Mediolanenſem, Burdigalenſem &c. Reliqva Græciæ, Siciliæ, Galliæ, Hiſpaniæ, Brittannicæ, Africæ, Armeniæ, Thraciæ loca ſpatiorum anguſtia excluſus præterit, tam præclare hoc ſuo officio defunctus, ut omnes non præteriiſſe malint, & huic ſuo Chronico literario Paralipomena adhuc adjeciſſe. (8.) *Georgii Paſchii Diſſert. de uſitata Veterum exemplo ratione tradendi per Dialogos*, Kiloni ſine anno. Cujus ſtilus, methodus, & argumentum ipſum tale eſt, ut laudem Auctori jam conciliarit non tralatitiam, majoremqve conciliaſſet adhuc, ſi lambere hunc fœtum, & ad majorem deducere perfectionem perrexiſſet, ſicut cæperat. E Scheda enim fugitiva, dum in corpus tranſumſit iſtud hanc ſuam laboris Academici particulam, qvod *de variis modis moralia tradendi* inſcripſit, & titulum fecit dilucidiorem, & quæ minus accurate expreſſerat emendavit, & quæ hinc inde omiſit, ſupplevit inſuper & adjecit. (9.) *M. J. Phil. Treuner de Antiqvo interrogandi modo ad mentem Platonis & Ariſtotelis*, Jenæ 1688. In qvo Schediasmate totus in eo eſt Auctor, uti commonſtret antiqvum interrogandi modum non ſusqve deqve habendum in Republica literaria, ſed ob ſummam, qvam habet utilitatem, poſtliminio in eam reducendum. Atqve hoc ipſo abit a mente Paſchii, qvi dictionem per dialogos inſtitutam ad Philoſophandum minus idoneam eſſe exiſtimat, qvod res apta convenientiqve ſerie non elaboretur, nec tam firmis, ut debet ra-

 tio-

tionibus fulciatur, neqve in ſua membra & articulos juſte digeratur. (10.) *Joh. Andr. Schmidius de diverſis diſputandi Proceſſibus*, Jenæ 1684. Brevis omnino, ut eſt in titulo, ſed nervoſa ſimul hæc eſt disqviſitio a Paſchio juxta & Schneidero (in Diſſert. de variis argumentandi methodis Veterum & Recentiorum) diligenter lecta, & diligenter uſurpata, qvi inventis Schmidianis inventa ſua adjicientes, novas inde ſcenas in Republ literaria adornarunt. Et optandum omnino eſſet, ut *Logica Ebræorum*, & *Logica nov-antiqua* vidiſſent lucem, de qvibus Auctor doctiſſimus in hoc Schediasmate Lectori ſpem qvandam facere videtur. (11.) *M. Gerhard Wichmann de Vigiliis*, Wittenbergæ. 1660. Qvam tradendam ſibi ſumit Auctor de Vigiliis veterum Judæorum, Romanorum & Græcorum doctrinam, eam ita perſeqvitur, ut ipſe non ſatis didiciſſe videri qveat, qvod alios docere conatus eſt. Noctem jam tempore Homeri fuiſſe τριφύλακτον, h. e. in tres vigilias diſtinctam nosmet in Idea Syſtematis antiquitatis literariæ Sect. IV. C. 8. p. 233. non uno Homeri teſtimonio probavimus. (12.) *Chriſt. Cellarii de melioribus literis reſtituendis oratio*, Halæ 1697. (13.) *M. G. Vockerod Fætura artificioſa Jacobi*, Jenæ 1689. (14.) *M. C. G. Barthii de recitatione & retractatione veterum Diſſert.* Halæ 1701. Quæ ſuas omnino habet laudes. In verbis enim elegantia, & in rebus diligentia & judicii perſpicacia elucet; Sed & leviores qvasdam habet maculas. Qvippe recitationem veterum Græcorum obiter tantummodo & ὡς ἐν παρόδῳ tangit

git, & latinorum non ita exhaurit, ut non quam plurima notatu digna præterierit. Qvod qvidem ex duplici cauſa accidiſſe hariolamur. (1.) Qvod Auctor iis ſubſidiis inſtructus non fuerit, quæ ad argumentum hoc abſolvendum reqviruntur, (2.) qvod iſtud ad mentem ſententiamqve C. Plinii Cæcilii ſecundi ſolummodo tractandum ſibi ſumſerit. Adde qvod & in Oeconomia operis humani qvippiam paſſus videri qveat, dum §. 24. & 25. de cauſa retractationis prolixe diſſerens, membra hujus corporis inter ſe confundit, & a poſteriori ad prius rurſus delabitur. (15.) *Joh. Andr. Schmid de Lectionariis Orientalis & Occidentalis Eccleſiæ in genere, & ſigillatim de Joh. Chryſoſtomi Lectionario MScto*, Helmſtadii 1703. (16.) *M. Gvil. Juch, de modis probandi innocentiam apud veteres*, Jenæ 1709.

LV.

Melchioris Zeidleri Tr. de gemino veterum docendi modo Exoterico & Acroamatico, Regiomonti 1685. De qvo negari non poteſt, Auctorem in eo non ubiqve ſecutum methodum docendi Acroamaticam; Sed multa inſperſiſſe vulgaria, & ad Lectores extraneos & vulgares potius ſpectantia, qvam οἰκείϛ ſive genuinos & domeſticos. Aliena etiam nonnulla & parum ad ſuum inſtitutum facientia; Imo & minus decenter interdum crambem eandem bis recoxiſſe, atqve hanc ſuam ἀνομαλίαν §. 26. p. 66. Simili qvodam diſſimili excuſare voluiſſe; Attamen & hoc extra dubitationis aleam eſt poſitum, mul-

ta plæclara de modo docendi veterum ab e annotata. Et titulo hujus Operis, ſi non i omnibus, in quibusdam tamen egregie ſatisfa ctum. Neqve enim exhaurire poterat hoc ar gumentum penitus, qvi & ſuum genium, & Michaelis Piccarti Iſagogen in lectionem Ariſto telis ſecutus, introductionem in libros huju Philoſophi meditabatur, & ſic ad docendi mo dum veterum hoc animo tantum erat digreſſus ut lucem daret ſuo themati, non ut illud e profeſſo illuſtraret.

LVI.

M. Joh. Held de Judaeorum Synagogis & Scho lis, earundem antiqvitate & propagatione, rebu Sacris, variis ſtudiorum generibus, Doctoribus, a auditoribus, Norimbergæ 1664. Egregia hui vino ſuſpenſa eſt hedera, & tenui opuſculo am bitioſus titulus præſcriptus. Sed parum reſpon det nigrum ſuo rubro, & mus ridiculus naſci tur, dum montem ingentem parturire vides Perpauca enim ſunt, qvæ præſtat Auctor ex iis qvæ promittit Lectori. Et qvæ præſtat non d ſuo largitur, ſed de alieno. Qvicqvid enim bo ni habet ex Altingio collegit, a qvo præcepto re p. 5. ſe diffidere ſimulat ingratus diſcipulus Reliqva qvæ ipſe addidit & pauca ſunt & levi denſia, & vix digna tanto hiatu & rictu, qv os ſuum diſtendere Auctori placuit. (2.) *M Valentinus Fridericus de titulis Doctorum Judaico rum*, Lipſiæ 1692. Qvæ Diſſert. tota ex Jaco bi Altingii Hiſtoria Academiarum Ebraicarum e

ex

exſcripta, Altingii nomine ſtrenue ſuppreſſo. (3) *M. Joh. Jacobus Qvand de Atramento Hebræorum Exercitatio Rabbinico-Talmudica*, Regiomonti 1703. Qva Auctor Cl. ſuam in Rabbinicis & Talmudicis abunde demonſtravit Polyhiſtoriam. Et hoc uno ſpecimine probatum dedit omnibus, ſe ad Syntagma qvoddam antiqvitatis literariæ Ebræorum componendum tam aptum eſſe, qvam qvi maxime; Et unum Joh. Jac. Qvandtium decem Georgiis Urſinis hac in parte eſſe præferendum. (4.) *Georgii Urſini Antiqvitates Ebraicæ Scholaſtico-Academicæ*, Hafniæ 1702. In qvibus Antiqvitatum loco meras novitates affert Auctor, easqve protritas fere & ubiqve obvias.

LVII.

M. G. Vockerodt Hiſtoria Societatum & rei literariæ ante diluvium. Acceſſit fragmentum ex libris Henochi de Egregoris, Jenæ 1687. Duabus hæc Diatribe abſolvitur capitibus, qvorum primum de Hiſtoriæ hujus Scriptoribus agit, alterum de ſodalitiis & monumentis literariis mundi primi ipſis, adeoqve ſtatum *Sethianorum ac Cainitarum* literarium depingit, qvorum illi *Filii Dei*, *hi Filii hominum* in SS. ſunt appellati. Acceſſerunt poſtea in ſecunda editione, qvæ A. C. 1704. ibidem in 8vo prodiit ſupplementa, qvibus ſodalitas Crotonienſis & Ephebi, nec non primorum Chriſtianorum conventicula, & hetæriæ, imo & ſocietates ψευδωνύμου γνώσεως, conventus Chriſtianorum publici, cum pri-

vatis collegiis antiqvioribus ſub Papatu, & recentioribus ad morum emendationem inſtitutis, & literarum conventus Berolinenſes & Halenſes ſunt deſcripti. Qvæ omnia magna navitate & induſtria ab Auctore ſunt collecta. (2.) *C. H. Rittmeyeri Diſqviſito de Kiriath-Sepher ſive civitate literaria*, Joſuæ XV. v. 15. Helmſtadii. In qva nihil certi de hac urbe affirmari poſſe docet, qva de cauſa illo nomine olim ſit appellata, qvando itidem & qvare id mutatum deinceps in *Debir*, nec non in Kiriath Sanna. Varias etiam variorum ſententias enarrat, vel ſi mavis conjecturas, & tandem concludit, omnes eas infirmo niti tibicine, & idoneis deſtitui probationibus, eo qvod univerſa hæc πραγματολογία nullo alio fundamento qvam ſolius onomatologiæ incumbat, adeoqve conjicii hoc qvidem, at probari non poſſe, eam vel Academiam qvandam vel urbem fuiſſe literariam. (3.) *M. Chriſt. Bornitius de Synagogis veterum Ebræorum*, Wittenb. 1650. Qvi Synagogas fuiſſe ædificia, ubi Judæi ex inſtituto convenerint diebus certis, legis percipiendæ & precum cauſa, non male conjectat §. 3. nec inepte probat dicta priora fuiſſe Judæorum officia §. IV. & V. Sed qvæ ſeqvuntur in deſcriptione, Judæos certis diebus in iis conveniſſe legis percipiendæ & precum cauſa, Diſſertationi ſecundæ reſervat, quæ an ſucceſſerit poſtea certo affirmare non poſſumus. (4.) *Joh. Ericus Oſtermannus de Convivandi cænandiqve veterum ritibus*, Wittenb. 1643. Parum notæ ſunt Oſtermanni hujus Sche-

Shediaſmata, digna tamen omnia quæ multis innoteſcerent, qvia varia literali doctrina ſunt reſperſa. (5.) *J. M. Mayfart, Bildniſs eines wahren Studenten*, Erfurt 1634. Qvo nemo Academiarum lutoſas maculas acutius perſpexit, nemo majori παῤῥησία deteſtatus eſt. Utinam hoc tempore intemeratior earum eſſet facies. Sed

Ætas parentum pejor avis, tulit
Nos neqviores; mox daturos
Progeniem vitioſiorem.

Siqvidem eædem Erynnes adhuc Bachantur in noſtris Academiis, ſi Pennaliſmum exceperis. (6.) *Joh. Andr. Schmidius de Gymnaſiis literariis Athenienſium*, Jenæ 1688. Gymnaſia Athenienſium literaria in hac Exercitatione deſcribit Auctor celeberrimus, ſed nobiliora tantum, & maxime illuſtria, & qvorum præcæteris in ſcriptoribus antiqvis fit mentio; Videlicet Platonicorum Academiam, Cynicorum Cynoſarges, Ariſtotelicorum Lyceum, Stoicorum Stoam, Epicuræorum hortos, Gymnaſium Ptolomæum. Reliqva, ſcilicet Canopum, Odeum Palladium, Prytaneum, Tempe &c. ſilentio præterit, qvia nihil vel parum memoratu dignum de iis in Hiſtoria Græcorum literaria ſe ipſi obtulit. Et ſane ſex priora ita ab eo deſcripta ſunt, ut omnibus, ejusmodi argumentum in poſterum occupaturis, exemplo eſſe qveant. (7.) *M. Benjamin Hederici Comment. de Schola Alexandrina & Tarſenſi*, Wittenb. 1704. Perbre-

vis

vis & conciſa, ſed digna qvæ legatur. (8.) *Friderici Schraderi de typis Academiarum ab Eruditis & ſapientibus annotatis*, Helmſtadii 1703. (9.) *Phil. Theod. Veer Poortennii Diſcrepantia Dei, & Hominum de Scholis judicia*, Coburgi 1709. (10.) *J. C. Schomerus de Collegiatiſmo, tam orthodoxo qvam heterodoxo*, Luneburgi 1692. Dignum Opus qvod ab omnibus accurate, & ſtudioſe lectitetur, qvi, qvo loco *Collegia pietatis*, jam inde ab A. C. 1670. uſqve ad hunc temporis articulum in diverſis Proteſtantium cœtibus freqventata, habenda ſint, noſſe deſideret. Nam licet in theſi tantum & abſtracto, ut loqvuntur Philoſophiæ Magiſtri, de iisdem agat Auctor, nec ad hypotheſin ſive concretum ſe unqvam demittat, attamen de legalitate, & neceſſitate & utilitate eorundem rationibus ab utraqve parte conqviſitis ita diſſerit, ut ejus doctrina, pietas, prudentia, moderatio, & qvicqvid laudari poteſt in Theologo ubiqve excellat & emineat. (11.) *Beſchreibung des dritten Leipziger Jubilæi*, Jenæ 1710. (12.) *Joh. Stigelius de cauſis qvare conſtituantur*, Academiæ 1558. (13.) *Joh. Baggeri Jubilæus Academicus*, Witteb. 1666. (14.) *Joh. Bugenhagen, wie es Wittenberg 1546. in dem damahligen Krieg ergangen*, Witteb. 1547. Schediaſma perrarum, & dignum qvod Annalibus iſtius ævi integrum inſeratur, qvia ab auctore Ευγχρόνῳ & αὐτόπτῃ concinnatum multa ſingularia continet, qvæ alibi non facile invenias. (15.) Ανακαινισις Gymnaſii Magdeburgenſis, cum ſuis Programmatibus, legibus, lectio-

ctionibus &c. Magdeburgi 16 9. (16) *M. Joh. Blocii, de pane lucrando*, Roſtochii 1617. (17.) Ejusdem *de Diaboli filia*, Magdeb. 1618. (18.) Ejusdem, *de Diaboli pro-filia*, Ibidem, Eodem. (19.) Ejusdem *Martinale, de qvibusdam hodie bibentium moribus & geſtibus.* Ibidem, Eodem. (20) *Dominici Arumæi, de jure Salariorum, ſtipendiorum, Mercedum*, Jenæ 1630. (21.) *Joh. Manitius, de Academia & Academicis Honoribus.* (22.) *M. Eliæ Geisler, de Societate Fructifera*, Lipſiæ 1672. (23.) *M. Valentini Friderici, de Capillamentis, von Barücken*, Lipſiæ 1673. (24.) *Preuſſiſche Societät der Wiſſenſchafft*, Berlin 1711. (25.) *M. Frid. Hannibal Stempel, de Societate Abbreviatorum Romana*, Jenæ 1704. (26.) *Anton Ulrichs Academie in Wolfenbüttel*, Wolfenb. 1710. (27.) *Academici Collegiati templi Inauguratio*, Helmſt. 1704.

LVIII.

Joh. Math. Meyfarti Erinnerungen von dem Verderbniſs der hohen Schulen, Schleiſſingen 1636. Vir doctus, gravis, pius, & Pietiſta ante Pietiſtas, Wolfgangi Heideri diſcipulus, (p. 213. 231.) qvi Præceptoris hujus excitatione & propria experientia edoctus Academiarum prolapſam diſciplinam acute perſpexit, & tanta animi firmitate deteſtatus eſt, ut omnes ejus vim imperterritam admirati ſint.

Illi

Illi robur, & æs triplex
Circa pectus erat, qvi fragilem truci
Commiſit pelago ratem
Primus, nec timuit præcipitem Africum,
Decertantem aqvilonibus,
Nec triſtes Hyadas, &c.

Nec nihil egit hoc opere Meyfartus. Siqvidem hoc ipſo ſuſcitavit dormientes Scholarum Ephoros, & ut de repurgandis Muſarum officinis, & abrogando *Pennaliſmo* inprimis cogitarent, inſtigavit.

LIX.

Friderici Lucæ Europæiſcher Helicon, auf welchen die Academien von Anfang der Welt bis itzo aller Nationen, beſonders Europæ, mit ihren Fundationen, Unglücks-Fällen vorgeſtellet, Francfurt 1711. Qvæ inſcriptio aureos montes pollicetur, ſed qvi in fumos poſtea deſinunt. Nec præſtare poteſt Auctor ea, qvorum tam opimam ſpem oſtentat in Operis Propylæo. Siqvidem non unius eſt hominis, Hiſtoriam univerſalem condere Scholarum omnium ab O. C. uſqve ad hæc tempora. Nedum ejus, qvi Hiſtoriæ literariæ cognitione leviter tantummodo eſt tinctus. Et apparatu librorum, qvi ad eam cognoſcendam reqviruntur, non ſatis inſtructus, & facultate judicandi ita deſtitutus ut rerum delectum habere vix valeat. Et ne temere hoc dixiſſe videamur; Age, dabimus Hiſtoria

ſtoriæ Scholarum Græcarum qvandam σκιαγραφίαν, qvam olim eandem incudem cum Auctore tundentes in chartam conjecimus, & Lectorem ſolicitabimus, ut eandem cum Luca noſtro contendat, qvi P. 3. C. 4. p. 210. Scholarum Græcarum memoriam e tenebris eruere, & chartis hiſce ſuis inſerere conatus eſt.

§. 1. Scholæ Græcorum ſuum habuerunt.

1.) Ortum.
2.) Progreſſum.

§. 2. Ortum grando habuerint æqve obſcurum eſt, ac qvando vox iſta *Scholæ*, de ludis literariis uſurpari cæperit. Siqvidem juxta Auſonium

- - Grajo Schola nomine dicta,
Juſta laboriferis tribuantur ut otia Muſis.

Qvod enim Joh. Templerus Theologus Anglus in Idea Theologiæ Leviathanis, Dogm. XL, exiſtimat, Veroſimile eſſe Japheti poſteros, ſuas in Græciam aliasqve Occidentis partes deduxiſſe colonias, ante lingvarum confuſionem, & extructam turrim Babelicam, ſimulqve illas Artes propagaſſe, qvas ex Noachi ſchola hauſiſſent; Id vero tam eſt diſſimile, ut, notante Adamo Rechenbergio in Exercit. de origine & uſu Scholarum §. 10. p. 496. Auctor ipſe de eo fluctuaverit, Antiqvitatis Sacræ & profanæ teſtimonio ac aſſenſu deſtitutus. Et ſi vel maxime daremus Templero hoc παράδοξον Hi-

Hiſtoricum, & fictam ex ingenio Japheticam migrationem; Scholæ tamen Græcorum hoc ipſo non fierent annoſiores, tum qvia Japheti progenies Scholas procul dubio conſtituiſſet Ebraicas, non Græcas, tum qvia & pari veroſimilitudine dici poſſet, eam a reliqvis Noachi poſteris tam procul diſſitam, artes ſ. Scientias a Noacho traditas protervis dediſſe ventis portare in mare Creticum, & iisdem ſtrenue valedixiſſe. Sane recentiores multo Scholas Græcorum facit Petrus Lambecius, qvi L. 2. C. ... Prodromi Hiſt. lit. p. 129. Cecropem natione Ægyptium Moſi σύγχρονον eas primum aperuiſſe ſcribit. Et huic Epochæ adhuc qvædam Secula detrahit Georgius Hornius, qvi in Hiſtoria Philoſophica L. 3. C. 7. & 8. p. 157. natales earundem a Mythologis hujus gentis, & Homero inprimis arceſſit.

§. 3. Qvoqvo autem modo ſe res habeat, & qvæ Græcarum Scholarum prima ſit Genealogia, id certum eſt, eas ad imitationem barbararum gentium primum inſtitutas, plane ut Philoſophia Græcanica a barbarica eſt derivata. Atqve hinc a primo ſuo exordio progreſſum habuerunt.

1.) Feliciorem,

2.) Infeliciorem.

§. 4. Feliciorem progreſſum habuerunt a primo initio, uſqve ad Seculum III. poſt C. N. Hoc enim temporis articulo effloruerunt.

1.) Plu

1.) Pluſculum.
2.) Plurimum.

§. 5. Pluſculum effloruerunt a primis natalibus uſqve ad regni Perſici ſplendorem, vel, ſi navis Hiſtoriæ literariæ Epocham, uſqve ad Socratem, qvi Seculo V. ante C. N. inclaruit. Hoc enim tempore effulſerunt, Scholæ

(1.) *Heroicæ*, in qvibus diſcipuli prudentia Politica & Legislatoria augebantur. Et huc ſpectat inprimis Gymnaſium Cretenſe, in qvo Lycurgus a Thalete Muſico & ICto eſt eruditus, teſte Joh. Philippo Pfeiffero in Antiqvit. Græcis L. 2. C. 66. p. 444.

(2.) *Poëticæ*. In qvibus res veræ fabulis involutæ vincto ſermonis genere proponebantur.

(3.) *Philoſophicæ*, in qvibus de rebus divinis ac humanis libere diſſerebatur. Atqve in iis eluxit præ cæteris Schola

(a) *Pythagorica*, a Pythagora Samio inſtituta Sec. VI. ante C. N. qvæ annos 250. floruit.

(b) *Jonica*, cujus auctor Thales Mileſius Cyro Συγχρονος.

(c) *Eleatica*, cujus Stator Xenophanes Colophonius, Spinoſæ Prodromus.

(d) *Cyrenaica*, ab Ariſtippo Cyrenaico excitata.

N (e) *Elia-*

(e) *Eliaca*, a Phœdone Elienſi adaperta.

(f) *Megarica*, ab Euclide Megarico in urbe Megari reſerata, de qva videndus Joh. Caſpar Günther de modo diſputandi Megarico §. 2. p. 3.

Atqve hæ Scholæ omnes fuere privatæ ac domeſticæ, non publicæ, non auctoritate Magiſtratus conſtitutæ, nedum ex ærario publico conſervatæ. Tantum enim abeſt, illuſtris Viri Hermanni Conringii judicio in Antiqvit. Academ. Diſſert. I. p. 8. illis temporibus ſumtu publico civitatum nutritos fuiſſe artium ſcientiarumqve doctores, ut ne locus qvidem aliqvis publicus Magiſtris illis fuerit conceſſus. Teſtimonio certe vel unus Socrates poſſit eſſe, cujus tamen eruditionem & variam Sapientiam ſaltim potiſſimi Atticorum civium ſunt admirati, qviqve eam ob cauſam ſummo in pretio hominem habuerunt. Vixit ille vitam privatam inops, nullo ſtipendio publico, & docuit, non certo qvodam inqve uſum conſecrato auditorio, ſed modo in via publica, modo in taberna qvadam, modo ſub platano, aut alia qvadam patula arbore. Eadem vero conditio fuit etiam illorum, qvi aut artes Mathematicas, Geometriam ſcilicet, Arithmeticam & Aſtronomiam docebant, aut Poëticam vel Muſicam artem profitebantur. Præter has autem liberalium artium, & Philoſophiæ, Medicinæqve Profeſſiones non habuit tum temporis illa cultiſſima terrarum Græcia Magiſtros eruditionis. Neqve enim

eran-

rant, qvi cultum divinum docerent in publi-
o, aut Attici juris prudentiam profiterentur.

§. 6. *Plurimum* excreverunt Scholæ Græco-
um a Socrate, uſqve ad Sec. IV. poſt C. N.
Iac enim temporis periodo auctæ ſunt nume-
o, immunitate, ſplendore. E privatis factæ
unt publicæ, eæqve peculiaribus legibus, ju-
ibus, privilegiis, & inprimis libertate do-
endi donatæ, & ab exteris etiam ob doctorum
elebritatem viſitatæ. Conf. Coringii Anti-
ıvit. Academ. Diſſert. I. p. 8. Adamum Rechen-
ergium, de Origine Scholarum contra Hob-
eſium §. XI. p. 497. Inclaruerunt autem præ-
æteris Scholæ

I. *Athenienſium.* Et in iis,

(a) *Academia* Platonis, Academicorum An-
tiqvorum Patriarchæ. Hæc enim Scho-
larum publicarum apud Græcos vide-
tur fuiſſe *prima*. Atqve de ea peculia-
rem & non contemnendam orationem
conſcripſit Joh. Peter Ludewig, Halæ
1693. Secutus in ea veſtigia Herman-
ni Conringii in Antiqvit Academ. Diſ-
ſert. I. p. 7. Et in Supplem. I. p. 47.
Et Supplem. 7. p. 221. Et Joh. Andr.
Schmidium in Diſſert. de Gymnaſiis
Athenienſium literariis p. m. 6. ſeq.

(b) *Lyceum* Ariſtotelis, Peripateticorum Prin-
cipis, de qvo præclare diſſerit J. A.
Schmidius l. c. p. 36.

(c) *Cynoſarges* Antiſthenis, Cynicorum pa tris, qvod accurate deſcribit J. A Schmidius l. c p. 25. Et Meurſius i Athenis Atticis, C. 3. qvem & Con ringius laudat hoc nomine in Antiqvi Academ. Supplem. I. p. 197. teſtatui qve, qvod Lyceum & Cynoſarges præ clare proſecutus ſit.

(d) Stoa Zenonis, Stoicorum antiſtitis, qvar item graphice depingit J. A. Schmidiu l. c. p. 47. Aſt nimiæ libertatis in phi loſophando inſimulat Herm. Conrin gius in Supplem. X. ad Antiqv. Acac p. 226.

(e) *Horti* Epicuri, Sectæ ὁμονύμȣ Auctori qvos ſuis coloribus delineat J. A. Schmi dius l. c. p. 56. Scholaſticorum autem privilegiis indignos fuiſſe cenſet Herm Conringius l. c. p. 226. propter impu gnatas reipublicæ conſervandæ neceſ ſarias ὑποθέσεις de providentia Dei, ani mæ immortalitate, & judicio divin etiam a morte accipiendo.

(f) *Porticus* Pœcile, qvæ Schola fuit Hiſto rica & Geographica. Vide Tobiæ Ec kardi Porticus Scholas veterum, Qved linburgi 1711. editas.

(g) *Gymnaſium* Ptolomæum in foro nov Athenienſium ſitum, de qvo legen dus J. A. Schmidius l. c. p. 59.

(h) *Ca*

(h) *Canopum*, Odeum, Palladium, Prytaneum, Tempe & alia, de qvibus pauca occurrunt ἀξιομνημόνευτα, juxta Schmidium l. c. p. 60.

II. *Lacedæmoniorum*, de qvibus conſulendus Joh. Phil. Pfeifferus in Antiqvit. Græcis L. 2. C. 66. p. 443.

III. *Corinthiorum*, apud qvos inprimis inclaruit Κράνιον. Vide Pfeifferum l. c.

IV. *Rhodiorum*, apud hos enim fuit Gymnaſium Athenarum æmulum, qvod Romani ſibi præ cæteris eligebant, & freqventabant plurimum, ut docet, M. Georg. Nic. Kriegk in Diſſert. de peregrinat. Rom. Acad. §. 38. p. 39. ſeq. Adde Pfeifferum l. c. p. 444.

V. *Apolloniorum*. Vide Kriegkium l. c. §. 45.

VI. *Mytilenenſium*. Kriegk l. c. §. 59. p. 60.

VII. *Tharſenſium*. Kriegk l. c. §. 61. p. 62.

VIII. *Laodicenſium*. Conringius l. c. p. 11.

IX. *Conſtantinopolitanorum*. Conf. Codicem. Juſtin. L. II. tit. 18.

X. *Alexandrinorum*. Herm. Conringius Diſſert. I. Antiqv. Academ. p. 23.

Ac eas qvidem partim ante, partim poſt C. N. floruiſſe, teſtis eſt Hiſtoria illorum temporum, qvæ ſtatum reipublicæ literariæ deſcribit. Ac licet interdum duro neceſſitatis telo ceſſerint Muſæ, & ſuas ædes aliis in habitandas reliqverint,

rint, redierunt tamen poſtea, & ſuas æde rurſus occuparunt. Qvippe Georgius Abu pharajus in Hiſt. Dynaſtiarum Dyn. VII. p. n 77. Auctor eſt; Adrianum Cæſarem juſſiſ extrui in urbe Athenis ſcholam, atqve in e ſapientes multos conſtituiſſe, & leges Solon & Draconis ratas feciſſe. Atqve exinde floruiſ ſcientias Athenis. Et patet ex Ludolphi Nec cori ſive Kuſteri Diatribe, de Muſeo Alexar drino, & Herm. Conringii Antiqvit. Acad. Di ſert. I. p. 23. ſeq. Ac Joachimi Joh. Made Epiſtola, de Scholis Veterum, ad Conringiu perſcripta, Græcos Alexandriæ Scholas public habuiſſe a Seculo III. uſqve ad Sec. VI. poſt C N. Qvorum verba in Hiſtoria Scholarum Æ gyptiarum attulimus.

§. 7. *Infeliciorem* progreſſum habuerunt Scho læ Græcorum a Seculo IV. poſt C. N. uſqve a præſentem temporis Articulum. Siqvidem

(1.) A Seculo IV. uſqve ad Seculum IX. e ſpirarunt ſenſim. Qvippe

(a) A Seculo ſexto omnes Scholæ, imo ta tum non omnis eruditio (Conring hæc verba ſunt, qvibus utitur in Ant qvit. Academicis Diſſert. I. p. 28.) i tota Occidentali Rom. Imperii part per Italiam, ajo, Galliam, Hiſpaniar & Africam, a *ſeptimo* autem per on nem Orientalem Regionem, Aſia nempe, Græciam & Ægyptum, fu ditu

ditus, Germanicarum Scythicarumqve gentium, alibi Saracenorum, florentiſſimas Romani Imperii provincias occupantium barbarie deletæ ſunt. Imo, qvod mireris, ipſemet Juſtinianus Cæſar, Scholarum fortunam haud parum labefactavit. Diſerte enim Joh. Zonaras de Cæſare illo Tomo 3. Nec vero hoc duntaxat, ſed & alia plura templa extruxit, ad qvorum ædificationem cum infinitis egeret pecuniis, de conſilio præfecti liberalium artium olim conſtituta ſtipendia in omnibus urbibus ſuſtulit, qvas vacantibus literarum ludis ruſticitas invaſit. Idem plane jam memoraverat Procopius Juſtiniani σύγχρονος. Imo ex Procopio hæc deſcripſit Zonaras. Verane hæc ſint, an in odium conficta, haud dixerim. Id certum eſt, præter exiguas reliqvias Conſtantinopoli ſuperſtites, in omni iſthoc Chriſtiano orbe Scholam illuſtrem nullam poſt Muhammedis tempora ſuperſtitem commemorari.

(b) Seculo VIII. Schola Conſtantinopoli adhuc ſuperſtes per Leonem Iſaurum εἰκονομάχον deleta eſt, prout prolixe docet ex Joh. Zonara, & Paulo Diacono Herm. Conringius l. c. Qvibus adhuc ſuperaddit Conſtantinum Manaſſen Joach. Joh. Maderus, in Epiſtola ad Conringium de Scholis veterum, qvæ

Antiqvit. Academ. ſubjuncta eſt p. 398.

(2.) A Seculo IX. uſqve ad Seculum XV. reſpirarunt. Qvippe

(a) Bardas Cæſar A. C. 850. ſub Michaële tertio Imperatore vecorde & ignavo inter innumera mala hoc tandem boni fecit, qvod eruditionis provehendæ magnum ſtudium habuit. Nam cuiqve diſciplinæ ſcholas conſtituit, & doctores deſignavit, & ſingulis publica ſtipendia decrevit, & omnibus magnum & communem doctorem præfecit Leonem Philoſophum, poſtea Theſſalonicæ Epiſcopum. Itaqve effecit ut literæ floreſcerent, exiguoqve tempore incrementa caperent, atteſtante Zonara Annalium Tomo 3. p. 129. ſeq Edit. Baſil.

(b) Conſtantinus Porphyrogennetus Leonis Philoſophi filius, is qvi libro de thematibus & excerptis inclaruit. Seculo a nato Chriſto X. tam philoſophiam, qvæ pene in oblivionem venerat, qvam alias diſciplinas, doctoribus ordinatis, jam deficientes refocillavit. Ut teſtis eſt Joh. Zonaras l. c. p. 135.

(3.) A Seculo XV. uſqve ad hæc tempora *ſuſpirarunt.* Qvippe Imperio Oriental[i]

ex-

extincto, & Græcia univerſa a Turcis ſubacta,

In Latium ſpretis Academia migrat Athenis.

Et licet non prorſus fidem habeamus P. Bellonio, qvi in Obſervat. L. I. C. 3. p. m. 11. ſcribit, tam inſignem apud Græcos hodie regnare barbariem, ut nulla apud eos urbs inveniatur, in qva ſit Academia; Neminem etiam eſſe, qvi ſuos liberales artes aut literas edocere curet, qvippe Alexander Hellanicus natione græcus, & in Academiis Germanicis diu verſatus, in libro de ſtatu præſenti Eccleſiæ Græcæ C. 3. & 4. plane docet contrarium, & Joh. Mich. Heineccium, æqve ac Joh. Fechtium l. c. caſtigat acerbiſſime, qvi Græcos hodiernos denſiſſimæ barbariei, plane ut Bellonius, inſimulaverant, ſcribitqve teſtis αὐτόπτης & ἀξιόπιστος, & Scholas adhuc ſupereſſe in Græcia & Academias, & qvendam ſane bonarum literarum guſtum; Attamen tantum abeſt, ut Scholæ hodiernæ Græcorum cum antiqvis illis ludis literariis æqviparandæ ſint, ut vix umbram eorundem referant. Siqvidem nec ipſe Hellanicus civium ſuorum acris defenſor l. c. miſeram earum conditionem diſſimulare poteſt.

Hæc noſtra eſt qvaliscunqve de Scholis Græcorum Commentatio Hiſtorica. Qvæ an cedat

Auctoris Commentationi, an eandem poſt ſ[e] relinqvat, tuum erit Lector definire.

LX.

Diploma Caroli M. Imperatoris de Scholis Osnabrugenſis Eccleſiæ græcis & latinis Critice expenſum ab A. I. 1717 Extat hæc charta Carolina in Ferdinandi Epiſcopi Monumentis Paderbornenſibus p. m. 299. edit. Francofurt. 1713. & ab Auctore hoc A. I. h. e. Joh. Georgio Eccardo νοθείας eſt inſimulata, a Jodoco autem Hermanno Nunninghio Canonico & Scholaſtico Werdenſi defenſa, ſed ab Eccardo denuo impugnata, & Criſis hæc ab adverſarii objectionibus vindicata. Nec cottidiani prorſus ſunt commatis qvæ Eccardus privilegio iſti Carolino opponit. Digna ſane quæ ſemel & iterum legantur, ob varias obſervationes Criticas, ad artem Hiſtoricam & Criticam ornandam perneceſſarias. Sed conjecturis ſuis indulget nimium, & cavillis, & puritatem dictionis tam parum curat, Scriptorum chartis ævi medii innutritus, ut omnes fere paginæ barbarismis & ſolæcismis, ſint inqvinatæ. Sic enim v. g. legitur in cenſuræ Apologia genuior, p. 59. 69. ignorantior p. 68. genuinitas p. 48. pleniter p. 68. Archivium 59. adverſus aliqvem vitilitigare 59. Vereor hæc tela obtuſa eſſe, & non feritura 48. Difficulter ad hoc reſpondi poteſt 46. &c. (2.) *J. L. Bünemann de Bibliothecis Mindenſibus antiqvis & novis*, Mindæ 1719. Vir vigilans & induſtrius. In Hiſtoria literaria & cognitione librorum cumprimis

primis non perfunctorie verſatus. Bibliotheca ſelecta ipſemet inſtructus. Adeoque ad Bibliothecas Mindenſes deſcribendas peridoneus. (3.) *M. I. Eckards Nachricht von denen öffentlichen Bibliotheqven zu Qvedlinburg*, Qvedlinburg 1715. Qvi Hiſtoriæ literariæ ſcientiam ita aſſecutus eſt, ut exacte conveniat in eum qvod nobis §. 36. p. 31. impertit elogium. Nec nullum hujus rei in hoc meletemate ſe exerit veſtigium. Qvod ita elucubratum eſt, ut, qvi literarum amore tangitur, non poſſit non probare, verborum perſpicuitate & rerum fructu adductus. Et nos qvidem tota cogitatione cuperemus, de omnibus Bibliothecis, qvæ ullibi adhuc latent in civitatibus, Monaſteriis, Scholis &c. extare ejusmodi Hiſtorias, ut ex iis tandem Syntagma aliqvod Hiſtoriæ Bibliothecarum, & arcanorum literariorum, qvæ in iis conſepulta ſunt, confici qveat. Nullus enim liber tam malus eſt, qvi non aliqva ex parte prodeſſe qveat. Et nulla Bibliotheca tam iners & rudis eſt, in qva non aliqvid extet memoratu dignum, dummodo Scriptorem nanciſcatur ab uſu rei literariæ non plane alienum. (4) *Georgii Serpilii invitatio ad editionem opuſculorum rariſſimorum Joh. Launoji promovendam*, Ratisbonæ 1719. Omnia Opera Joh. Launoji ſunt rara, omnia etiam præclara. Rara, qvia prohibita in iis oris in qvibus nata ſunt. Et præclara, qvia ab eo confecta, in qvo multæ literæ eæqve reconditæ & exqviſitæ fuerunt. Atqve hinc Joh. Alb. Fabricius in præfat. Joh. Mabillonii itineri Germanico præmiſſa p. 4. Utinam ſcribit, eſſet, qvi illa recudi

jun-

junctim in Eccleſiæ uſus curaret. Qvo deſiderii igniculo excitatus Georgius Serpilius, huc omnia conſilia ſua literaria contulit, ut Opera Launoji congereret, & IV. Voluminibus comprehenſa in lucem aſpectumqve publicum ederet. Nec ſpernenda eſt Sylloge qvam convaſavit. Sed nec emendata eſt ſatis, nec abſoluta prorſus. Siqvidem ἀνέκδοτα plurima, qvæ in Gallia latent adhuc, deſiderantur in hoc Syllabo Serpiliano. Et qvod dolendum eſt maxime, inſtitutum hoc in herba ſuppreſſum eſt, nec unqvam ad finem perductum, ex qvo multum emolumenti in noſtram Eccleſiam emergere potuiſſet. Nam licet audacior omnino Launojus fuerit in Criticis, & intemperantior in Polemicis, & argumentis negativis in Hiſtoricis tribuerit nimium, amator tamen veritatis, & tutor, & Hyperaſpiſtes fuit maximus. (5.) *Georg. Wolfg. Wedelii Progreſſus Academiæ naturæ curioſorum Catalogo Collegarum expreſſus*, Jenæ 1680. Qvi Catalogus ab Exordio Academiæ h. e. A. C. 1652. ſumens initium, in Anno 1680. conqvieſcit. Adeoqve eorum qvidem nomina ſiſtit tantum, qvi primis 30. Annis illuſtri huic Collegio interfuerunt, ſed cum luculento Wedelii præfamine. (6.) *Thomæ Lanſii Commentatio de Academiis*, Helmſtadii 1666. J. A. Schertzerus ex unius *religionis* definitione univerſam elicit Theologiam in Breviculo Theologico; Et hic noſter ex unica Academiæ definitione totam Academologiam, h. e. opuſculum brevitate feſtivum, doctrina conſpicuum, varietate jucundum, & id omne ſiſtens ἐν κεφαλαίῳ

qvod

qvod de Academiis ſcitu eſt neceſſarium. (7.) *Balthaſaris Meisneri Schola Babylonica*, Wittenb. 1620. Commentarius eſt in caput 1 Danielis. Sed luculentus, & præclarus, & copioſus. In qvo, velut Apelles olim in linea artificioſiſſime ducta, oſtendit Auctor, qvid valeant humeri, in linguis & ſcientiis, Theologia præſertim & Philoſophia, Hiſtoria etiam & Philologia,

In tenui labor, at tenuis non gloria.

(8) *Judicium de hodiernis prognoſticis liberum*, 1623. ſine loco. Schediasma perrarum, ut ſunt omnia fere Prophetica hujus commatis, & in iis illa etiam antiqva & recentiora, qvorum non faſtidiendum Catalogum exhibet Auctor p. 29. ſeq. divinationum ejusmodi venerator maximus, & ſcientia augurandi, & futura præcognoſcendi percupidus, qvæ neſcio qvomodo, plerisqve mentibus hominum inhæret. (9.) *B. Meisnerus de Arca Noachi & Cherubinis*, Wittenb. 1663. (10.) *Lucæ Schröckii Hiſtorica continuatio Progreſſus Academiæ naturæ curioſorum*, Norimbergæ 1689. (11.) *J. A. Marcardus de utilitate Scholarum in propaganda religione*, Cellis 1717. (12.) *J. H. Kohli de Scholarum Scholaſticorumqve ſtatu & dignitate* &c.

LXI.

Cenſura Diplomatis Carolini de Scholis Osnabrugenſibus ab obſervationibus vindicata a J. G. Eccardo, Helmſtadii 1721. De qvo vide, ſis, quæ Num. 60. diximus. (2.) *Andreæ Frolingi Diſſert.*

Diſſert. 2. *de doctrina humana & rationis in ſtudiis progreſſu*, Helmſtadii 1664. (3.) *A. Timplerus de Ordine doctrinæ.* (4.) *B. Meisnerus de mediis qvibus comparari poteſt Exoterica Theologiæ cognitio*; (5.) *G. Valandus de Speficatione ſcientiarum.* (6.) *M. D. Otto Kegelius de Gnoſtoſophia ſ. Scrutinio ſapientiæ.* In qvibus

Meisnerus longe reliquos ſuper eminet omnes

LXII.

D. Polycarpi Lyſeri Schola Babylonica, &c. Geræ 1607. Falleris, & in limine deficis & offendis, ſi ad Hiſtoriam litereriam hoc Opus referendum eſſe exiſtimas. Qvod aliud nihil continet qvam conciones, in capita IV. priora Danielis, ab Auctore diverſis in locis, diverſisqve temporibus habitas, cum verbi divini preco in aula Saxonica Electorem Chriſtianum II. peregrinantem, & more Principum, nunc hac nunc illac conſiſtentem, in itineribus delectationis cauſa ſuſceptis, comitari cogeretur. Atqve hinc perpauca in eo literaria, niſi id huc referre velis, qvod p. 93. de ſemetipſo ſcribit: De me certe fateri ipſe cogor, maluiſſem eqves fieri qvam ſtudioſus; Sed parens me a juventute ſtudiis addixit, & hæc verba Calendario Eberi ad 18. Martii diem manu ſua adſcripſit. Dies natalis Polycarpi Lyſeri filii mei in lucem editi Winidiæ qvæ patria mea eſt 1552. &c. Dignus tamen viſus eſt B. Meisnero hic Commentariolus Homileticus cujus in doctiſſima de Schola Baby-

Babylonica Diſſertatione veſtigiis interdum inſiſteret.

LXIII.

M. Thomas Sagittarius de Summa Urbium, in qvibus Academiæ erectæ ſunt, felicitate, Jenæ 1611. Diatribe venuſta, qvæ ita placuit qvibusdam, qvi noſtra ætate eandem incudem tutuderunt, ut integras paginas ex ea excerpſerint. Qvorum nominibus pudorem incutere nolumus. (2.) *Hermanni Kirchneri de fatalibus Academiarum Diſſipationibus ac ruinis oratio*, Marpurgi 1710. Oratio diſerta & copioſa, verborum ac ſententiarum floribus reſperſa, nervis etiam & viribus non deſtituta. Cujus argumentum eo luculentius, qvo rarius, de Scholarum ruinis, & literis jam deperditis, & cottidie adhuc pereuntibus, & harum cladium cauſis. Ex Hiſtoriæ literariæ monumentis ſtudioſe congeſtum, & ea ratione elucubratum, ut, ſi teſtes crebrius paulo produxiſſet Auctor, vix qvicqvam in hoc ſermone deſiderare qveas. (3.) *H. A. Cranii invitatio ad inaugurationem magnificæ novæ domus in Academia Julia*, Helmſtadii 1612. (4.) *Rud. a Diskau cur Viro genere nobili inſtituenda ſit peregrinatio*, Jenæ 1611. (5.) *Guolf. Gebhard a Warbergk de vera natura, & conſtitutione & partibus Jurisprudentiæ*, Helmſtadii 1611. (6) *J. C. A. von Ebleben uff Wartenburg de utilitate, dignitate & præſtantia juris civilis Romani*, Wittenb. 1599. (7.) *W. Heideri Parentalia Dn. Johannis Ducis Saxoniæ*, Jenæ 1611. (8.) *Leonhardus*

Hut te-

Hutterus de Vita, rebus geſtis & obitu Georgii Mylii, Wittenb. 1607. Cujus orationis Compendium extat in Melchioris Adami Vitis Theol. p. 360. ſeq. (9.) *M. Sam. Hauenſchildi Martyrium Mylianum*, ibidem eodem. (10.) *Wolfgangi Heideri Orationes duæ de Vulpeculis Scholaſticis*, Jenæ 1614. Feſtivæ, lepidæ, venuſtæ, & raræ. In qvibus præ cæteris duæ Hiſtoriolæ lectu dignæ, de origine ſcommatum Germanicorum, *der Menſch iſt ein Haſe*. Item *er iſt ein Schulfuchs*; lectu ſunt dignæ. Qvarum altera extat in Orat. 1. p. 12. & ita ſe habet: Sub initium hujus Acadamiæ cum Erhardus Schnepfius SS. Th. D. Vir eloqventiſſimus nobis, cum in æde Sacra publice interpretatus eſſet Hiſtoriolam de Eliſæo Domino & Gehaſi miniſtro, qvorum ille Naheman Syrum, qvi lepra fuerat infectus, priſtinæ valetudini reſtituerat. Hic vero inſcio & invito Propheta pecuniis emunxerat, cujus tamen pleonexiæ pœnas dedit graviſſimas. Hæc igitur cum explicaret Schnepfius quærere cæpit: An & inter nos forent nonnulli, qvi Gehaſi ſimiles? Hoc eſt, qvi pluris facerent qvæſtum, pecunias, opes, divitias, qvam Deum, qvam fidem, qvam pietatem, qvam docentium auctoritatem. Imo vero plures, inqvit, paſſim reperiuntur. Ego ſum Gehaſi, tu es Gehaſi, omnes prope ſumus Gehaſi. Qvæ verba, cum diutius in hac materia hæreret, aliqvoties iteraſſe perhibetur. Nec mora, qvod vir optimus dextra porrigebat, id ſiniſtra nonnulli Scholaſticorum homines laſcivi, & calophantæ ridiculi arripuerunt, & ſuas inter epulas

as & compotatiunculas, primo qvidem ſi qvis uam captaret utilitatem, & aliqvid inſidioſe noliretur, tum vero qvicqvid tandem præpoſtere & inepte faceret, eum Gehaſi vocabant. Dimanavit hæc fabula vicinas in Academias, & n hominum qvoqve vulgus defluxit, donec niſellus ille Gehaſi, abſciſſa priori Syllaba capite multaretur, ita qvidem, ut omnes, a qvibus perperam aliqvid nec ſatis cogitanter fieret, ingua nobis patria lepores, ſeu *Haſii* nominarentur. Atqve hæc prima Heideri de primo cavillo eſt Commentatio. Altera de vulpeculis Scholaſticis extat in eadem oratione p. 16. & hujus eſt indolis: Erat olim nobiſcum Vir & bonus & eruditus, qvi plura in receſſu habebat, qvam prima fronte pollicebatur, ſed interim timidiuſculus, & ſemper fere metuens ne cœlum rueret. Is igitur e Schola triviali, cujus in pulvere jam annos aliqvot deſudarat, & Siſyphi ſaxum volverat, ad nos Jenam reverſus, officio publico in Academia fungebatur. Gerebat lle tum pallium, qvod pelle vulpina erat ſuffultum. Ab hac itaqve veſte, & a vitæ prioris conditione nonnulli ſtudioſorum vitulantium pſum vulpeculam Scholaſticam denominabant. Hic igitur hujus honore nominis diutule ſolus ruebatur, ſolus erat vulpecula Scholaſtica, ſolus ejusmodi ſubſannatorum digitis monſtrabatur. At vero non multo poſt factum, ut hujus nominis qvaſi contagio ſerperet longius, & non reliqvos ſaltem ad Scholaſticos, ſed etiam ipſos ad Profeſſores, & ad omnes literatos, & deniqve ſummos ad Viros qvi ſtudiis noſtris æqvio-

O res

res ſunt, & altores Scholarum, mirifica & pro pe ridicula tranſitione dilaberetur &c. (11. *LXVI. Selectiores Philippi Melanchthonis ad Fridericum Myconium Epiſtolæ a M. Cyriaco Schnegaſſi Myconii progenero editæ*, Jenæ 1596. Myconi *Bildnüſs* (verba hæc non noſtra ſunt, ſed Chriſtiani Junckeri *in güldenen und ſilbernen Ehren-Gedächtniſs* Lutheri p. 157.) *welches Luthero ſeh ähnliget, habe angetroffen* in p. 2. *eines raren Buches deſſen Titul iſt*: Selectiores vereqve Theologicæ clarorum Virorum Martini Lutheri, Philippi Melanchthonis, D. Baſilii Monneri, Juſt. Menii &c. ad D. Fridericum Myconium conſcriptæ nunc demum editæ a M. Cyriaco Snegaſſi Smalcaldiæ in 4. *ohne Jahr, ſind* $3\frac{1}{2}$. *Bogen* Hactenus Junckerus. Qvi ſi vidiſſet hanc noſtram Epiſtolarum Syllogen majori, procul dubio, lætitia perfuſus fuiſſet. Eſt enim Smalcaldiana rarior & plenior, conſtans octo integri plagulis, in qvibus una cum Myconii effigie continentur LXVI. Epiſtolæ Melanchthonianæ a Myconium exaratæ, & appendix de obitu Myconii h. e. oratio funebris, qvam Pancratius Suſſebachius Rector Gothanus in laudem ejus 1546 die 8. Aprilis recitavit. Nec nullam etiam Auctor in hac poſteriore editione prioris facit mentioem. Qvi in Epiſtola Dedicatoria ego ſuperior vere ſcribit, ſedecim Epiſtolas ſelectiores vereqv Theologicas a diverſis Auctoribus contextæ Smalcaldiæ in lucem emiſi. -- Has ſeqvuntur hæ ſexaginta ſex a ſolo D. Philippo ad eundem Myconium conſcriptæ, qvas & ipſas ex pluribus ſelectas, & ex autographis (præter duas) de

ſcr

ſcriptas de doctorum Virorum conſilio & auctoritate, qvod felix ac ſalutare ſit, in publicum nunc edo, & cum Eccleſia Chriſti communico. Digniſſimæ enim editione viſæ ſunt, qvod & eleganti ſtilo (ut iſtius Viri omnia) contextæ ſint, & plura ἀξιομνημόνευτα ſcituqve utiliſſima, utpote de illius temporis Eccleſiarum & Scholarum, imo & Politiarum ſtatu, de hæreticorum deliriis, de conventuum certaminibus & periculis &c. contineant &c. (12.) *Heinrici Meibomii de Veteris Saxoniæ pagis*, Helmſt. 1610. (13.) *Adami Luchtenii Oratio cum Magiſtratum Scholaſticum reſignaret*, Helmſtadii 1611. (14.) *Hier. Val. de Cantoral, an in bene conſtituta Republ. diverſitas religionum ſit toleranda*, Wittenb. 1598.

LXIV.

Joh. Giſenii Vita Academica ex Scriptura potiſſimum, Rintelii 1639. Ex ungue ſcilicet leonem, & ex indice cognoſces Opus. Qvid enim eſt vita Academica ex SS. deſcripta? Audacior ſane & parum inſtructus rebus, qvibus oportuit, invaſit Auctor hoc negotium, & Academicarum rerum Hiſtoriam ſcribendam ſuſcepit, Hiſtoriæ literariæ cognitione deſtitutus. Unde mirum non eſt, ſi toties a re propoſita digreditur, & terminos præſcriptos tranſilit, & extra chorum ſaltat, & de alliis ſciſcitantibus de cæpis reſpondet. (2.) *Godofridi Svevi Academia Wittenbergenſis ab anno fundationis* 1502. *usqve ad annum* 1655. Wittenb. 1655. Opus eximium

mium, e tabulis publicis Academiæ excerptur
qvo carere non poteſt, qvi Hiſtoriam Witte
bergenſis Scholæ perſpectam habere geſtia
(3.) *Joh. Hundorphii Encomium Erfurtinum.* (4
Ejusdem Encomii Erfurtini Continuatio, Erfur
(5.) *Henningi Dedekindi Celebratio Academiæ E-
furtinæ*, Erfurti 1614. Trias lucubrationu
ad Hiſtoriam Erfurtenſem Eclcciaſticam civile
& literariam perutilis.

LXV.

Ludovici Perſon Oratio de Witteberga, ibi
1602. In qva de urbis ortu, incremento, ſple
dore, dignitate, & fortunæ viciſſitudine ita di
ſerit Auctor, ut ejus Polyhiſtoria non obſcu
pateat, mirumqve videri qveat, ejus nome
tanta caligine obductum eſſe in Republica lit
raria. Nec obſtat qvædam non extra omne
controverſiæ aleam eſſe poſita, qvæ prodit v.
Wittebergam a Wittekindo Magno conditar
ab eo accepiſſe vocabulum, & *Wittekindiburgum*
vel *Wittiburgum* eſſe dictam. Adeoqve mint
commode Leucorin, Alborin, Montem Sioni
Montem Album (qvalis ibidem nullus ſit)
qvibusdam vocari. Recte enim Livius, In r
bus ambiguis qvæ ſimilia ſunt, pro veris eſſe acc
pienda. (2.) *Ægidii Hunnii Oratio Secularis* 160
*in feſto Wittebergenſis natalitio habita de laudibu
Deo omnipotenti habendis pro inenarrabili dono accen
ſæ lucis doctrinæ.* (3.) *A. T. Siberi Oratio eode
tempore ſcripta.* (4.) *F. Taubmanni Carmen ſec
lare*, eodem ibidem. (5.) *Auguſti Junior*

Brun

runſuicenſis Ducis & Roſtochienſis Academiæ Recto-s orationes & edicta publice propoſita, Roſtochii 594. (6.) *Solennia anni Secularis Academiæ Fran-furtenſis* ad Viadrum celebrata 1606. (7.) *Jo-oci Willichii vita a Matthæo Hoſtio deſcripta rancofurti* 1607. Rara, præclara & magna in-uſtria elaborata. Non viſa a Melchiore Ada-io, Medicorum Germanorum Scriptore. Et a .C. Becmanno viſa qvidem, & notitiæ univer-tatis Francofurtanæ inſerta p. 226. ſeq. Sed a mutilata, ut quæ memoratu ſunt digniſſima leraqve ſint reſciſſa, & ex octo plagulis vix nica retenta. (8.) *Auguſti Buchneri Panegyricus emoriæ Danielis Sennerti dicatus*, Witteb. 1648. 9.) *Qvid Carolus I. Brittanniarum Rex loqvi po-uerit lata in ſe ferali ſententia.* (10.) *Iſocratis e pace ſocialis oratio græce & latine*, Helmſtadii 640. (11.) *M. Chriſt. Roſa de Trivialium Scho-rum gloria*, Berolini 1655. (12.) *Varia.*

LXVI.

Fr. Albertus Æpinus de Rectoribus Academiæ oſtochienſis Magnificentiſſimis, Roſtochii 1714. Qvod Schediaſma ad Hiſtoriam Academiæ co-noſcendam fortaſſis aliqvid adferre poſſet. Ad terariæ & civilis arcana reſeranda perparum. Nec multum artis aut curæ ad ſcribendum adhi-uit Auctor.

LXVII.

Centuria Scriptorum inſignium, qvi in Academi. Lipſienſi, Wittebergenſi & Francofurtana a fundatione ipſarum usque A. C. 1515. floruerunt ab Anonymo concinnata, a J. J. Madero edita, Helmſtadii 1660. Rerum utilitate, qvam dictioni venuſtate vendibilior Auctor. Qvi ex Seculi vitio traxit aliqvid rubiginis, v. g. poſt capeſſi Magiſterii inſignia N. X (qvod alibi ſæpius repetitur) capeſſis Theologiæ inſignibus N. XVIII. Hoc ſuper extat N. XVII Vir ſupernumerariæ ætatis N. XIII. Sed in rebus ipſis multum habet utilitatis. Siqvidem Scriptores Eccleſiaſticos eos congeſſit maxime, qvi ab aliis ſunt præteriti, & eorum fata & lucubrationes ita enarravit, ut mirari ſatis vix qveamus, qvare Vir Doctiſſ. J A. Fabricius eundem Bibliothecæ ſuæ Eccleſiaſticæ non inſeruerit, cum Trithemii telam diduxerit amplius & amplificarit.

LXVIII.

Herm. Conringii Commentarius de Scriptoribus XVI. poſt C. N. Seculorum, Uratislaviæ 1703. De qvo vide Num. 27. (2.) *Chriſt. Saalbach de Libris Veterum*, Gryphswaldiæ 1705. Egregia ſunt qvæ Auctor de hoc argumento congeſſit conlectanea; Attamen non ita comparata ut nævis omnibus & peccatillis careant. Nam 1) in libris veterum deſcribendis recentiorum magis qvam veterum uſus eſt teſtimoniis. 2) Ex recen-

ecentioribus non primicerios ſemper in conſi-
ium adhibuit, ſed ſecundicerios. 3) Multa
mittenda attulit, & adferenda omiſit. 4) Non
pauca congreganda ſegregavit, & congregavit
egreganda, ut §. 38. 5) Univerſam Oecono-
niam ita diſturbavit, ut, quæ primo loco dici
debuiſſent, dixerit ſecundo, & vice verſa. (3.)
M. G. C. Jochii Prodromus Bibliothecæ Politicæ,
Jenæ 1705. *Primus* qvi in Germania Politicam
a Jurisprudentia accuratis limitibus diſtinxit eſt
Johannes Caſelius. Poſt cujus tempora in Hi-
ſtoriam & βιβλιογνωσίαν hujus diſciplinæ ſtudio-
ſius inqviſitum eſt. Nec dedignandum putamus
hoc Auctoris inſtitutum; Plane tamen ſic ratio-
nem ducimus, eum, ſi a Prodromo digreſſus
ad Opus ipſum ſe accinxiſſet, adjecturum ſex-
centa fuiſſe qvæ omiſſa ſunt, & emendaturum
qvæ parum exqviſite tradita. (4.) *Joh. Chriſt.
Schellii Oratio Inauguralis de Ortu & progreſſu do-
ctrinæ Imperii Germanici*, Lipſiæ 1709. Qvam
orationem inauguralem inſcripſit Auctor longio-
re vita digniſſimus, jure introductionem in no-
titiam Scriptorum Juris Publici Hiſtorico-Criti-
cam potuiſſet nominare. Siqvidem hoc Opus,
hic labor ejus eſt præcipue, ut oſtendat qvam
varios Scriptores doctrina Imperii Germ. habue-
rit, & qvam paucos ſagaces, & odorandi vir-
tute eximia præditos. Chriſt. Lehmannum *pri-
mum* vidiſſe qvam diſtent æra lupinis. Et ab eo
veram imperii doctrinam habuiſſe initium. Hu-
jus veſtigia ſecutum Hermannum Conringium,
& Severinum de Monzambano ſive Pufendor-
fium, & tandem ſucceſſiſſe Scriptores Syſtema-

tum Juris publici. Dolet interea Vir doctiſſimus deſiderari adhuc ſufficientem receſſuum Imperii Hiſtoriam, qva, ſi ſingulorum Comitiorum convocatorum occaſiones & cauſæ evolverentur, rerum mutationes circa ſtatum publicum variis temporibus factæ infinito cum fructu notari poſſent. Deniqve mantiſſæ loco addit Programma, in qvo præcipuos Philoſophiæ moralis Scriptores ita enumerat, ut in Hiſtoria literaria Philoſophica, non minus qvam juridica verſatum fuiſſe appareat. (5.) *Georg. Nicolai Kriegk Parergica Diatribe de modis inclareſcendi apud Romanos*, Jenæ 1707. Perelegans hoc eſt opuſculum & dignum omnino, qvod temporum edacitati ſubtrahatur. Et licet ejus pars *prior* tantummodo ad Hiſtoriam literariam pertineat, qva modi per literas amæniores apud Romanos inclareſcendi recitantur, diciturqve illud fieri ſolitum per æmulationem, accuſationem, converſationem &c. Non autem *poſterior* qva rationes per arma apud Romanos exſplendeſcendi deſcribuntur. Tota tamen Diatribe lucernam olet, & præmorſos ſapit ungues, & Auctoris Doctiſſ. ingenium ac judicium præclare oſtendit. (6.) *J. B. Mencken de Viris militia æqve ac Scriptis illuſtribus*, Lipſiæ 1708. Qvam more in Academiis uſitato, qvaſi non a ſe elaboratam ſed ab eo, qvi ſub umbone ſuo tutus propugnavit eandem, in Epiſtola Synchariſtica impenſe laudavit Auctor. Nec ſine ratione prorſus. Multa enim in ea lectio, nec cottidiana illa tantum & librorum vulgatorum, ſed rariorum & egregiorum, & ineditorum etiam qvorundam. Unde

&

& excerpta nonnulla alibi non facile obvia, Critices etiam & Philologiæ qvædam ſpecimina. Qvid autem hoc ſit qvod in prædicta Epiſtola Menckenius ſcribit: Sermonem in hac Diſſertatione non eſſe publici ſaporis, id qvidem nos ſcire fatemur, cum ignariſſimis, hoc ſcimus non omnes Thyrſigeros eſſe Bachos, nec omnes in hac Diatribe deſcriptos fuiſſe Heroas & militia claros, licet ſtipendia fecerint, & turbæ militum immixti fuerint ad breve temporis ſpatiolum. (7.) *Joh. Burch. Mencke de Græcarum & latinarum literarum in Miſnia reſtauratoribus Diſſertatio*, Lipſiæ 1701. Qvid ſi Iſagogen in Hiſtoriam Literariam Miſnenſem appellaveris? Sane ex monumentis optimis editis & ineditis eruit Auctor, Miſniam ante Seculum IX. literas plane non noviſſe. Tum A. C. 1206. Miſenæ ludum literarium eſſe excitatum, & A. C. 1409. Academiam Lipſienſem conditam, in qva Conradus Celtes *primus* linguam græcam & latinam docuerit, Freiburgenſe Gymnaſium a Joh. Rhagio Æſticampiano 1514. apertum Petrum Moſellanum nobilitaſſe, A Georgio Agricola Scholam Cygneam A. C. 1518. erectam. Johannem Rivium repurgaſſe Scholam Annabergenſem & Schnebergenſem, & totum inſtaurationis negotium, adhibito in conſilium Melanchthone, perfeciſſe Joachimum Camerarium. (8.) *Lucæ Schröckii Memoria Welſchiana ſ. Hiſtoria vitæ G. Hieron. Welſchii*, Auguſtæ Vindel. 1678. G. H. Welſchius ab ineunte ætate cum morbis colluctatus, nullo unqvam honoris vocabulo (Magiſtri, Licentiati, Doctoris) ornatus, an-

num vitæ 53. vix egreſſus, Vir fuit πολυγλωττώτατος & πολυιςορικώτατος, Linguæ Græcæ & Latinæ, & omnium fere Europæarum, nec non plurium Anatolicarum, Arabicæ cumprimis, Perſicæ, Turcicæ &c. bene peritus, & ſcientiæ nullius expers, qvæ ad humanitatem pertinent. Medicinæ maxime & Hiſtoriæ literariæ cognitione ita præſtans, ut parem vix haberet Germania. Cujus rei teſtes ſunt libri ab eo editi C. VIII. longa ſerie a Schröckio enumerati. Nec nihil de Welſchiana Polyhiſtoria loqvuntur Scripta ejus inedita, qvorum Catalogus exhibetur C. IX. Sane ex eo luce meridiana liqvidius apparet, qvid Hiſtoria literaria perdiderit in eo, in qvo velut in uarbore inſita fuerunt tot ſapientiæ genera, qviqve occupatus fuit in elucubranda

1) Bibliotheca Medici eruditi p. 56.

2) Hiſtoria Medicorum Orientalium, & idea Chronolog. Medicorum l. c.

3) Diatribe de Scriptis Medicis p. 60.

4) Diatribe de Manuſcriptis Medicis p. 64.

5) Acceſſione ad Lipſii Tr. de Bibliothecis p. 68.

6) Acceſſione ad Gabrielis Naudæi Bibliographiam Politicam p. 69.

7) Notitia Auctorum Panglotta p. 71.

8) Commentatione de Medicis illuſtribus Auguſtanis p. 74.

9) Hi-

9) Hiſtoria literaria Turcarum e MSCto Conſtantinop. p. 75.

10) Pædia G. Scioppii ſive Catalogo librorum ex MSCt ducto p. 76.

(9.) *Chriſt. Kortholt de Atheismo veteribus Chriſtianis objecto*, Kiloni 1707. Argumentum hoc a pluribus eſt occupatum, docente J. A. Fabricio in Syllabo Scriptorum de veritate religionis Chriſtianæ C. 37. p. 660. ſeq. Sed a nemine ea ſolertia & liberalitate eſt diſcuſſum, quam a Kortholto noſtro, qvi præter hanc Diſſert. 1689. prima vice editam, plura alia in lucem prodire juſſit, ad hoc ſtadium ſpectantia, qvæ Fabricius l. c. percenſet. (10) *Michael Dau de Atheismo Chriſtiano Thomaſio imputato*, 1700. (11.) *Henr. Ammersbachii Spira deſperans*, Halberſtad. 1675. Non magni admodum momenti ſunt commonitiones qvas editor huic Hiſtoriæ adſperſit. Et malimus earum loco duo alia exempla Parallela eidem adjeciſſet, qvæ in Michaelis Neandri *Menſchen-Spiegel* perraro libello p. 97. ſeq. extant, & æqve ſunt terribilia lectu ac hoc eſt. (12.) M. *J. D. Strobach de eruditione Pauli Apoſtoli*, Lipſiæ 1708. Teſtatur Auctor C. I. §. V. ſe ea animi firmitate non eſſe ut, qvid ſit eruditio definire auſit, ſtudet tamen l. c. eandem dividere. Qvaſi de partibus conſtare poſſit, ſi totum ignoretur. Aliud etiam qvid eſſe veram eruditionem concedit l. c. qvam qvod vulgo creditur, attamen qvid ſit, dicere vix ſuſtinet. Adeoqve Pauli eruditionem demonſtraturus id contendit ſolummodo, eum iis rebus,

qvæ

qvæ vulgo reqviruntur ad eruditionem non fuiſſe deſtitutum. Qvod idem eſt atqve ſi qvis Hypocritam eſſe verum Chriſtianum declaraturus, oſtenderet eum iis rebus qvæ vulgo in Chriſtiano reqviruntur non deſtitutum. (13.) *M. J. C. Ortlob de Epheſiorum libris curioſis combuſtis*, Lipſiæ 1708. Λογομαχία qvidem eſt, qvam Auctor excitat in hac Diſſertatione, ſed non reprehendenda prorſus, qvia nullam ex hoc muſtaceo captat laureolam. Nec negamus περιεργίας voce plures alias maleſanas artes ſignificari qvam Magiam; Putamus tamen in hanc præ cæteris digitum intendi Act. XIX. v. 19. Tum qvia qvæ antecedunt hoc non obſcure docent, tum qvia ex Epiſtola Pauli ad Epheſios, & Auctoribus profanis conſtat Epheſios Magiæ præ cæteris fuiſſe deditos. (14.) *Georg. Henricus Götzius, de Cornelii a Lapide Commentariis in SS.* 1709. In qva de Cornelii vita & Scriptis ita diſſerit Auctor, ut ejus Commentationes diligenti manu triviſſe, & plus iisdem tribuiſſe videatur, qvam vitia earum in ipſa hac Diſſertatione enumerata, permittunt, ſi cum virtutibus compoſita ad aurificis ſtateram revocentur. (15.) *M. P. C. Hilſcher de erroribus Pictorum circa nativitatem Chriſti*, Lipſiæ 1705. Vir diligens, doctus & lectu jucundus, niſi id verbum fracto & affectato genere dicendi perdidiſſet. (16.) *M. Michael Lilienthal Fabula qva Hatto II. Archiepiſcopus Moguntinus a muribus Corroſus vulgo circum fertur*, Jenæ 1707. *Primus* qvi Hiſtoriolæ hujus falſitatem detexit eſt Nicolaus Serarius Soc. Jeſu Theol. SS. Th. D. & in Academia Moguntiaca PP.

Hic

Hic enim L. IV. rerum Moguntiacarum p. 691. fabulam eſſe, & in ea nec veras nec veriſimiles res contineri luculenter demonſtravit. Cujus filum ſecutus Auctor Doctiſſ. docet in hac Diſſert. Scriptores omnes, qvi Seculo decimo, qvo Hatto animam efflavit, & tribus proxime ſeqventibus vixerunt, ſilentio præterire ſtupendum hoc mortis Hattonianæ genus. Qvosdam etiam eundem ſimpliciter mortuum & diem ſuum obiiſſe aſſeverare, imo & ſepultum. Et eos qvi a muribus eum devoratum tradant mirum qvantum inter ſe diſſentire. Atqve hæc omnia ingenii cura & facultate ita digeſta ſunt ab Auctore, ut, etiamſi appareat, unde ſumta ſint, alia tamen eſſe qvam unde ſumta ſunt, appareat. (17.) *J. F. Reimmannus de Chronici Halberſtadienſis MS. qvod Joh. a Winningenſted ante* 150. *annos elucubravit virtutibus & vitiis*, Halberſtadii 1702. (18.) *C. Sam. Schurtzfleiſchii Antiqvitates Diplomaticæ*, Wittenb. 1703.

XLIX.

Heinrici Leonhardi Schurtzfleiſchii notitia Bibliothecæ Principalis Vinarienſis, Francofurti 1712. Si, qvam p. 40. liberaliter dedit fidem, ſolviſſet Auctor, & Bibliothecæ Vinarienſis Catalogum nobiſcum communicaſſet, & qvi in ea deliteſcunt Codices MSCti, & virorum doctorum manu notati, commemoraſſet, tunc qvidem *notitiam Bibliothecæ Principalis Vinarienſis* impertiviſſet nobis, hoc eſt propinaſſet vinum ſuſpenſa hedera dignum. Verum in hoc Opere

aliud nihil tradit, qvam brevem de Bibliotheca rum qvarundam in Germania & Vinarienſis cum primis, Hiſtoriam, cum Claudii Salmaſii in Chronicon Euſebii Græcum & Latinum lectionibus variis & emendationibus ex ſcriniis Vinarienſis Bibliothecæ erutis. Qvod tantum abeſt ut ſitim eorum reſtinguat, qvi gazophilazii hujus theſauros propius cognoſſe cupiunt, ut eandem exſuſcitet potius atqve adaugeat. Idqve eo magis, qvo minus divinationes Criticas Salmaſii a fratris Schurtzfleiſchii diſtinxit, qvas ita perturbavit, ut qvid hujus, qvid illius ſit parum pelluceat. (2.) *M. J. C. Wendler de variis raritatis librorum impreſſorum cauſis*, Jenæ 1711. Rariorum librorum Elenchum nos olim dedimus Tomo X. Obſerv. Hal. inſertum. Sed fruſtulamentum hoc eſt tantummodo de hoc coloſſo literario. Qvem excitaturi & ordine Syſtematico adornaturi ex affluentiſſimo Hiſt. lit. penu, qvæ reperire potuimus congeſſimus, & ſecundum ſeriem ſcientiarum diſpoſuimus. Sed latent adhuc in ſcriniis hæc noſtra collectanea, & manum ultimam exſpectant. Nec defuerunt interea, qvi in eodem hoc argumento humeros explorarint, G. Serpilius, J. E. Bergerus, H. A. Groſchuvius, P. Heinius, J. G. Schelhornius, G. G. Zeltnerus, & hujus Diſſertationis Architectus, qvi cauſas raritatis librorum impreſſorum ſcrutatus, eas qvidem non omnes, aſſecutus tamen eſt præcipuas. Et qvod laudandum in eo eſt maxime in allatis exemplis aliorum ſcrinia non compilavit, ſed ſua induſtria ea qvæ ſpectanda exhibet collegit. Hoc Scriptoris uniuscujusqve

munus

munus eſſe ratus novos Lectori ſpargere flores. (3.) *J. Samuel Strykius de Jure Bibliothecarum*, Halæ 1702. In qva Diatribe plura qvæ ad Jurisprudentiam ſpectant, perpauca autem qvæ ad Hiſtoriam literariam. Nec poterat Auctor alia linea incedere, niſi a ſemita deviare, & a meta diſcedere vellet. (4.) *Joh. Samuel Strykius de Jure præfationum*, Halæ 1702. Ea dexteritate ſcripta Diſſertatio, ut & Hiſtoriæ literariæ & Jurisprudentiæ periti animum relaxare qveat. (5.) *J. C. Schrammius de Librorum prohibitorum indicibus*, Helmſtad. 1708. De qva Diſſert. diximus in Catalogo Bibl. Theol. p. 104. (6.) *De Juſto Lipſio deque ejusdem libris Politicis*, Jenæ 1689. Digna Diſſertatio qvæ ſemel & iterum legatur, usqve adeo nitida eſt, & venuſta & elegans. Dictio eſt caſta & dilucida. Judicandi ratio modeſta, ſincera cum ſagacitate & rerum cognitione & uſu conjuncta. Obſervationes de Lipſii doctrina, moribus, & Scriptis Politicis præclaræ. Eum *primum* devitatis vulgi ſemitis, & communibus erroribus regia inceſſiſſe via, ac ſepoſitis qvæ cognitionis tantum, non prudentiæ politicæ ſunt, vere ſe intra orbitas uſus & actionis continuiſſe. Nec exhibere tantummodo magnum præceptionum civilium numerum: Sed dextre qvoqve applicare, & nobiliſſima argumenta exemplis incomparabilibus illuſtrare. - - Rara etiam felicitate doctrinæ & ingenii dogmaticum docendi genus cum characteriſtico & parænetico permiſcere. - - Et in animorum ingeniorum & morum notitia inqve characteribus politicis non excellere modo, ſed

ne

ne habere qvidem præter veteres, cujus exemplum ſeqvi potuiſſet, aut qvi ante ipſum idem fuiſſet conatus. (p. 13. 14.) Dedicationem Politicorum præcipuis Lipſiani ingenii atqve eloqventiæ exemplis debere anteferri. (p. 18.) Neqve tamen pulcherrimum hoc corpus omnibus carere nævis. Non enim integram Lipſium nobis dediſſe doctrinam civilem, ſed unice egiſſe de principatu, nec omnes principatuum exhibuiſſe differentias, nec de ortu, interitu, mutationibus qvicqvam tradidiſſe, pauca de conſervandi ratione ac remediis, imperantium porro magis, qvam miniſtrorum ſpectaſſe uſum. De rebus religionis frigide & ambigue diſſeruiſſe, mutatis etiam aut omiſſis poſt Apoſtaſiam, qvæ antea contra Pontificiam crudelitatem & Hiſpanicam inqviſitionem docuerat &c. (p. 16.) (7.) *Adamus Rechenberg de Libris Obſcænis*, Lipſiæ 1690. Auctor vendibilis, in cujus dictione facilitas, in ordine venuſtas, & ut ita dicam decentia, in rebus ſelectus. Qvi Petronium ex antiqvis, ex recentioribus Thomam Sanchez vel Sancium cumprimis cane pejus & angue vitandum eſſe docet. Nec vitioſa nuce, vel titivilitio digna eſſe argumenta, qvibus perſuadere volunt οἱ ἀντιλέγοντες, Libros obſcænos labem lectoribus inſpergere non poſſe, cum naturalia non ſint turpia, & caſtitas dictionis rerum obſcænitatem qvaſi tollat. Etenim moraliter turpia ſunt naturalia, ſi non phyſice. Et dictionis elegantia non cum periculo morum eſt conſectanda. Siqvidem ſatius eſt, verborum venuſtate carere qvam morum. (8.) *Gottfrid Olea-*

rius

rius de Scriptis Socratis ad Leonis Allatii dialogum, Lipſiæ 1696. Socratem ſcripſiſſe qvædam contra veterum fere omnium ſententiam contendit Leo Allatius, cui hanc Diſſertationem oppoſuit Gottfr. Olearius ex Anglia tunc redux, & juvenis adhuc, ſed omni literarum genere præclare tinctus. Qvam poſtea Thomæ Stanleji Hiſtoriæ Philoſophicæ inſeruit P. 3. C. 18. p. 198-209. Mutatam tamen aliqvantulum, & Epiſtolis illis Platonicis orbatam, qvæ h. l. §. X. leguntur. Has enim Parti IV. Stanlejani Operis C. 15. p. 322. reſervavit, ubi Philoſophiæ Platonicæ apparatui easdem adjecit, cum aſſeveratione, ſe eas *primum* e tenebris in lucem protraxiſſe. Laudavit hanc diatriben J. A. Fabricius L. 2. Biblioth. Gr. C. 23. §. 30 p. 783. (9). *Adam Rechenberg de ineptiis Clericorum Romanenſium literariis*, Lipſiæ 1660. Nos olim in Scholarum Hildeſienſium Hiſtoria deſcribenda occupati, monuimus, eas obſoletis tandem Druidum (qvi erant ὑλόβιοι καὶ ὑλόφιλοι, Sylvicolæ, Hillesheimer) ludis literariis a Seculo IX. usqve ad Sec. XI. ita eminuiſſe præcæteris, ut Seculo X. tres Imperatores, ſerie non interrupta in Imperio ſibi ſuccedentes, alumni Scholarum Hildeſienſium fuerint, ſcilicet Otto 2. Otto 3. & Heinricus 2. Sed eas mirum qvantum poſtea immutatas, & ita prolapſas, ut clerici rerum omnium, qvæ ad humanitatem pertinent, fuerint imperitiſſimi. Qvod ut ſuſtineremus exempla plura produximus, & in iis illud etiam qvod Auctor §. 14. de Abbate qvodam Hildeſienſi legendum propinavit. (10.) *J. A. Schmidius de*

Libris & Epiſtolis cælo & inferno delatis, Helmſt. 1704. In Catalogo noſtro Theologico p. 1 Operarum oſcitantia excuſum eſt, *de Libris Epiſtolis cælo delapſis*. Qvod emendandum, hoc inſuper addendum, Diſſertationem ha plane Schmidianam eſſe h. e. humanitatis, d ctrinæ, & multæ lectionis teſtem, (11.) C. *Zoëga de uſu lectionis Scriptorum profanorum Theologia Dogmatica*, Lipſiæ 1694. In qva ho maxime ſatisfecit nobis, qvod C. I. §. 4. rel tum ab Auctore legimus, in Ovidii L. IV. Faſt rum (p. m. 85.) haberi Hiſtoriam, illi, qv Judic. C. XV. narratur de *vulpeculis Samſoni* prorſus ſimilem. Qvam ſine Mycterismo legun Athei, cum ſi in eam incidunt, qvæ in Codic Sacro continetur, riſum tenere vix qvean (12.) *J. A. Schmidii Stricturæ Theologicæ in Jo Harduini Opera Selecta*, Helmſtadii 1710. D qvibus videndus Catalogus noſter Theologicu p. 102. (13.) *Theod. Hackſpanii Exercitatio a Epiſtolam S. Hieronymi*, Altorfii 1641. (14.) J. *Schmidii Stricturæ breves in libellum cui titulu Cogitationum novarum de primo & ſecundo Adam Compendium*, Lipſiæ 1702. Qvis Auctor ſit co gitationum novarum de primo & ſecundo Ada mo, & qvid in iis laudandum exiſtimemus & re prehendendum in Catalogo Theologico p. 670 ſeq. pronunciavimus. Et digna omnino eſſen hæc paradoxa qvæ ſolida refutatione enervaren tur; Siqvidem mendaci reſplendent omnia fuco An vero hoc præſtiterit Diſſertationis hujus Au ctor, aliis definiendum relinqvere malumus, qvam ipſimet definire. Qvæ enſe recidenda ſunt,

ſtri-

ricturis non tolluntur. (15.) J. *H. Steinfeld, ccata omiſſionis qvindecim J. G. Neumanni.* 1702. (16.) *A. Calovii Diſput. demonſtrans Theodorus Hackſpanius* ejusqve tr. 52. *theſium ἀδιάστοτος qvantopere a Libris Symbolicis deficiat*, Wittenbergæ 1685. (17.) *Chriſt. Sontag, de divaricationibus novatoriis &c.* Altorfii 1705. (18.) *J. F. Reimmannus, de iis qvæ in Epiſtolis Ciceronis adhuc a Doctis ignorantur*, Halberſtadii.

LXX.

Pauli Colomeſii Opera Theologici, Critici & Hiſtorici argumenti, edita a Joh. Alb. Fabricio, Hamburgi 1709. Multum gratiæ iniit J. A. Fabricius ab omnibus, qvi rei literariæ ponunt pretium, qvod opuſcula Colomeſii in unum volumen redacta in conſpectum publicum prodire juſſit. Qvæ rara omnia & præclara, & ad Hiſtoriam literariam, & βιβλιογνωσίαν augendam tam utilia & neceſſaria, qvam vix ulla præterea. Nec cum veritate conſentaneum eſt, qvod Auctores Lexici Eruditorum (*gelehrtes Lexicon in voce Paulus Colomeſius*) tradunt: Miſcellanea Colomeſii Hiſtorica (Melanges Hiſtoriqves) non contineri in hac Sylloge Fabriciana. Extant enim in ea p. 808. uſqve ad p. 844. Et diſerte monet in præfat. Fabricius, ea non ex Editione Arauſionenſi 1675. vulgata eſſe deſumta, ſed ex locupletiore Amſtelodamenſi, qvæ reperiatur in Operibus Euvremonii. Et ſane Vir erat Colomeſius, qvi omnes

ſcientiarum partes pari felicitate implevera
Cui ingenium verſatile, attentio, vigilantia, l
bor, & ut uno verbo complectamur omnia, d
ligentia ſtrenua, converſatio cum viris erud
tis freqvens, lectio librorum rariorum mult
& Bibliothecæ Lambethanæ uſus cottidianu
Atqve hinc illa de Scriptoribus & ſcriptis, re
busqve doctis egregia conlectanea, qvorum tan
tus in his opuſculis continetur apparatus. Qvo
enim in religione fuit eclecticus, & Theolog
omnibus tacite infeſtus, & in iis qvæ ab Iſaac
Voſſio ipſi narrata ſunt nimis credulus, & i
eruditos qvosdam v. g. Eraſmum plus æqv
propenſus, id ſilentio involvere qvam tanger
ſermone malumus, qvia nihil plane ad hun
noſtrum Bachum.

LXXI.

S. W. Sluteri Propylæum Hiſtoriæ Chriſtiana
Lipſiæ 1696. De qvo vide ſis Catalogum Biblio
thecæ Theologicæ p. 109. (2.) *Joh. Fechtii, d*
Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Seculi XVI. ubertate, & fru
ctu, Roſtochii 1690. Unicum hoc Seculum
XVI. a N. C. plura habet ἀξιομνημόνευτα qvam
ſex vel octo antecedentia. Nec deerat Aucto
ri facultas, hæc omnia in lucem protrahendi
Qvi ante octo annos jam Supplementum Hiſto
riæ Eccleſiaſticæ Seculi a N. C. XVI. ediderat
Præclara etiam ſunt, qvæ de Hiſtoriæ hujus Se
culi ubertate & fructu, in hac Commentatiun
cula differit, ſed orationis color inelegans eſ
&

incivilis. (3.) *J. A. Schmidii recenſio ordinationum Eccleſiaſticarum Brunſvico-Gvelpherbytarum*, Helmſtad. 1710. (4.) *M. J. F. Wildeshauſen, Bibliotheca Diſputationum Theologico-Philologicarum V. & N. T.* Lipſiæ 1710. Qvem qvidem laborem non damnamus prorſus, eſt enim in eo utilitatis aliqvid; Sed hoc dicimus, Auctorem ea non obſervare in Operis decurſu, qvæ promiſit in Introitu. Non enim Diſputationes tantum conducit in hac Bibliotheca, ſed integra etiam volumina, & commentationes in Cathedram ſcholaſticam nunqvam deductas. Nec præſtantiores tantum, ſed & vilioris metalli ſæpius. Et in iis nonnullas, qvas ipſe nunqvam oculis uſurpavit, & de qvibus fando tantummodo aliqvid videtur accepiſſe v. g. p. 102. ſcribit in Pſalmum 137. ſcripſit *Schneiderus* *Witteb.* - Qvis enim qvæſo eſt ille Schneiderus? Et qvando vixit? Et qvantum lucis ad hunc Pſalmum attulit? An totum explicuit, an verſiculum tantum, vel dictionem? Et qvam? Nihil dicit; qvi nihil certi profert. (5.) *C. L. Bilderbeck Bibliotheca Juris publici Germanici*, Francof. 1709. Qvam *leniori* cenſura tangit J. C. Spenerus in Jure Publico P. I. L. 1. C. 13. §. 1. p. 397. *Graviore.* B. G. Struvius in Biblioth. juris p. 537. (Edit. 1725.) *Graviſſima*, J. J. Moſerus in Bibliotheca juris publici P. I. n. 29. p. 139. ſeq. Nec abnuimus 1) Scripta qvædam in hanc Bibliothecam relata, qvæ ad juris publici notitiam plane nihil faciunt, cujus generis ſunt Thomaſii & Geulingii Ethica §. 3. p. 5. 2) Qvædam omiſſa, qvæ juris publici

 ſtu-

ſtudioſo cognitu cumprimis ſunt neceſſaria. 3. De allatis vel nullum plane Lectori ſuggeſtum eſſe judicium, vel fugitivum tantum, & cum veritate non ſatis conſpirans. Qvale eſt iſtud qvod §. 3. p. 5. legitur: *Scriptores Politicos recentiores multis paraſangis præferendos eſſe antiqvioribus;* Qvam vocem mallemus Auctori doctiſſ non excidiſſe. Interim & hoc, αὐτοψία edocti adſeveramus, qvædam in hac Bibliotheca reperiri, qvæ in aliis hujus metalli ſcriptis fruſtra qværas. Sic enim v. g. §. 27. p. 44. in notis indicat, qvis ille ſit, qvi ſub ficto nomine *Cæſarei Turriani*, A. C. 1694. edidit *den glorwürdigen Adler.* Ubi dolendum de Schoppio detecto præter ſolum nomen nihil cognitum habuiſſe, qvem advocatum Cameræ & Præpoſituræ Cathedralis Syndicum fuiſſe accepimus, Virum non indoctum, ſed ſanctioris doctrinæ deſertorem. (6.) *J. C. Schrammius*, *de Scriptoribus Bibliothecarum Theologicarum*, Helmſtadii 1710. Qvi & ſibi, & Lectori, & rei literariæ conſuluiſſet rectius, ſi pauciores Bibliothecarum Theologicarum Scriptores enumeraſſet, eosqve accurate lectos, & luculentius digeſtos, & exqviſita cenſura notatos. Qvod, qvia vel operoſum nimis vel non neceſſarium eſſe judicavit, plane in eum convenit, qvod ipſe de Gisberti Voëtii Bibliotheca Theologica (plag. C.) pronunciavit, optandum ut reſectis multis auctoribus id, qvod privatis publicisqve Lectionibus ſervaverat & collegiis, addidiſſet loco judicii & examinis ad pauciores & optimos, multa etiam rectius diſpoſuiſſet. (7.) *M. J.*
C.

C *Albrecht*, *de Bibliotheca ſtudioſorum portatili*, Lipſiæ 1705. Eum, qvi ex juventute nondum eceſſit, multos noſſe debere libros, paucos habere, & qvos habet nocturna ac diurna contrectatione ſibi familiares reddere, jam olim præcepimus. Eumqve βιβλιογνωσία ſatis inſtructum eſſe pronunciavimus, qvi perſpectum habeat, qvis in qvavis facultate & ſcientia ſit Scriptor primus, ultimus, rariſſimus, optimus & παραδοξότατος. Sed qvi hanc Bibliothecam ſtudioſorum portatilem adornavit, in notitia librorum hoſpes alios docere præſumſit, qvod ipſe non didicit. (8) M. C. *Gottſchlingii Bibliographia Ethica*, *qva nonnulli Scriptores Ethici præcipue Galli recenſiti & dijudicati*, Lipſiæ 1701. Qvæ Bibliographia Ethica dicitur primis vocibus in Indice, ad nonnullos Scriptores hujus diſciplinæ adſtringitur in ſubſeqventibus, & præcipue ad Gallos, qvi ita recenſentur & dijudicantur in hac Diſſertatione, ut Auctorem in βιβλιογνωσία Ethica, adhuc tironem fuiſſe, & ejus vix prima Elementa didiciſſe appareat. (9.) M. *A. N. Hubnerus*, *de cultura Philoſophiæ Moralis*, Halæ 1710. Philoſophiam moralem ex variis docentium vitiis male ſe habere hodie (§. 1. - 19.) ſed certis remediis ad valetudinem virtutemqve revocari poſſe, §. 20. - 34. præclare docet Auctor, harum rerum ſcientiam ita aſſecutus ut pauci. (10.) *Caſparis Thurmanni Bibliotheca*, *Statiſtica*, Halæ Magdeb. 1701. Laudat Thurmannum ab ἐμπειρία βιβλιακῇ, Martinus Lipenius in præfat. Bibliothecæ realis

Juridicæ, & Dan. Georg. Morhoffius in Polyhiſtore L. I. C. 17. n. 64. p. 228. Sed in hac Bibliotheca merum, ſe exhibet Nomenclatorem, tantum abeſt ut rei librariæ peritiam oſtendat. (11.) *M. Chriſtian Hübner, de ſtudio Geographico in genere*, Halæ 1710. Laudata Diſſertatio a G. Stollio, *in der Anleitung zu der Hiſtorie der Gelahrtheit* P. I. C. 6. §. 35. p. 286. Et D. Haubero in diſcurſu de præſenti ſtatu Geographiæ p. 52. not. t. Et in tentamine Hiſtoriæ tabularum Geogr. p. 3. not. b. Aliis. Et eo plauſu excepta ab eruditis, ut exempla ilico deſiderata ſint, & ab iis fere omnibus deſcripta qvi eidem poſtea materiæ illuſtrandæ manum immiſerunt. Erat autem Conradus hic frater Johannis illius Hamburgenſis Rectoris percelebris; & Martisburgi Conrectoris vice fungens 1713. d. 20. Jan. una cum conjuge eadem die præmatura morte extinctus e vita excedebat. Qvi ſi vixiſſet præclaram dare potuiſſet Bibliothecam Geographicam, cujus in hac Diſſertatione jam egregiam dedit σκιαγραφίαν. (11) J. *H. Nachtenhöferi Inſtitutiones juris Bibliothecales, qvibus juxta titulorum in inſtitutionibus Juſtinianeis ſeriem Auctores tam veteres qvam recentiores recenſentur*, Lipſiæ 1688. Qvas infatigabilis diligentiæ & diffuſæ Lectionis ſpecimen appellat Joach. Fellerus in Carmine præmiſſo. Nec ſpernendus plane eſt hic labor, augendus tamen & emendandus in locis plurimis, ſi noſtro hoc tempore præſtantem fructum ex eo colligere velis. (12.) *G. Fr. Neumann, de Bibliotheca Halenſi*, Halæ 1710. Ea ſcilicet qvæ

ad

ad Eccleſiam Marianam ſpectat. Præterqvam & Academia & Orphanotropheum ſuas ibidem habent Bibliothecas a librorum copia & ſelectu laudandas, qvarum ὡς ἐν παρόδῳ mentionem injicit Auctor p. 14. 15. (13.) *Chriſtian Juncker Hiſtoriſche Nachricht von der öffentlichen Bibliotheqve des Gymnaſii zu Eiſenach, und einigen in Sachſen befindlichen öffentlichen Bibliotheqven*, Eiſenach 1709. In qva Sylloge excellit præcipue recenſio Bibliothecarum publicarum, qvæ ſunt in Saxonia. Siqvidem hac ipſa demonſtravit Auctor, non eſſe ἀδύνατον qvod ipſe in votis habuit, ut extaret Bibliotheca univerſalis Saxonica librorum typis impreſſorum & MSCtorum, & inde extruendum Syſtema Hiſtoriæ & arcanorum Bibliothecarum. Nec nihil egit, dum Hiſtoriam Bibliothecæ Iſenacenſis contexuit. Hoc enim labore ſtimulos admovit aliis, ad ſimilem laborem ſuſcipiendum, & Hiſtoriam de Bibliothecis qvibusdam condendam, qvarum ne nomen qvidem ante hæc tempora innotuit. Catalogus autem Bibliothecæ Iſenacenſis, qvia multos continet libros protritos, & triobolares & minimi pretii, majori cum aviditate legeretur, ſi, qvæ rariora ſunt monumenta tantummodo in eum eſſent conjecta. (14.) *S. Fr. Hahnii Diploma Fundationis Bergenſis ad Albim cœnobii Hiſtoricis annotationibus illuſtratum*, Magdeb. 1710. In qvo tria offendimus perjucunda. (a) Hiſtoriam artis diplomaticæ in præfatione ſuccincte delineatam. (b) Cautelam vel, ſi faſtidis hanc vocem, cautionem in arte diplomatica peruti-

 lem

lem & perneceſſariam, *Diplomata corrupta non ſtatim habenda pro falſis.* (c) Annotationes Hiſtoricas ex Scriptoribus non cottidianis depromtas. Vir enim ingenio, ſolertia & varia eruditione excellens erat Auctor, qvi jam inde ab anno ætatis XIV. Scriptis qvibusdam inclaruerat, ad majora poſtea progreſſus, & ſexcenta adhuc in Hiſtoria medii ævi detexiſſet incognita, niſi in medio curſu vitæ, Anno ſcilicet 37. ætatis, a fatis eſſet interceptus. Oppugnatus qvidem a Polycarpo Lyſero, aliisqve, hujus diplomatis Bergenſis cauſa, ſed non expugnatus prorſus, qvod præclare docet J. F. C. Hahnius, Simonis Friderici frater in piis manibus, in qvibus vitam, mores, libros & inſtituta defuncti enarravit, ſupremumqve officium eidem perſolvit p. 14 ſeq. (15.) M. C. *Schötgenius de librariis & bibliopolis antiqvorum*, Lipſiæ 1710. (16.) M. *Joh. Schufner de Multitudine librorum*, Jenæ 1702. Diatribe non inerudita C. A. Heumanni judicio in Conſpectu Hiſt. liter. C. VI. §. 43. p. 338. not. y. hoc eſt, ſatis erudita, ſi ex natura λιτοτητος & Diſſertationis ipſius indole hoc elogium explicetur. Multos ſane errores communes in republica literaria obvios obſervat Auctor, cauſasqve multitudinis librorum, & noxas inde redundantes in rem literariam non inepte indagat. Sed aculeatiore ſermone utitur interdum qvam decet juvenem, & in præſcribendis remediis huic malo adhibendis Lectori non ſatis facit. Utilitates autem ex multitudine librorum provenien-

ientes oratione plane non attingit. (17.) *G. I. Götzii Selecta ex Hiſtoria literaria*, Lubecæ 1709. Qvæ hiſce pagellis continentur, *electa* ſunt omnino ex Hiſtoria literaria, ſed non *eligenda*. Qvid enim attinet ſcire, qvi ex Eruditorum numero fuerint Mercatores, Ruſtici, Sutores, Sartores, Opifices, hoc eſt, a mercaturæ, agriculturæ, artis Sutoriæ, Sartoriæ, aliorumqve opificiorum exercitio avocati ad colendas humanitatis literas. Hæc omnia ad illuſtrandam Hiſtoriam lit. ita ſunt neceſſaria, ut ſupervacanea potius videri qveant, & vitio verti Hiſt. lit. ſtudioſo in rebus tam exilibus & vilibus curioſam poſuiſſe Operam. Recte enim omnino Seneca de brevitate vitæ C. 13. p. m. 384. Operoſe nihil agunt, qvi in rerum inutilium ſtudiis detinentur. Qvæ jam apud Romanos qvoqve magna manus eſt. Græcorum iſte morbus fuit qværere, qvem numerum remigum Uliſſes habuiſſet. Prior ſcripta Ilias an Odyſſea. Præterea an ejusdem eſſet Auctoris. Alia deinceps hujus notæ, ſive contineas, nihil tacitam conſcientiam juvant, ſive proferas, non doctior videberis, ſed moleſtior &c. (18.) *V. E. Löſcheri Arcana literaria & alios XXX. Libros edendos Muſis conſecrat.* 1700. Fuerunt qvi vanæ oſtentationis reum facere Auctorem conati ſunt, qvi oneri humeros ſe ſuppoſiturum promitteret, cui ferendo vix triginta Heroes literarii ſufficerent; Sed defendit ſe ab hiſce obtrectationibus in Epiſtola peculiari, qvæ M. Chriſtiani Feuſtelii Miſcellaneis Sacris inſerta eſt, p. 670-775. In qva de ſtatu progreſſuqve

qve Scriptorum abs ſe promiſſorum copioſe diſſerit, & Hiſtoriam ſuorum ſtudiorum & conatuum literariorum plenius deſcribit. Nec pœnitebit ipſa Feuſtelii miſcellanea perluſtraſſe, in qvibus & Hiſtoriæ Löſcherianæ, & hiſce ſponſionibus ejus lux non ſpernenda affunditur. Adde etiam ſis Mich. Lilienthalium, de Machiavelliſmo literario §. 16. p. 94. Ubi Löſcherus contra Diarii Trevoltienſis Auctores & Burch. Gotth. Struvium defenditur, qvi eundem in claſſem animalium gloriæ referendum eſſe dictitaverant. (19) *Ejusdem*, *Vorſchlag dreyer höchſt benöthigten Schrifften, als Phraſeologia Sacra, Theologia Polemica generalis, und Theologia Myſtica orthodoxa.* Eodem. (20.) *J. Fechtius, de ſtudii Biblici cum Syſtematico connexione hujusqve divina origine*, Roſtochii 1702. De qvo vide Catalogum Bibl Theol. p. 23. (21) *Adamus Rechenberg, de* βιβλιοφαγίᾳ *Ezechielis*, Lipſiæ 1710. (22.) *Pauli Patris Diſſert. de typis literarum earumqve differentiis*, Lipſiæ 1710.

LXXII.

Joh. Gottfr. Lakemacher, de fatis ſtudiorum apud Arabes, Helmſtadii 1719. Grave vulnus optimis literis inflixit præmaturus Auctoris obitus. (1736. d. 16. Martii) Qvi lingvarum Orientalium & Arabicæ cumprimis peritus, & monumentis Arabicis inſtructus, de fatis ſtudiorum apud Arabes luculentum nobis dare Commentarium potuiſſet, ſi diutius ſuperfuiſſet.

Sa-

Sane ex uno hoc ſpecimine qvid præſtare valuiſſet in hoc eruditionis genere ſatis licet conjicere. (2.) *Johannes Bilberg*, *de Anagnoſtis*, Upſaliæ 1689. Cujus licet ſtilus hinc inde vocibus qvibusdam ac phraſibus barbaris commaculatus ſit, & totum, qvacunqve patet opuſculum, ſphalmatis typographicis ita deformatum, ut ſenſus Auctoris vel obſcuratus mirifice, vel plane perverſus ſit; Attamen res ipſæ ſunt egregiæ & ab Auctore in ejusmodi faſciculum collectæ, ut, ſi Diſſertationi huic priori poſterior, de *Anagnoſtis Sacris* acceſſiſſet, cujus ſpes Lectori facta eſt, haberent Antiqvitatis Literariæ amatores Syſtema qvoddam de hac particula, ad cujus imitationem etiam alias ejusdem generis elaborare poſſent, & ſic tandem membrum membro ſuperaddendo corpus univerſale literario-Archæologicum componere. Scilicet Joh. Schefferus auctori ſangvine conjunctus eſt. Adeoqve non mirum, ejus genium hinc inde in hac Diatribe ſeſe prodere, & in iis etiam locis ſe ſpectandum præbere, ubi ejus mentio facta nulla eſt. (3.) *Heinricus Meibomius*, *de incubatione in fanis Deorum Medicinæ cauſa olim facta*, Helmſtadii 1659. Non Præſidis Hermanni Conringii hæc eſt Exercitatio, ſed Henrici Meibomii eandem defendentis, qvi gloriatur in Dedicatione, neminem ſibi in hoc argumento præiviſſe. Nihil autem inventum ſimul & perfectum eſt. Atqve hinc mirum nemini videri poteſt, hac una velificatione tantum Oceanum non ita potuiſſe circum iri, ut qvæ obſcura fuerunt antea ſtatim omnia fuerint de-

detecta. Neqve enim adhuc ſatis compertum eſt, qvæ & qvotuplex hujus incubationis fuerit ratio, qvando & ubi primum cæperit & tandem deſierit. Et qvæ ſunt alia qvæ glaciem ſcindenti nec occurrunt ſtatim nec in mentem veniunt. (4.) *Herm. von der Hard, de Pherecyde & Herodoto &c. Hiſtoricis vetuſtis*, Helmſt. 1719. Novam plane & antea inauditam, & portentoſam valde hypotheſin in Rempubl. lit. invexit Auctor, Hiſtoricos omnes uſqve ad Herodotum Mythico & Symbolico uſos eſſe ſcribendi genere, & v. g. fœminas nominaſſe Medeam, Helenam, Jo, &c. & per eas urbes, gentes, colonias &c. intellexiſſe qvo ipſo univerſam Hiſtoriam antiqvam evertit. Nec ſatis habuit ejusmodi cladem intentaſſe rei literariæ, Theologiæ etiam formam priſtinam extingvere anniſus eſt, dum Moſis & aliorum V. T. Virorum θεοπνευςων Hiſtorias ſymbolice eſſe intelligendas, variis Schediaſmatis pro pugnavit, qvæ maximam partem auctoritate publica ſuppreſſæ ſunt. (5.) *J. C. Harenberg veri diviniqve natales. (a) Circumciſionis Judaicæ. (b) Templi Salomonæi. (c) Muſices Davidicæ in Sacris. (d) Baptiſmi Chriſtianorum illuſtrati*, Halberſtadii 1720. Ab Ethnicorum diſciplina & inſtitutis arceſſebat harum rerum origines J. F. N. Cui oppoſuit hanc Diatriben Auctor ſatis moderate & erudite ſcriptam. (6.) *M. Tobias Eckard, de Decanis & Decaniſſis*, Qvedlinb. (7.) *M. Joh. Phil. Odelem, de Diaconiſſis primitivæ Eccleſiæ*, Lipſiæ 1700. Qvi pleraqve & optima hauſit e Caſparis Zigleri capite XIX, vel ultimo de

Dia-

Diaconis & Diaconiſſis veteris Eccleſiæ. (8.) *A.* J. *Bötticher*, *de purpura rubra vulgo, den Rothen Frieſel*, Helmſtad. 1718. (9.) J. *A. Schmid*, *de re Monetali Ebræorum*, Helmſt. 1699. In qva Hiſtoria monetarum Ebraicarum ab O. C. uſqve ad Haſmonæorum tempora deducitur, qvibus nummos literis Sammaritanis inſignitos cuſos fuiſſe conjectat Auctor, reliqvos omnes autem eſſe ſuppoſitos, qvi ante hoc ævum percuſſi credantur. Atqve hæc omnia ea ratione exædificavit, ut, una cum dictionis claritate rerum perjucunda varietas & character Schmidianus ubiqve pelluceat, Polyhiſtoria ſcilicet ſine ulla oſtentatione admixta. (10.) *G. H. Gö-tzius*, *de conviviis eruditorum*, Lubecæ 1716. Ecloga lectu digna. Sed in qva deeſt, qvæ vel maxime huc ſpectabat Jodoci Willichii convivandi ratio, a Mathia Hoſtio deſcripta in luculento, qvem de vita Willichii concinnavit Commentario, ex qvo J. C. Becmannus repetiit in notitia Univerſitatis Francofurtanæ p. 229. Jodocus Willichius in conviviis ea comitate & hilaritate perpetuo uſus fuit, ut omnium convivarum oculos in ſe facile converteret, colloqviisqve jucundis, honeſtis, eruditis & utilibus exhilararet ut nemo non & melior, & hilarior & eruditior inde diſcederet. Muſicæ qvoqve amantiſſimus fuit, unde ſi ſocii adeſſent, libenter cantavit, trium, qvatuor, aut qvinqve vocum, adhibitis ſæpe fiſtulis, & aliis inſtrumentis muſicis, ut illa jucunda varietate qvotqvot præſentes erant, exhilararentur. Qvi ideo & auctor fuit aliqvot Viris bonis hone-

ſtiſ-

ſtiſſimi inſtituti, qvo συμπόσιον ſeu convivium circulare agitaretur, qvod à præcipuo argumento *Muſicum* appellare placuit, qvod muſica & vocalis & inſtrumentalis exhilarandi gratia inter epulas & fercula admiſceretur & exerceretur. De qvo narrat Hoſtius: Fuiſſe tunc temporis non paucos, Viros bonos ac doctos Profeſſores, Doctores, Magiſtros, & honeſtos cives non ἀμούσους, qvi honeſtis conviviis & congreſſibus delectati, ſvaves, utiles & eruditas confabulationes amaverint. Inter hos itaqve Auctore Willichio conveniſſe, ut hujusmodi συμπόσια inſtituerentur, ad qvæ certo tempore convenientes ſeſe recrearent, ſeriis negotiis perfuncti, idqve non tantum ad honeſtam hilaritatem conciliandam, ſed & ad mutuum amorem alendum, tollendas, ſi qvæ exiſterent, ſimultates, dirimendas ac diluendas inimicitias, ineundamqve, conciliandam, & ſtabiliendam amicitiam. Conſtitiſſe hoc convivium certis legibus, primumqve in eo fuiſſe *convivatorem ſeu conditorem convivii*, qvi convivium in cænam veſperi appararet; qvod tamen non opiparum, ſed honeſta frugalitate inſtructum, neqve enim niſi tres miſſas ſive fercula apponi licuiſſe. Cænam ejusmodi vero qvolibet menſe ſemel, ab eo qvem ordo tetigerit paratam & eſcis inſtructam fuiſſe. Convivas tot extitiſſe qvot ſunt Muſæ, vel adjuncto Apolline decem, vel ad ſummum numero Muſarum adjunctis Gratiis, ut ſimuleſſent duodecim. Potum fuiſſe cereviſiam & vinum ad

qvem

vem convivà par qvisqve ſuam ſymbolam contulerit. Qvemqve bibiſſe qvantum potuerit, nullis poculis impetitum. Magiſtrum convivii corona ornatum fuiſſe, qvam in fine cœnæ ſucceſſori juxta ordinem dederit, & futurum convivatorem deſignaverit, ut qvis futuri convivii conditor eſſet omnes certo ſcirent. In hac cœna ut veſperi hora qvinta, omnes in puncto intra horæ qvadrantem adeſſent; finità cœna hora decima intra horæ qvadrantem abirent, legem fuiſſe. Qvod qvi negligeret, ei certam mulctam, qvæ ad potum conferretur, pandam fuiſſe. Præterea *Sympoſiaca Problemata ſive Qvæſtiones convivales* pridie a convivatore miſſas eſſe, qvam cœna pararetur, de rebus variis, utilibus, eruditis & honeſtis, ut convivæ de his ante cogitarent, easqve examinarent & explicarent, ne poſtridie imparati ad hanc cœnam accederent, ſed inſtructi ſententiam qvisqve ſuam dicerent, & certas ſuæ ſententiæ rationes afferrent de propoſitis Qvæſtionibus. Diſputatum fuiſſe de rebus propoſitis ſobrie, familiariter, amice, absqve pertinaci contentione, conviciis, irriſione, aut ullius contemtu, cunctaqve adeo modeſtà, joci, gaudii, riſus hilarioris, urbanitatis, & mutuæ benevolentiæ plenà extitiſſe. Interceſſiſſe etiam jocos liberales, non mordaces, ſales urbanos absqve ſcurrilitate. Ordinem deniqve qvæſtionis proponendæ talem fuiſſe, ut alternatim eſcis unaqvæqve admixta & explicata Muſicam nunc vocalem trium, qvatuor, aut plurium vocum, nunc inſtrumentalem additam fuiſſe, adhibi-

tis etiam fiſtulis & aliis inſtrumentis Muſici unde qvoqve hoc convivium a præcipuo argumento & fine, qvod hilaritatis mutuæqve benevolentiæ gratia inſtitutum, *Muſicum* vocatu fuerit, licet & *Philoſophicum* ex parte dici potuiſſet, qvod de variis ſeriis, & utilibus rebu qvæ ex intima ſæpe philoſophia depromtæ eſſent, in eodem diſputaretur.

LXXIII.

M. Polycarpus Lyſerus, de origine eruditionis non ad Judæos, ſed ad Indos referenda, Wittebergæ 1716. Medicum qvendam e Sileſia oriundum diu in Malabaria vixiſſe, lingvarumqve & inſtitutorum Indicorum gnariſſimu fuiſſe, & in *horto Malabarico Rhediano* (Henri de Rheeden) adornando operam multam p ſuiſſe, & librum de Indorum eruditione ſcri ſiſſe, qvo demonſtrarit ab Indis originem eruditionis eſſe repetendam memorat Auctor 47. Qvi hujus exemplo excitatus eandem inc dem ſibi ſumſit tundendam, hujusqve inſtit ti hanc dedit Promulſidem. Daturus plura, copioſiores appoſiturus dapes, ſi per fata licu ſet. Siqvidem p. 41. Hiſtoriam literariam un verſalem ſe editurum pollicetur, ſed interce ſerunt cœli decreta, & Lyſerum non opina tem de ſtatione ſua migrare juſſerunt. Q ipſo non leve damnum ſubierunt præclara terarum ſtudia. Nam licet in hac Diſſertatio nihil magnopere præſtiterit laude dignum Qvippe in alienis diſtrictus, iſtius, propter qv

ar

rripuit calamum prope oblitus eſt; Multa ta-
nen egregia præſtare potuiſſet in republica eru-
itorum Vir juvenis adhuc, & dotibus inge-
ii excellenter condecoratus, & lingvarum
ıxta ac ſcientiarum variarum peritus, & Bi-
liotheca copioſa ac ſelecta inſtructus. (2.) *M.*
Joh. Frid. Scharſius, de Gallorum Druidis; Wit-
enbergæ, ſine die & conſule. Qvo melete-
nate Hiſtorico in Syſtemate Antiqvit. literariæ
. I. p. 7. ſeq. Eſaiam Pufendorffium mirum
vantum adjutum eſſe docuimus, qvi poſt
unc noſtrum Diſſertationem ſimilem edidit de
)ruidibus A. C. 1650. Lipſiæ impreſſam. (3.)
Nicolaus Moller, Antiqvitatis veræ titulum gentibus
ultis politisqve ſpeciatim Græcis & Romanis horum-
ve rebus nullo jure competere, Kiloni 1701. Con-
edit, tamen Auctor p. 21. antiqvitatis titu-
um (liceat nobis cum eo βαρβαρίζειν) Græcis
omanisqve dari poſſe propter rerum antiqva-
um reliqvias, rudera, fragmenta, veſtigia,
dqve certo modo & per accidens. Atqve hoc
atis eſſe putamus. Nulla enim gens eſt anti-
qva niſi comparate. Et antiqvitas non ad eſ-
entiam populorum ſpectat, ſed ad fortuita.
4.) *M. J. Ludovicus Boye, de legibus cibariis &*
veſtiariis Pythagoræ earumqve cauſis, Jenæ 1711.
Qvibus rebus inſtructum eſſe oportet eum, qvi
ıon lento greſſu procedit ad Sapientiæ Metro-
olin, iis ſane non deſtitutus fuit, qvi huic
Diſſertationi nomen ſuum præſcripſit, ingenio,
loctrina, aſſiduitate, librorum bonorum ap-
paratu, Virorum doctorum conſilio &c. Nec
rulgare hoc eſt eruditionis ſpecimen, qvod de-
Q 2 dit.

dit. Legum Pythagoræ cibariarum & veſtia riarum verum ſenſum indagat, & vindicat falſum repudiat, rationes expiſcatur, errore qvosdam populares confutat, & univerſæ Phi loſophiæ Italicæ lumen affundit ejusmodi, u nos in Lectione hujus Schediaſmatis ſæpius ex optaverimus vidiſſe eam, qvam p. 7. promitti *diſqviſitionem de abſtinentia variarum gentium*, un cum raris illis teſtimoniis Chaldæorum, de ha virtute Pythagorica, qvæ p. 6. alibi proferen da ſcribit, cum nos nullibi oportunius adferr potuiſſe credamus. (5.) J. *A. Schmid*, *de Do ctorum Primitivæ Eccleſiæ vario docendi diſputandi qve genere*, Helmſtadii 1701. Paucæ ſunt ſchedæ ſed dignæ qvæ lenta feſtinatione legantur, qvi qvæ de modo docendi & diſputandi SS. Patrun continent, minio notari merentur. (6.) Ejus dem, *de Cathedris Doctorum*, Jenæ 1687. (7. Ejusdem, *de Cathedris Doctorum*, *Helmſtadii*, 1707 De qvibus in Idea Antiqvitatis literariæ diſſe ruimus P. I. p. 112. ſeq. (8.) *C. G. Schwar tzius*, *de fatis vocum qvarundam*, Altorfii 1714 Hiſtoria vocabulorum eſt particula Hiſtoriæ li terariæ; Sed inculta adhuc, & antiqvis juxta a recentioribus incognita. Et *primus* fortaſſis qvi ad eam excolendam cogitationes admovi eſt P. D. Huetius, qvi, ſi vera ſunt qvæ le guntur in Huetianis p. 94. Auctoribus claſſi cis, in uſum Delphini adornandis, indices vocun ejusmodi ſuperaddendos ſvaſit, qvibus un momento qvaſi, & oculi nictu, conſpici poſſe vocabuli cujusvis ortus, ætas, uſus, fatum duratio, defectio, extinctio. Qvod tame

cor

conſilium ad maturitatem non pervenit, ſed in herba ſuppreſſum eſt. Succeſſerunt poſtea, qui idem animo agitarent, & in his eſt C. G. Schwartzius, Vir cui patent ea in LL. qvæ latent plurimos. Qvod vel ſola hæc Exercitatio teſtari poteſt, ſi deſint monumenta alia. Nos quoqve jam ante annos XVIII. introductionem in Hiſtoriam vocabulorum Lingvæ Latinæ in lucem publicam emiſimus, qvam poſtea ſubinde auximus & locupletavimus. Extatqve exemplum in Bibliotheca noſtra ſexcentis acceſſionibus & emendationibus illuſtratum. Nec ſubſtitimus in his cancellis. Sed ultra lineas haſce progreſſi elaboravimus etiam Introductionem in Hiſtoriam vocabulorum Lingvæ Græcæ in duas partes diviſam, qvarum prior continet Genealogiam vocabulorum Græcorum ante Chriſtum natum, poſterior Genealogiam vocabulorum græcorum poſt C. N. Siqvidem teſte Salmaſio de lingva Helleniſt. P. 2. C. 4. p. 405. nulla fuit lingva, qvæ plures pertulerit mutationes ac μεταπλώσεις, non ſolum in verborum flexionibus per varias dialectos, aliis atque aliis pro locorum ratione factis, ſed etiam in ipſis verbis. Antiqva eorum lingva, qvam olim intra fines Macedonum & Theſſalorum ſtetit, in totum alia fuit. Hæc ἀρχαία ἑλλὰς Ariſtoteli. In ſingulis etiam dialectis eadem mutatio contigit, qvod ad ipſa verba attinet. Hactenus Salmaſius. Et licet hoc opus noſtrum diffuſius ſit multo qvam iſtud, qvo Hiſtoriam vocabulorum latinorum tradere conati ſumus,

nondum tamen in conſpectum publicum prodiit, ſed adhuc latet in MScto. (9.) *Frid. Hoffmannus*, *de Athletis veterum*, *eorumqve diæta & habitu*, Halæ 1717. Qvi ſi in argumento hoc obſcuro & nebuloſo in conſilium adhibere voluiſſet Homerum, & in Homero Librum XXIII. Iliados, qvi totus fere eſt athleticus, facile animadvertiſſet. 1) Artes Athleticas apud Græcos jampridem uſitatas fuiſſe ante certaminum Olympicorum tempora. 2) Non Spartanos eas primum accepiſſe ab Ægyptiis, nec Spartanorum Legislatorem Lycurgum, qvod §. 2. conjectat Autor, ſed Lycurgo 300. annis eſſe antiqviores. 3) Non qvatuor tantum, ſed plura omnino earum fuiſſe genera. Sed ὡς ἐν παρόδῳ tantum deſcribit Auctor athletarum Veterum Hiſtoriam, & huc retulit præcipue ſuas cogitationes in hac Diſſertatione, ut eorum diætam deſcriberet & habitum. Qvo labore ita perfunctus eſt, ut laudis meritæ præmia eidem deferenda exiſtimemus. (10.) M. *Joh. Friederich Meyer*, *de Ludis Olympicis*, Lipſiæ 1671. Qvi cum Hieronymum Mercurialem, & Petrum Fabrum, & Laurentium Joubertum, & Eraſmum Schmidium, non viderit, Ludorum Olympiacorum Scriptores optimos & laudatiſſimos, facile ſuſpicari poſſumus, qvas de iisdem nobis apponere potuerit dapes, ſcilicet ſubfrigidas, & exiles, & aromatis non ita temperatas, ut ſalivam Lectori movere qveant. (11.) *Herm. Conringius*, *de incubatione in fanis Deorum medicinæ cauſa olim facta*, Helmſtadii 1669

Di

e qva Volum. 71. n. 3. (12.) *Tobias Eckhard*, *de tabulariis antiqvis*, Qvedlinburgi 1717. Cujus Viri, ſi qvis ignoret dotes eximias, induſtriam, doctrinam, modeſtiam, & præclaros in Philologia, Hiſtoria, & re literaria progreſſus, vel unicum hoc Schediaſma inſpiciat, in qvo dictione dilucida & inaffectata, & collocatione rerum venuſta & accommodata, de tabulariis veterum, nominatim Ægyptiorum § 4. Chaldæorum §. 5. Phœnicum §. 6. Judæorum §. 7. 8. 9. Perſarum §. 10. 11. 12. Græcorum § 13. 14. Romanorum §. 15. 16. 17. Chriſtianorum §. 18. Germanorum §. 18. 19. 20. & tandem de tabulario Qvedlinburgenſi §. 10. ita differit, ut eum non ſimulacra eruditionis, ſed vera ornamenta aſſecutum appareat. Nec reprehendi poteſt, qvod conjecturis interdum aliqvid dederit. Qvia in iis rebus ſuſpiciones habent locum, ubi demonſtrationes exſpectari non poſſunt. (13.) *Joh. God. Leſchnerus*, *de Decanis cœleſtibus*, Wittenbergæ 1716. (14.) *Andr. Fabricius*, *de Matheſi Patribus Pr. Eccleſiæ & aliis qvibusdam non ſuſpecta*, Lipſiæ 1717. (15.) M. *Samuelis Schmidii Cathedrologia*, Qvedlinb. 1690. (16.) *Gottfried Olearius*, *de Socratis Dæmonio*, Lipſiæ 1702. Inſerta poſtmodum ab Auctore Thomæ Stanleji Hiſtoriæ Philoſophiæ P. 3. C. 6. p. 130. ſeq. mutatis tamen qvibusdam, & indice ita variato, ut, qvæ de *Dæmonio* Socratis hoc loco dicitur, poſtea de *Genio* Socratis inſcripta fuerit. (17.) *M. Ludovici Hanſen Diſſert. de Dæmonibus*, Jenæ 1687. (18.) *J. M. Dillherri Areopagus in qvem abductus eſt S.*

Apoſtolus Paulus, cum novum religionis dogma Athenienſibus annunciaret, Jenæ 1640. Philologus eminentiſſimus dicitur Dillherus in hujus Diſſertationis fronte ab eo qvi reſpondentis provinciam ſuſtinuit, qvod adulationis vocabulum videri poſſet. Sed qvi Dillherriana monumenta verſavit, & hoc ejus Schediasma oculo non ſomnolento luſtravit, nihil datam ejus auribus intelliget. (19.) *Jac. Tappius de incubo*, Helmſtadii 1661. Qvod in hac Diſſertatione deſcribitur Symptoma nos ipſos centies infeſtavit. Et facile inducimur ut credamus ex cauſis naturalibus habere ortum, ſed ita ut ſpiritus maligni non excludantur ab hac ſcena, qvi rebus naturalibus utuntur, ad moleſtiam hominibus exhibendam. Et parum abeſt qvin credamus, idem malum afflixiſſe Paulum, qvi 2 Cor XII. v. 7. ſcribit, appoſitum ſibi eſſe ſtimulum carni, angelum Satanæ, qvo tundatur, ne nimis efferatur. (20.) *Chriſtianus Gueinzius de didactro*, Halæ 1647. Disqviſitio erudita & lectu non injucunda, ſed jucundior, ſi voces barbaræ & termini technici horridiores ab illa abeſſent. (21.) *Eberhardus Baringius de rapſodia*, Hannoveræ 1645. Julii Cæſaris Scaligeri Caput XLI. Poetices, qvod de rapſodia agit, hoc Commentario illuſtravit Auctor. Et hac occaſione ex antiqviſſimis Græcorum monumentis tot de Poetis veterum, & Homero cum primis convaſavit ἀξιομνημόνευτα, ut, ſi Ludolpho Kuſtero hoc opuſculum ad manus fuiſſet, Hiſtoriam Homeri Criticam, qvam elucubravit, multo reddere potuiſſet

uiſſet locupletiorem. (22.) *A. Chriſt. Auſpurius de diſciplina Scholaſtica*, Hildeſiæ 1658.

LXXIV.

Joh. Heinrici Conradi Sileſia Togata, Lignicii 1706. Cujus Operis Hiſtoria extat in Biographia Auctoris, qvæ huic Proſopographiæ Selicæ præmiſſa eſt. Nec flocci pendendum fuiſſet hoc inſtitutum, dummodo ad rationem, tanqvam æqviſſimam lancem diligentius fuiſſet revocatum, & a lupinis æra ſolicitius diſcreta. Qvod qvia factum non eſt, parum utilitatis inde manat in rei literariæ & literatorum Hiſtoriam. Qvi enim in hac Sylloge enumerantur pleriqve ſunt obſcuri, & ignobiles, & nulla doctrinæ laude commendati Viri. Et ſi qva in eruditorum civitate habent merita, ea ab Auctore ſilentio ſunt involuta. Carmina id ſalis non habent, qvod in Epigrammatis ineſſe debet. Et qvæ iis adjecta eſt exegeſis Hiſtorica mutila eſt ſæpius (p. 68.) & parum qvandoqve accurata (p. 2.) Et male nobiſcum ageretur, ſi præter hanc non aliam haberemus Sileſiam eruditam. Sed proſtat Martini Hanckii de Sileſiis indigenis & alienigenis eruditis Opus bipartitum egregium, qvo Catone tamdiu contenti eſſe poſſumus, dum Nicolai Henelii Sileſia Togata in publicum prodeat, qvam in Sileſiographia renovata C. VI. p. 691. promittit, qvæqve in MSCto ſuperat. (1.) *Laurus Lipſica h. e. publicorum Academicorum nec non Senatoriorum inſcriptiones memorabiles, veteres ac recentiores*, Lipſiæ 1690.

Auctor eſt Salomo Stepnerus Vir navus & induſtrius, & dignus cujus nomen Lexico eruditorum Lipſienſi inſeratur, in qvo ejus mentio facta nulla eſt. Magna ſane ſedulitate congeſſit, qvotqvot Lipſiæ reperiuntur inſcriptiones, easqve in certas claſſes diſtributas ſedecim inſuper diverſis Indicibus ornavit. Ac licet non omnes memorabiles ſint, permultæ tamen in iis ejus ſunt commatis, ut legi, & ad poſteros transmitti mereantur. (3.) *M. A. N. Hubnerus, de Sapientia pagana non reprobanda*, Helmſtadii 1709. Auctoris diligentiam, doctrinam, ingenii felicitatem & judicii acrimoniam oſtendens Diſſertatio. (4.) *M. J. B. Baierus de Phœnicibus eorumqve ſtudiis & inventis*, Jenæ 1709. Hiſtoriæ literariæ Phœniciæ σκιαγραφίαν dixeris hoc Meletema Academicum. In qvo Auctor ductores optimos ſecutus, Phœnicum doctrinam, & Viros doctos, & dogmata ita delineat, ut ſi conlectanea conlectaneis adjicias, facile integram Hiſtoriam literariam Phœniciam poſſis concinnare, qva adhuc deſtituitur Reſpublica literaria. (5.) *Zachariæ Grapii Theologia Sinenſium*, Roſtochii 1708. In qva, qvod dictionis elegantiæ decedit, ordinis concinnitate, & rerum novitate, & ſelectu & jucunditate penſatur. Et ſi iis monumentis inſtructus fuiſſet Auctor, qvæ in Hiſtoria Philoſophiæ Sinenſis nova Methodo tradita C. IV. p. 19. ſeq. indicavimus, ſpecimen procul dubio Theologiæ Sinenſis exhibuiſſet, multo uberius, accuratius, ſplendidius, jucundius. Non enim dexteritas defuit Architecto, ſed cæmenta, ligna, lapides.

Nec

Nec ipſe materiam, ſed materia deſtituit ipſum. (6.) *Joachimi Felleri Cygni Qvaſimodogeniti, h. e. Clari aliqvot Cygnei qvorum in Chronico Cygneo aut nulla aut ſuperficiaria facta eſt mentio*, Lipſiæ l. t. Scilicet Fellerus & ipſe Cygneus, cum Bibliothecæ Lipſienſis Paulinæ cuſtos eſſet; Rogatus a Ferbero conſule Zwickavienſi, ut, ſi qva fortaſſis in hac officina libraria reperiret *ἀξιομνημονευτα* de Cygnea & Cygneis, ea communicaret benevole, ut, velut Paralipomena ſuperaddi poſſent Chronico Cygneo a M. Tobia Schmidio edito, qvod non nemo continuandum ſuſcepiſſet, hanc ex Matriculis Academicis & libris editis ac ineditis collegit Syllogen, in qva Cygneos eruditos Theologos, JCtos, Medicos, Philoſophos ac Philologos enumerat, qvorum in Chronico Schmidiano nulla vel ſuperficiaria tantum facta eſt mentio, (8). *Jacobi a Mellen notitia Majorum Lubecenſium, aliorumqve clarorum virorum*, Lipſiæ 1707. In qva vitas ſuorum genitorum & progenitorum (ut ſcribit Auctor) ab aliqvot Seculis repetitas filiis ſuis contemplandas exhibet, ut

> Qvem peperere patres ipſi tuerentur honorem.

(8.) *Holmia literaria*, Holmiæ 1701. Inſcriptio ſimplex, operis præclari. In qvo ſexcenta, Reipublicæ noſtræ literariæ Senatoribus incognita, de Suecorum Scriptoribus & Scriptis, editis, ineditis, novis inventis, nummis, imaginibus æri inciſis, naturæ miraculis, rebus mechanicis, metallis, lapidibus, tabulis geo-

gra-

graphicis, Bibliothecis, Pinacothecis, numophylaciis, & aliis ad Hiſtoriam eruditionis pertinentibus, de qvibus in monumentis noſtris literariis, ne γρυ qvidem. Et qvibus Johannis Schefferi Suecia literaria, & qvæ Joh. Molleri ope eidem acceſſerunt Hypomnemata mirum qvantum augeri poſſunt. Utinam ad noſtra usqve tempora hoc opuſculum eſſet continuatum, & meliore ordine digeſtum. (9.) *M. Joh. Dieterici Diſſert. de Annæberga & claris Viris inde oriundis*, Lipſiæ 1702. Ex M. Chriſt. Frid. Wilischii Diſſertatione Hiſtorica, de Annæbergenſium vicinarumqve Eccleſiarum, qvi ab U. C. fuerunt, Ephoris augenda & locupletanda. In ea enim viginti enumerantur Eccleſiæ Annæbergenſis Ephori, cum in hac octo tantum exhibeantur clari Annæbergenſes Theologi. (10.) *Georgii Fabricii Freibergi deſcriptio & Annales accedit M. G. Wagneri ſeries collegarum Gymnaſii ab A.* C. 1514. *usqve ad* 1709. Wittenbergæ 1710.

LXXV.

M. Urbanus Gottofredus Siberus de illuſtribus Alemannis Commentatio, Lipſiæ 1710. Vir ſane præclara eruditione & ſingulari mentis acumine ornatus eſt Auctor, Hiſtoricus, Antiqvarius, literator eximius. Qvi familiam Alemannorum a ſeptingentis annis in Repulica civili juxta & literaria celebratam, & eruditione non minus qvam armis & juſtitia illuſtrem ita deſcribit, ut ejus in inqvirendo ſedulitas, in dicendo facilitas, in tractando felicitas ubiqve ſe conſpi-

ſpiciendam præbeat. (2.) *J. F. Tolckius de illuſtri nomine Antonii*, Sondershuſæ 1700. Diſſolutæ ſcopæ. (3.) *Joh. Goes opuſcula varia de Weſtphalia ejusqve doctis aliqvot Viris*, Helmſtadii 1668. Hæc qvaſi Micro-Bibliotheca eſt, qva carere non poteſt, qvi Hiſtoriam literariam Weſtphalicam cognoſcendi cupiditate tenetur. (4.) *D J. F. Meyerus de Catharina Lutheri conjuge*, Hamburg 1699. De qva M. David Richter in præfat. Genealogiæ Lutherorum p. 28. *Wer die* VIII. Tomos Scriptorum in Academia Wittenbergenſi *von* Anno 1544. *bis* 1569. publice propoſitorum *beſitzet, und dabey Zeit und Geſchicklichkeit hat, der kan dieſe meine Arbeit verhoffentlich um ein groſſes daraus ergäntzen, illuſtriren, auch wohl verbeſſern, weil ich weiſs was mir der* Tomus ſextus *hat vor angenehme und faſt unentbehrliche Dienſte gethan, welchen ich von des Buchbinders Händen eben ſo gerettet habe, als Wagenſeil den Seder Moed bey dem Hrn.* Wolfio in Biblioth. Ebr. P. 2. L. IV. C. 3. §. 8. p. 888. *Mir deucht auch, daſs ich dieſelbe in der* Bibliotheca Meyeriana *habe gantz angetroffen, und dennoch iſt es gewiſs, daſs wenn der Sel. Mann ſich derſelben hätte erinnert gehabt, ſeine* galante Diſputation de Catharina Lutheri Conjuge *hätte in eben denſelben Stücken können erleütert werden, da ich deſſelben* Continuation *verrichtet habe. Ich will es aber nicht ungeſaget ſeyn laſſen, daſs eben dieſelbe* Diſputation *in ſeiner* Bibliotheca p. 207. N. 443. cum multis notis MSCtis *wird vermehrter angegeben, ſo mir aber weder zu Handen noch zu Geſichte emahls kommen.* (5.) J. *Meierus de Bojorum migra-*

grationibus, *& de claris Böhmeris*, Göttingei 1710. (6.) *Gebhardi Theodori Meieri Monumenta Julia*, *memorias Profeſſorum Helmſtadienſium qvi diem ſuum obierunt exhibentia*, Helmſtadii 1680. Qvod opus Biographicum non amice ſatis conſpirat cum ſuo indice. Non enim Memoriæ Profeſſorum Helmſtadienſium, qvi diem ſuum obierunt, eodem continentur, ſed Thelogorum tantummodo qvorundam, & JCtorum, qvi in hac Academia publico docendi munere perfuncti ſunt, Medicis omnibus & Philoſophis & Philologis omiſſis. Et horum qvidem memoria ita eſt tradita, ut, qvæ præcæteris ſunt memorabilia, ſcripta fere omnia, & certamina erudita, & fata ſingularia ſint præterita. (7.) J. C. *Wolfius de præcocibus eruditis*, Hamburgi f. t. Spicilegium hoc eſt ad Adriani Bailleti, Davidis Sculteti, & aliorum meſſem In qvo eos recenſet Auctor, qvi majores in eruditionis qvam ætatis tramite fecerunt progreſſus, qviqve eo tempore pleriqve adhuc ſupererant. Qvibus & ſemetipſum ſuo jure ſuperaddere potuiſſet, præcoci ingenio a natura præditum, & jam inde ab anno 20. ætatis ſcriptis præclaris inclitum. (8.) *G. H. Goetzius de Theologis ſub auſpiciis novorum officiorum demortuis*, Lubecæ 1708. Qvæ Diſſertatio Epiſtolica, eſt continuatio iſtius Eclogæ, qvam de eodem argumento jam ante ediderat Auctor doctiſſimus, & ad excerpta literaria corroganda natus. (9.) *M. J. Manzelii Præſagia eruditorum de eruditis*, Dresdæ 1709. (10.) *Programma in funere Henrici Grünfeldii JCti & PP.* Helmſtadii 1619. (11.) *Programma in funere*

Franc.

Franciſci Henrici Wiſſelii, Helmſtadii 1625. (12.) *M. Joh. Seb Mitternachtii Panegyricus funebris memoriæ Jacobi Welleri a Molsdorf &c dicatus*, Lipſiæ 1666. In qvo ſe integras interdum e Buchnero aliisqve celeberrimis oratoribus periodos mutuo accepiſſe, & huic telæ intexuiſſe, ultro fatetur Auctor in præfatione ad lectorem. Alia.

LXXVI.

M. Carolus Gottfridus Zapfius de Abaride, Lipſiæ 1706. Ab Abaride orditur Lexicon ſuum Hiſtorico-Criticum Petrus Bælius; Nec cottidiana ſunt, qvæ de eo memorat Vir κριτικώτατος, & ad rem literariam ornandam felici ſidere natus. Sed qvi hujus Diſſertationis Auctor eſt, Bælium multis paraſangis poſt ſe relinqvit, & qvæ in monumentis antiqvorum diſperſa jacent de Abaridis appellatione, ætate, Præceptoribus, ſtudiis, moribus, veſtibus, ſcriptis, morte &c. uno faſciculo comprehenſa ita exhibet, ut dubitare qveas, utrum diligentiam majorem adhibuerit, an judicii acrimoniam. Sane peregregia hæc eſt Diatribe, & digna qvæ ab omnibus legatur, qvi Hiſtoriæ Philoſophicæ ponunt pretium, imo etiam ad poſteros traducatur, inprimis cum tam inculta adhuc ſit, & deſerta, & ſubhorrida Hiſtoria literaria Scythica. (2.) *M. E. Hoppe de Philoſophia Joſephi Proregis Ægyptii*, Helmſtadii 1706. Qvi ſcientiam Philoſophiæ Empiricam, qvæ fuit in Joſepho, a Scientifica non ſatis videtur diſtinxiſſe. (3.) *M. J. G. Dietericus de Philoſophia Homeri*, Wittenbergæ 1704.

Cæ-

Cæcus de coloribus. Neqve enim in ſcripti Homeri ita verſatus fuit auctor, nec Philoſophia ita peritus, ut de Philoſophia Homeri potueri condere Commentarium. Et putamus nos, qvo præfiſcine dicimus, in Iliade noſtra poſt Homerum certiora Philoſophiæ Homericæ dediſſe indicia, qva incunabula omnium ſcientiarum ex Homero eruimus, & Syſtematice deſcripſimus. (4.) *M C. Schraderus de Pythagora*, Lipſiæ 1708. De qva Gottlieb Stollius *in der Einleitung zur Hiſtorie der Gelahrtheit* P. 2. C. 1. §. 49. p. 366. M. *Chriſt. Schrader hat zwar vier* Diſſertationes *verſprochen, in deren erſten er* de ortu, præceptoribus, & peregrinationibus Pythagoræ, *in der andern von ſeiner Lehr-Art und Schule, in der dritten von ſeiner Philoſophie, und in der vierten von ſeinem Hingang aus der Welt, und denen ſo* de rebus Pythagoricis *geſchrieben, handeln wollen, mir iſt aber zu* dato *mehr nicht als die erſte zu Geſichte kommen.* - - Et in notis; *Mich wundert daſs der* Auctor *die* Exercitation *des Hrn.* Budde de Peregrinationibus Pythagoræ, *die zu Halle 1692. herauskommen, nicht allegiret, welche er doch allerdings vor Augen gehabt, ja mich wundert, daſs er nicht dieſe erſte* Diſſertation *gar weggelaſſen, eben weil der Hr.* Buddeus *eine von gleicher Materi geſchrieben.* (5.) *Dan. Gvil. Müllerus de* M. *Ant. Coccio Sabellico*, Altorfii 1698. Qvem Auctor de Sabellico exhibet, collectaneorum Hiſtoricorum faſciculum, non qvidem lacunarum eſt expers; Plagiarium enim fuiſſe Sabellicum non indicat, qvod Zwingerus in præfatione theatri vitæ humanæ de eo refert p. 15. Ejus tamen

et

et metalli, ut nos qvidem de Scriptoribus omnibus ejusmodi florum ſparſionem habere cuperemus. (6.) *Ejusdem Diſſertatio de Leonhardo Wurffbinio*, Ibidem 1710. Primum ornamentum Scriptoris eſt, poſſe conſiſtere & ſecum morari. Qvod in hoc Auctore deprehendimus. Non vagus eſt & inſtabilis, ſed qvod ſibi ſelegit argumentum, eidem familiariter ſe applicat, nec curſim ac properanter idipſum transmittit. (7.) *J. Schrammius de meritis B. Lutheri in Theologiam moralem*, Helmſt. 1711. Æqva Auctoris qvereleſt & expoſtulatio, in libris Theologiæ Practicæ rarius commendari Lutheri ſcripta, imo vix nominari in iisdem unqvam. Licet enim Syſtema Theologiæ moralis non condiderit, nec locos communes, ordine apud nos uſitato diſpoſitos; rerum tamen moralium copioſiſſimam reliqvit ſegetem, ab infelici lolio, & ſterilibus avenis, qvæ dominabantur antea repurgatam, & ad nitorem cœleſtem denuo revocatam. Nec iniqvum eſt ejus deſiderium, ut ex Lutheri Scriptis Theologiæ moralis Syſtema, vel Compendium ſaltim conficiatur, utpote qvo Eccleſia Lutherana adhuc indigeat. (8.) M. *A. J. Dornmeyeri Lutherus humanioris literaturæ cultor & æſtimator*, Halæ 1703. Dictionis nitore ita excellens Auctor, ut C. Cellarii diſciplina uſum eſſe, intelligas. (9.) *J. E. Hausmanni Janus Grumus in Burchardo Gotthelff Struvio reſuſcitatus*, Jenæ 1708. (10.) *M. G. Hecht de Wicmanno Antiſtite Magdeburgico*, Wittenbergæ 1710. (11.) *J. H. Heucherus de Mechanicis non Mechanicis*, Wittenbergæ 1708. Phœnomena Phyſica &

Medica, non ex principiis Mechanicis, ſed e legibus naturæ eſſe explicanda, contendit Auctor In lectione celeberrimorum Scriptorum egregi verſatus, judicandi facultate non vulgari præditus, & iis artibus, qvæ ad Encyclopædiam pertinent, cumulate inſtructus. Atqve his opibu ſuffultus, alta voce conclamat; Medicos hodiernos qvi jactant Mechanismum non eſſe Mechanicos, cum ex Mechanismi principiis explicare non poſſint, vel ſolam menſtrui fluxus periodum, vel ſtatos febrium dies & horas. (12.) *D.* G. *Moller de duodecim Judicibus Iſraelitarum* Altorf 1709. In qva Diſſertatione ſe talem non exhibet, qvalem in Sabellico & Wurſtbainio. Pleraqve enim curſim & properante transmittit, qvæ attentius omnino & ſtudioſiu animo agitanda fuiſſent. (13.) *G.G.Zeltnerus de fæminis ex Ebræa gente eruditis*, Altorf 1708. (14.) *Ejusdem Deboræ inter Prophetiſſas eruditio*, Altorf 1700. Laudata Diſſert. a J. A. Schmidio de modo propagandi religionem per carmina §. 1(p. 24. (15.) *Ejusdem de Priſcilla Aquilæ uxore tanqvam fæminarum gentis Judaicarum eruditarum ſpecimine ad Act.* 18, 1. &c. Ibidem 1709. Auctor qvi ſupereſt adhuc, & exornat ætatis noſtræ gloriam Vir Seculorum memoria dignus, qvi olim nominabitur nunc intelligitur. (16.) *M. C. J. Schröder de ruſticis eruditione claris*, Jenæ 1707 Sed vix primis digitis tangitur hicce labor. (17.) *M. C. Altmann de Senio eruditorum, von Hauptgelehrten Männern, die in denen 3. letzten Seculis über 70. bis 80. Jahr alt worden*, Lipſiæ 1711. (18.) *Idem de illis qvi vitæ terminum a Moſe Pſ.* 90. *v.*10

ſta

latutum per VI. annos proxime elapſos ſupergreſſi unt, Lipſiæ 1711. Qvi nominis ſui omine (Altmann) ſe ad hanc particularn Hiſtoriæ literariæ elucubrandam vocatum eſſe credidit Auctor, humeros ſuos non ſatis conſuluiſſe videtur, qvid valeant. Siqvidem non par eſt ferendo huic oneri, invalidus adhuc Orator, invalidior Hiſtoricus, & Philoſophus longe invalidiſſimus, qvibus tamen tribus capitibus, unamqvamqve harum Diſſertationum abſolvendam arbitratus eſt. (19.) *R. H. Rollius de eruditis Climacterico maximo denatis*, Roſtochii 1707. Cui bono ais? Huic, inqvam, ut ſcias, non univerſalem eſſe Canonem, qvem in ore habere ſolent Medicorum filii: *Literarum ſtudiis breviari vitam.* Qviete enim & otio debilitari corporis vires, & flacceſcere, motu autem ali & confirmari. Etenim hujus rei contrarium docet P. D. Huetius in Commentario de rebus ad eum pertinentibus p. 41. Docemus noſmet annum 71. ætatis fere egreſſi. Docet Diſſertationis hujus Auctor, qvi qvinqvaginta viros eruditos, velut in tabula conſpiciendos ſiſtit, qvi omnes annum climactericum maximum h. e. 81. attigerunt, atqve hiſce ſuis exemplis probant: *Studia literarum non obeſſe longævitati*, nec iisdem tacite abſumi vitæ balſamum. Qvod in mentem non venit Rollio hanc Diſſert. ſcribenti, cum de eo præcipue cogitare debuiſſet. (20.) *J. J. Baierus de longævitate Medicorum*, Altorfii 1705. Exercitatio docta, acuta, & qvod primo loco dicendum erat, ſancta. In qva exempla Macrobiorum ſelecta, cauſæ longævi-

 tatis

tatis humanæ probabiles, & in iis præcipua vo
luntas Dei. Qvippe

Ludit in humanis divina potentia rebus,

& in ætate hominum cumprimis. Et hæc e
prima ac præcipua μακροβιοτητος & μικροβιοτητι
cauſa. (21.) *M. J. C. Tſchanterus de eruditis ſtu
diorum intemperie mortem ſibi accelerantibus*, Lipſi
1705. Qvas affert Auctor quatuor pravas eru
ditorum conſuetudines 1.) Parcam ſomni uſurpa
tionem, 2.) illegitimam victus fruitionem, 3.)
inconvenientem coporis motionem, 4.) peſti
lentiſſimam excrementorum retentionem; Ea
non adhæreſcunt eruditis omnibus, nec ex ſtu
diorum intemperie tantum, ſed aliis cauſi
proficiſcuntur ſæpius. Et ſi mortem acceleran
eruditis, non ſtudiorum eſt intemperies, qvæ i
faciat proxime, qvod Auctor tamen in indic
ſignificat. (22.) *J. A. Schmidius de Apoſtolis uxo
ratis*, Helmſt. 1704. Non graviore fulmin
percuti poterat Pontificiorum Decretum de ne
ceſſitate cælibatus clericorum, qvod Sec. IV
finiente aliqvantulum, Sec. XI pluſculum, & Sec
XVI. plurimum invaluit; Si de Apoſtolis omn
bus probari poſſet, fuiſſe eos uxoratos, ve
ut latinius loqvamur, vixiſſe eos in conjugic
Sed ſolius Petri matrimonium eſt extra dubita
tionis aleam poſitum. Et hoc ad cauſam han
perorandam ſufficit: Summus Sacerdos in V
T. fuit uxoratus, Petrusqve Apoſtolorum Prin
ceps in N. T. E. Deus conjugium Sacerdotibus non
interdixit; Imo potius prohibitionem matrimo
nii doctrinam dæmoniorum vocavit 1 Tim. IV. 3. &

pro

propter fornicationem vitandam unumqvemqve
habere uxorem ſuam debere ſancivit 1 Cor. 7, 2.
Sacerdotes etiam primæ Eccleſiæ fuerunt uxorati.
Es ſind auch in Teutſchland erſt vor 400. *Jahren*,
ecce verba Auguſtanæ Confeſſionis Artic. 23.
p. m. 33. *die Prieſter zum Gelübde der Keuſchheit von Eheſtand mit Gewalt abgedrungen*, *welche ſich dagegen ſämtlich auch ſo gantz ernſtlich und hart geſetzet haben*, *daſs ein Ertz-Biſchoff zu Maintz*, *welcher das Päbſtliche neue Edict verkündiget*, *gar nahe in einer Empörung der geſammten Prieſterſchafft in einem Gedränge wäre umgebracht.* (23.) *M. C. Guil. Vollandus de vita Chryſoſtomi*, Wittenbergæ 1711. (24.) *Idem de Elogio Chryſöſtomi*, Ibidem eodem. (25.) *Idem de veteribus ac fide dignis vitæ Chryſöſtomi Scriptoribus*, Ibidem eodem. (26.) *Idem de Scriptis Chryſoſtomi*, Ibidem eodem. (27.) *De optimis Operum Chryſöſtomi editionibus*, Ibidem eodem. Non vidit Vir πολυμαθέστατος J. A. Fabricius ultimam hanc de optimis Operum Chryſoſtomi editionibus Diſſertationem Vollandi. Adeoqve in Bibl. Græca L. V. C. XV. p. 560. qvatuor eundem tantummodo ſcripſiſſe memorat. Nec indiligenter hic Pentateuchus ab Autore eſt elucubratus. Siqvidem qvæ de Chryſoſtomi fatis, Scriptis, Scriptoribus &c. notatu digna ſunt, pleraque eodem continentur. Pleraqve, inqvam; Multa enim ſupereſſe paralipomena, Nemo mirabitur, qvi Hiſtoriæ literariæ perſpectum habet ambitum. Sic enim J. H. Hottingerus in Bibliotheca Orientali L. 3. c. 2. p. 63. refert: Opera Chryſoſtomi aſſervari in Oriente Arabice. Et l. c. p. 82. Annales Joh.

Chryſoſtomi extare Arabice, & eorum crebram fieri mentionem in Elmacino. C. S. Schurtzfleiſchius in Opp Hiſt. Polit. p. 1088. Zoſimum Chryſoſtomo Hiſtrioniam objeciſſe refert. Joh. Dallæus de uſu Patrum p. 273 Chryſoſtomo multa excidiſſe vel falſo, vel certe incautius dicta, & veniam poſcentia. Qvale eſt, qvod ſomniat: Davidem eos Pſalmos, qvi qvinqvageſimum proxime ſeqvuntur, humana ſimpliciter intelligentia ſcripſiſſe, ſpiritu Sancto vacuum &c. Et alia ſexcenta hujus generis, qvæ omnia a Vollando in his Diſſert. ſunt præterita. (28.) *Joh. Tribbechovius de vita & Scriptis Clementis Alexandrini*, Halæ 1706. (29.) *Idem in Clementem Alexandrinum de Philoſophiæ definitione & diviſione*, Ibidem, eodem. (30.) Idem, *de Philoſophiæ fine, mediis & uſu adductum Clementis Alexandrini*, Ibidem, eodem. Trigam hanc Diſſertationum non vidit J A Fabricius eo tempore, qvo de Clemente Alexandrino literis prodidit, qvæ L. V. Bibl Græcæ C. 1. §. 2. p. 102. leguntur. Et Tribbechovius Fabricii Commentationes videre non potuit, tum nondum editas. Uterqve tamen Clementis Opera ſtudioſe verſavit & præclare de iis diſſeruit, diligentia minime impares; Polyhiſtoria prior poſteriore, inferior. (31.) *J. C. Erneſti de Euſebio Pamphili, Epiſcopo Cæſarienſi*, Wittenb 1703. Duæ ſunt diſqviſitiones Hiſtorico-Eccleſiaſticæ Wittenbergæ A. C. 1688. habitæ & ibidem poſtea recuſæ. Laudatæ a J. A. Fabricio in Bibliotheca Græca L. V. C. IV. p. 32 Ex qvo illuſtri Opere mirum qvantum emendari & locupletari poſſunt v. g. §. 2. Decem Euſebio

ſoios indicat Auctor ab Euſebio Pamphili diverſis. Fabricius autem l. c. p. 105. ſexaginta enumerat Euſebios Homonymos. (32.) *M. J. A. Hebs de Stilo Lactantii Firmiani*, Halæ 1702. Lactantii ſtilum Ciceronianum eſſe diſerte ait Auctor §. 4. p. 11. additqve l. c. p. 12. eundem perpetuum eſſe imitatorem Ciceronis, & tanqam ſcopulum vitare inuſitatum verbum. Et tamen §. 1. p. 23.-30. plauſtra vocabulorum affert, qvibus uſum Lanctantium ſcribit, & qvæ nec a Cicerone nec ab ullo Auctore claſſico uſurpata fuiſſe perhibet. Qvæ qva ratione ſecum ſtare & conciliari qveant, nos qvidem diſpicere non poſſe libenter fatemur. Et maluiſſemus ſane Auctorem hujus Diſſertationis Apologiam ſcripſiſſe pro Lactantio, & in ea eundem ab Erasmi inſultibus vindicaſſe, qvi in Ciceroniano ſuo p. m. 241. ſalſe ridet: Lactantio falſo tributum Ciceronianiſmum. Probabis opinor, ait, Hilephorus, Lactantium, qvi Ciceronianæ eloqventiæ lacteo flumine manare dictus eſt. Cui reſpondet, Noſoponus, dictus, ſed ab eo qvi Ciceronianus non erat. B. Verum illud inficiari non potes, Lactantium Ciceronis eloqventiam affectaſſe. Id declarat in tertium inſtitutionum librum Præfatio. In qva defenſurus Chriſtianæ philoſophiæ veritatem, optat eloqventiam, ſi non Tullianam, certe Tullianæ proximam. N. Nec prorſus infeliciter affectavit, qvanqvam aſſecutus non eſt. B. Qvi ſic? N. qvoniam in prima ſtatim Operis præfatione, ſic loqvutus eſt; Alioqvin nihil inter Deum hominemqve diſtaret, ſi conſilia & *diſpoſitiones* illius Majeſta-

R 4 tis

tis æternæ, cognitio aſſeqveretur humana. U Cicero dixit *diſpoſitiones* pro decretis? B. In dum Ciceronianus eſſe ſtudet, factus eſt Cic roni diſſimilis. Eſt enim hoc Ciceronis, re eandem duabus vocibus idem, aut propemodu idem ſignificantibus inculcare. Hinc eſt illud: Co ſilia & diſpoſitiones Qvi ſcis, an & vocaliu hiatum captarit, ut Ciceronianus eſſet, in *con lia?* & rurſus in *cogitatio aſſeqveretur.* Fortaſ & compoſitionem affectavit, Szacontis clauſu la comma finiens, velut in *balneatore & Arch pirata.* Cujusmodi clauſulis freqventer utitu in eadem præfatione, ut in prima ſtatim peri do *inhærere*, & rurſus, *inſtruere poſſimus*, & mo apud Græcos, atqve iterum *luce orationis ornat* & αὖθις αὖ, *honeſta ſuſcepta* Mox, & *honoraſ* nec multo poſt, *nominis tradas*, iterum, ut *ſeqv rentur hortarer*, item aliqvanto poſt, *reliqverun* Hoc certe Tullianum habet, qvod ſubinde ditr chæo finit, ut, *contulerunt*, *convocamus*, *ſ piamus*, *inchoamus*, ſemel ponit in clauſula, *qv ſiſſe videatur.* Hæc indicant illum magno ſtud Ciceronis imaginem affectaſſe. Verum hoc n mine juſtius rejiceres Lactantium a titulo Tulli norum, qvod nec eruditionem, nec vim, n pectus attulerit ad defenſionem Philoſoph Chriſtianæ, qvæ M. Tullius attulit ad actione cauſarum civilium. Hæc Eraſmus l. c. de L ctantio. Hic rhodus, hic ſalta. (33.) I *Wilh. Seyfried de Joh. Huſſi Martyris ortu, educ tione, ſtudiis, doctrina, vita morte & Scriptis*, Jer 1711. Scriptor non in poſtremis habendu Tantum enim habet ſedulitatis, qvantum de

te

eritatis & ingenii. Nec deſtituitur facultate di-
:endi, & judicandi. Sed librorum & nummo-
um apparatu non ſatis amplo & prolixo inſtru-
ɫus eſt. Et qvod multum impedimenti eidem
n ſcribendo attulit, Chriſtophori Walpurgeri
Hiſtoria Huſſitica caruit. Licet enim in præfa-
ione p. 7. eandem vidiſſe & verſaſſe videri ve-
it. Attamen nunqvam ad eandem provocat
n hoc Opere, nec iis documentis utitur, qvi-
bus Walpurgerus narrata ſua ſuffulcit. Et ſex-
centa ἀξιομνημόνευτα præterit, qvibus Wal-
purgerus acta hujus Martyris egregie conſtipa-
vit. Et cum in prima hujus Diſſertationis edi-
tione, qvæ 1698. impreſſa eſt, duos num-
mos in memoriam hujus Herois percuſſos, con-
ſpiciendos exhibuerit Auctor, genuinum unum,
& alterum ſuppoſititium. Ecce! in hac altera,
rejecto priore, qvod mireris, poſterior tan-
tummodo recuſus eſt, qvem Auctor ipſe §. ult.
p. 126 habet pro ſpurio. Elenchus etiam qvi
in fine adjectus eſt, monumentorum Huſſitico-
rum pleniorem omnino & dilucidiorem exædi-
ficationem meruiſſet. (34.) M. G. E. *Geigerus
de Hillele & Schammai antiqvis Judaicarum Secta-
rum conditoribus*, Altorf. 1707. Multum indu-
ſtriæ in concinnanda hac Diatribe, & illuſtran-
dis antiqvis Hillelianorum & Schammæanorum
Sectis conſumſit Auctor; Sed id tamen non
animadvertit, qvod Hieronymus, & qvi ex
Hieronymo hoc repetiit Vir πολυμαθέστατος
J. C. Wolfius in Catalogo Doctorum Miſchni-
corum ſive P. 2. Bibl. Ebraicæ p. 827. Hillelia-
nos traditiones, Schammæanos autem legem

ſcriptam eſſe ſecutos. Atqve hinc natos eſſe poſtea Phariſæeos & Scribas, Karræos & Talmudiſtas. (35.) *J. H. Majus de origine, vita atqve Scriptis Don Iſaaci Abrabanelis*, Altorfii 1708. Qvi Actorum eruditorum Collectorum A. 1686. p. 527. ſecutus filum, laudatus eſt ſemel & iterum a J. C. Wolfio in Bibl. Ebraica P. 1. p. 629. ſeq. ex qva hæc Biographia magnopere augeri & locupletari poteſt. (36.) *M. Joh. Adamus Calo de vita Jacobi Bœhmii*, Wittenbergæ 1707. Non de vita tantum Jacobi Bœhmii ſed & de morte ejus & Scriptis, & dogmatis & Sectatoribus diſſerit Auctor, ſed ita ut ignorantia cum partium ſtudio & infirmitate judicii ubiqve dulci connubio juncta pelluceat. (37.) *M. Carl. Gottl. Zeidleri Hiſtoria Davidis Georgi ejusqve aſſeclarum*, Lipſiæ 1701. Duobus capitibus abſolvuntur hi Annales Georgiani. In qvorum capite primo præceptoris, ſecundo autem diſcipulorum Hiſtoriam perſeqvitur Auctor. Sed poſterius præponendum eſt priori. Illud enim ex fontibus eſt hauſtum; Hoc ex ciſternis tantum. Siquidem ipſius Georgii Scripta non legit Zeidlerus, nec eorum qvibus in fatis ejus tradendis maxime habenda eſt fides. Diſcipulorum autem qvi ſcripſerunt Hiſtoriam potiſſimos inſpexit, & hinc plura de iis & ſelectiora exhibet capita. (38.) *Schediaſma de vitiis Paparum adverſus eorundem infallibilitatem*, Coloniæ 1699. In qvo tot monſtra vitiorum objiciuntur Pontificibus Romanis, ut iis tollendis vix decem Hercules ſufficiant. Non enim mendaces ſunt larvæ, aut vana ſomnia, aut inanes præſtigiæ,

qvæ

væ in his pagellis recitantur, ſed Acta ex ip-
s eorum Annalibus eruta, qvi Sacris Romano-
ım fuerunt addicti, qviqve maluiſſent pro-
ul dubio, hæc omnia falſa eſſe, qvam vera.
39.) *M. J. F. Kern, de Vita, Obitu, Scriptisqve*
homæ Ittigii, Lipſiæ 1710. Vir Pentathli ſi-
ıilis fuit Ittigius, omnifariæ eruditionis opi-
us, & librorum Theologicorum, Patrumqve
umprimis cognitione ita inſtructus, ut pauci.
)ignus propterea cujus memoria ab oblivione
indicetur. Utinam placuiſſet Auctori hujus
iographiæ, controverſiarum, qvibus implici-
us fuit, ſuperaddere ſimul Hiſtoriam, & qvæ
uivis Scripto ejus acciderint memoranda pau-
is aperire. (40.) *L. C. Crellii Θαυματολογία*
G. F. Seligmanni, Lipſiæ 1707.

LXXVII.

Divi Epiphanii liber de vitis Prophetarum *Græce & latine cum notis* Joachimi *Zehneri*, Schleuſingæ 1612. Obſcurum Zehnero non fuit, hoc Opuſculum Epiphanium Auctorem non habere, cum in Operibus ejus non reperiatur, nec a Patribus eidem tribuatur, & in dictione & rebus ipſis qvandoqve ab eo deflectat. Nec fugit eundem Auctorem, qvisqvis ille fuerit, narrationibus veris inanes multas immiſcuiſſe fabulas, & librarios lapſu temporis contextum ipſum miſere corrupiſſe; Attamen tantum abeſt, ut eundem propterea flocci faciendum putarit, ut repurgandum potius & illuſtrandum, & denuo in lucem edendum exiſtimarit. Nec ma-

male de eodem eſt promeritus. Et finge, eu alicubi hallucinatum, tam putide tamen acerbe caſtigari non meruit, atqve a Dionyſ Petavio caſtigatus eſt, in præfat. ad Tomum Epiphanii. Sed hæc eſt nota characteriſti Petavii: Aliorum vel minimis vitiis offenc ſuis licet maximis abblandiri. (2.) *Th. Thummius, de feſtis Judæorum & Chriſtianorum*, Ti bingæ 1624. Qvod Opuſculum totum ex Ho piniani voluminibus excerptum eſt. (3.) *S. Hi ronymi Catalogus Scriptorum Eccleſiaſticorum cu notis variorum*, Lipſiæ 1722. *Primus* eſt Hie ronymus, qvi Auctores ab Eccleſiæ Chriſtian incunabulis uſqve ad ſuam tempeſtatem illu ſtres, & Scriptis qvibusdam inclytos, (nume ro CXXXV.) eo ordine qvo vixerunt deſcrip ſit, & in lucem publicam prodire juſſit, ut Cel ſo, Juliano, Porphyrio, & aliis Chriſtiano rum hoſtibus os obſtrueret, qvi Ethnicis per ſvaſerant, Chriſtianos eſſe ſtupidos & bardos nullosqve unqvam habuiſſe Viros doctrina & eruditione excellentes. (4.) *Chr. Sontagii ἀξιόχρεωα præcipuorum qvorundam Seculi XVI. & XVII. Theologorum Lutheranorum*, Altorfii 1710. Qvi vitas eruditorum literarum monumenti commendarunt adhuc, in eo pleriqve aliqvi humani paſſi ſunt, qvod rei literariæ non ſati rationem habuerunt, h. e. non expoſuerunt di lucide, qvæ in re literaria eorum fuerint me rita, conſilia, inſtituta, publica & arcana co namina, qvæ virtutes præcipuæ, qvæ vitia, qv modus ſtudendi, diſputandi, converſandi

vi

vivendi, edendi, bibendi, iocandi, ſe gubernandi domi, foris, & qvæ ſunt alia ad rem literariam illuſtrandam ſpectantia, qvæ ſi non omnia, pleraqve ſane ab Auctore ſunt perſpecta. Qvi eum in finem vulgavit hunc Biographiarum faſciculum, ut ſpecimen extaret, qva ratione vitæ eorum elucubrari debeant, qvi ius civitatis literariæ aſſecuti fuerunt; Nec male collocavit Operam. Multa enim de Septemviris his, qvos deſcripſit, tradidit, ab aliis non bene præterita. Multa etiam præteriit ad Hiſtoriam eorum literariam non attinentia. Meliore etiam & concinniore diſpoſitione uſus eſt, qvam vulgo obtinet. Et ſi lacunas pervulgatas Bibliographorum non omnes, qvasdam ſupplevit ſane, & qvomodo omnes inpoſterum ſuppleri poſſint, conſilio & exemplo docuit. (5.) *D. Gvil. Mollerus, de Moſe Philoſopho*, Altorfi 1707. Moſen omnium earum ſcientiarum peritum fuiſſe, qvibus Encyclopædia Philoſophica hodie abſolvitur, facile largiri poſſumus contendentibus, ſi intelligant, Scientiarum prima Elementa, & ſemina, & ova ſpermatica, qvæ naturæ & ſanæ rationis ſunt fœtus, non ea ornamenta & ſculptilia, & aranearum tela, qvæ ſucceſſu temporis a ſublititate artis ſunt attexta & ſuperaddita. (6.) *G. H. Götzii, de reliqviis Patriarcharum V. T.* Lubecæ 1710. Qvi reliqviis Patriarcharum adnumerandum cenſet locum, ubi Adamus peccata defleverit, Montem in qvo Cainus Abelem occiderit, ſpeluncam in qva Lothus perpetraverit inceſtum &c. eum fimbrias hujus vocis mirum qvantum dilataſſe

taſſe neceſſe eſt. (7.) *J. A. Schmidius*, *de factis & fatis duorum prophetarum Judaici & Bethelici*, 1. Reg. XIII. Helmſtadii 1710. (8.) *J. C. Busmannus*, *de Profeſſoribus Eloqventiæ priorum qvatuor Seculorum*, Helmſtadii 1710. (9.) *Ephemeridum S. Patrum bono cum Deo edendarum inſtitutum & Scopus*, Flensburgi 708. Scilicet hoc volebat Auctor, ſingulis menſibus, & in qvalibet Ephemeride 1) obſcura qvædam, & a novatoribus inflexa Patrum loca dextre & dilucide exponere & vindicare. 2) Palliatas hæreſes vero vultu conſpiciendas proponere, 3) qvod in antiqvitate occurrit, & novatorum fraude & malitia corruptum eſt, defendere; Sed tantum abeſt ut ad finem perduxerit hoc inchoatum opus, ut in menſe Majo conſtititerit ſtatim, & filum vix cæptum denuo abruperit. (10.) *M. Chladenius*, *de Monothéliſmo Honorii Papæ*, Wittenb. 1710. (11.) P. *Antonius*, *de Vita & doctrina Haymonis Epiſcopi Halberſtadenſis*, Halæ 1705. Commentatio ſtudioſe conqviſita, ſed qvæ acceſſionibus qvam plurimis locupletari potuiſſet, ſi Auctori doctiſſ. ad manum fuiſſent Gvilielmi Budæi annales Halberſtadenſes MSCti & inediti, qvorum ipſe in vita Alberti 2. p. 2. mentionem injicit, & qvorum hæc ipſa Alberti Biographia, qvi Epiſcoporum Halberſtadenſium fuit XXIX. Pars eſt, Halberſtadii 1624. 4. edita, ſcite, ſolide, copioſe elaborata, ſed inventu rariſſima. (12.) *G. H. Götzius*, *de Domeſticis Lutheri*, Lubecæ 1707. Scilicet vitam Lutheri demeſſuerunt alii; Spicas in hac Diatribe legit Auctor. Sed & ipſ
ad

dhuc granula qvædam colligenda reliqvit M. avidi Richtero in Genealogia Lutherorum p. 79. ſeq. (13.) *G. G. Zeltneri Paralipomenon ſiandrinum ſ. Leonhardi Culmanni vita & fata,* ltorf. 1710. Cujus Viri (Zeltneri) hæc eſt ndoles; Cramben ab aliis jam coctam non aponit lectori, & qvam apponit ita adornat, ut lat ſimul & oblectet. (14.) *Salomonis Geſneri ncio in funere Ægidii Hunnii*, Wittenb. 1603. 5) *M. Joh. Brendelii Concio in funere Caſparis euceri*, Serveſtæ 1603. Qvam Chriſtianus ierberus A. C. 1730. Dreſdæ recudi curavit, um admonitione præmiſſa: *Ich habe des ſel. Peuri Leich-Predigt dieſem meinen Theol. Bedencken eyfügen wollen, weil ſie ſehr rar und ſchwerlich u bekommen, gleichwohl aber ſehr erbauliche Dinge arinn enthalten, die einer guten Seele viele Erwekungen machen können. Ich verſichere den Leſer, aſs ich dieſe Leich-Predigt in vielen Bibliotheken ergeblich geſuchet.* (16.) *Widerlegung des Calviiſchen Teſtaments, Confeſſion und Leich-Predigt aſparis Peuceri, durch die Theologiſche Facultät zu Vittenberg*, Wittenberg 1603. (17.) *Teſtanent D. Caſpar Peucers*, Zerbſt 1603. (18.) *Teſtamentum Latinum D. Caſparis* Peuceri, Serveſtæ 1703. (19.) *Copey des Schreibens D. Caſpar Peucers aus dem Gefängniſs zu Leipzig an den Chur-Fürſten zu Sachſen &c.* ſ. l. 1603. (20.) M. *H. Vaſtelabus, de Vita & Agone D. Margaritæ Martyris*, Hagæ Schaumburg. 1618. (21.) M. P. *Wahrenburgi ab Altkirchen, Dialogus oppoſitus duabus narrationibus Hiſtoricis Herm. Hamelmanni*, 1592. (22.) M. *Sebaſt. Gobleri, Verantwortung*

der

der Schrifft, ſo D. Polycarpus Leyſer wider D. W-ſenbecks ſel. Erben ausgegoſſen, betreffend des S. Chriſtl. Abſchied und Bekäntniſs, 1589.

LXXVIII.

Ahaſveri Fritſchii Tr. de Typographis, Bibliop-lis, Chartariis (Papier-macher) & Bibliopegis, J-næ 1675. Rei literariæ ſtudioſis omnibus, ſe- iis cummaxime accommodatum Opus, qvi Ju-risprudentiam cum rei literariæ ſcientia con-jungunt, qvia qvæ de Typographis, Biblio-polis, Chartariis & Bibliopegis ſubnaſci po-ſunt dubia & problemata juridica, in eo plu-raqve ſunt tacta. Licet non omnia, qvo fie-debebat, acumine & plenitudine ſint deciſ- (2.) M. G. *S. Greenius, de Scholiaſte Ariſtophani*. Wittenbergæ 1695. Non vidit Vir πολυμαθ-ςατος J. A. Fabricius hanc Diſſertationem e- tempore, qvo de Ariſtophane commentatu-eſt L. 2. Bibl. Græcæ C. 21. p. 669. ſeq. Alio-qvin eandem non laudaſſe tantum, ſed totam forte ſuis conlectaneis inſeruiſſe credimus, u-qve adeo præclara eſt, & erudita, & guſtu- Fabriciano conſona. (3.) *P. Poiret defenſus ad-verſus Joh. Willh. Baierum, qvi eundem Sabellia-niſmi inſimulaverat*, Jenæ 1695. Petri Poiret de eruditione ſolida, ſuperficiaria & falſa Li-bri tres Francofurti & Lipſiæ (vel Halæ potius) excuſi A. C. 1694. in publicum prodibant, Chri-ſtiani Thomaſii Diſſertatione præliminari, de Scriptis Auctoris, ceu prologo qvodam Galea-

te-

, muniti. Qvæ tamen Auctoritate publica
pprimebatur ſtatim, & cum Poiretiano Ope-
venundari prohibebatur, ne in vulgus diſ-
ierent, qvæ in eo ſparſa erant nova Parado-
i. Seqvebatur autem anno ſeqvente 1695.
W. Baieri, de Monarchianis Anti-trinitariis
itiqvis & recentioribus Diſſertatio, in qva
yſterium Trinitatis ex rationis principiis de-
onſtrari poſſe negabatur, & Poiretus in ſuſpi-
onem Sabellianiſmi adducebatur. Qvam ma-
ilam hic Poiretiani nominis Hyperaſpiſtes, ſive
'homaſius fuerit, ſive alius, diluturus, haſce
n. Baiero oppoſuit vindicias, qvi eo ipſo anno,
vo prodiere, extremum effundens Spiritum
lacide in Deo obdormivit. (4.) M. C. *Schoet-
tnius, de librariis & Bibliopolis Antiqvorum*, Lip-
æ 1710. De qvo alibi. (5.) C *Meiſneri Eqvi-
ts Sileſii honoribus Academicis fulgentes*, Witten-
ergæ 1706. *Decas* I. Ejusdem *Decas* II. Ejus-
em *Decas* III. Ibidem. Eodem. Qvi ſi vitula
Nicolai Henckelii non araſſet, ænigma hoc Hi-
toricum non perveſtigaſſet. (6.) M. J. C.
*Kunckel, de Sileſiorum in Poëſi Germanica præſtan-
ia*, Lipſiæ 1698. Sileſios in Poëſi Germani-
a, jam inde ab Opitii ætate ſingularem præ
eliqvis Germanis habuiſſe prærogativam navi-
ous atqve qvadrigis contendit Auctor §. 7.
Diſſimulare tamen non poteſt, præter Sibyllam
reminem explicare poſſe, in qvo hæc præcellentia
conſiſtat; Et ſi ſupereſt adhuc & veſcitur au-
ra, facile concedet aliam eſſe hodie Poëſeωs
Germanicæ faciem, & qvi ante L. annos poſtre-
mæ conditionis erant Saxoniæ inferioris vates

S jam

jam cum præſtantiſſimis Sileſiæ Poetis de pa
ma contendere. (7.) *M. E. N.* (*Mag. Er*
mann Neumeiſter) *de Poëtis Germanicis hujus Secu*
præcipuis Diſſertatio Hiſtorico-Critica Recuſa, Witt
bergæ 1708. Juvenis erat adhuc Auctor A
C. 1695. cum hanc Diſſertationem primum ede
ret, Annum ætatis 24. vix egreſſus. In qva
qvi ab Opitii ætate Poëtæ Germani vel fuerin
vel eſſe voluerint, ordine Alphabetico recenſe
& qvæ in ſcriptis eorum vel obelo vel aſteriſc
digna ſint ſignificat, idqve libere ſatis inter
dum & modeſte. Sed conciſe nimium alicubi
& ob acuminis affectationem qvandoqve ſub
obſcure. (8.) *M. I. C. Blum*, *de Principibu*
Poëtis Diſſertatio prior, Lipſiæ 1709. (9.) Ejus
dem, *de eodem argumento Diſſertatio poſterior*. Ibid.
Eodem. Qvi priorem inſcripſit Antonio Ulri
co Duci Brunſvicenſium. Cui & Diſſert. 2. §
32. p. 26. in illuſtri Poëtarum Principum cho-
ro locum aſſignavit, ſed Cantionalis ejus men-
tionem non fecit, qvod ab eo profectum, ſub
titulo *Davidiſches Harffen-Spiel*, Norimbergæ
1667. prodiit, & cujus cauſa præcipue Poëtis
connumerari meruit. (10.) *M. J. C. Wolffius*,
de præcocibus eruditis, Hamburgi. De qvo ali-
bi. (11.) *M. J. C. Tſchanterus*, *de eruditis*
ſtudiorum intemperie mortem ſibi accelerantibus, Lip-
ſiæ 1704. Prior hæc eſt Diſſertatio Auctoris,
eaqve Hiſtorica, Poſteriori, qvæ ſupra N. LXXV.
n. 21. allata eſt, & Phyſica erat, omnino præ-
ferenda. (12.) *G. H. Götzius*, *de Sutoribus*
eruditis, *von gelehrten Schuſtern*, Lubecæ 1708.
Ubi in memoriam redit, qvod Chr. Thomaſius
ſcri-

ſ ibit in Programmat. XII p. 240. jam tempo-
r Socratis ſutores fuiſſe Philoſophos, & parum
a te adeo eos, qvi Böhmium impugnant, argu-
r entum inde deſumere, qvod ſutor fuerit. (13.)
I em, *de Erroribus qvos Joh. Bannier Sartor Star-
g dienſis propoſuit*, Lubecæ 1707. (14.) J. C.
Wolffii Carcer Eruditorum Muſeum, Wittenbergæ
1710. Non rediit in memoriam cum hæc com-
mentaretur Auctor Doctiſſ. Balthaſar Hencke-
lius J. U. D. & Sacræ Regiæ Majeſtatis Sveci-
cæ Conſiliarius, cujus apud nos extant Epiſto-
læ carcerales, Holmiæ 1640. in 8. editæ, &
qvæ cæteris ad hunc cenſum referendæ, qvia,
ut ipſe in præfat. de ſe ſcribit, intra biennii
ſpatium novem diverſos carceres ſuſtinuit, &
qvid inter haſce anguſtias carcerales per varios
cuniculos, & cum præſentiſſimo vitæ periculo
tentaverit, qvibus cogitationibus animum, cu-
juſvis ſupplicii contemtorem, & æternitatis me-
morem oblectaverit, in hiſce Epiſtolis ediſſe-
rit. Egregia ſane doctorum Virorum de iis
eſt exiſtimatio. D. G. Morhofius in Polyhiſto-
re L. I. C. 24. n. 94. p. 332. Balthaſaris Hen-
ckelii Epiſtolæ carcerales raræ ſunt; qvas ſe-
mel tantum vidi. Prodierunt Holmiæ 1640.
in 8. Fuit Henckelius Svecicus conſiliarius, &
negotiorum geſtor per Germaniam, durante
bello Germanico-Svecico. Inciderat is in ma-
nus Pontificiorum & Jeſuitarum, qvi illum in
carcere incluſum diu tenuerunt. Epiſtolæ ejus
varia habent Svecorum conſilia, Jeſuitarum
machinationes, & arcaniora qvædam illius bel-
li, qvæ alibi expreſſa non facile inveneris, Sti-

lus etiam non contemnendus. J. B. Majus
Orat. de ſcribenda Hiſtoria univerſali Sec. S
p. 28. Balthaſar Henckelius, de bello Sve
egregiam diſceptationem edidit, nec non E
ſtolas, qvas vocant, Carcerales, in qvi
varia Svecorum conſilia; Jeſuitarum machi
tiones, interioresqve iſtius belli cauſæ eleg
ter non minus qvam vere deſcriptæ ſunt. A
J. A. Fabricii Vol. 3. Bibl. Latinæ p. 205. 1
ubi plura reperies ad hoc argumentum illuſ
tum & illuſtrandum egregie facientia. Et J.
Betulii (Burchardi) Epiſtolam ad amicum
55. ſeq. (15.) *J. B. Menckenius*, *de Viris m*
tia ac ſcriptis illuſtribus, Lipſiæ 1708. De
ſupra. (16.) C. *H. Starckius*, *de doctorum*
privata, Lubecæ 1708. Vir agili & exercit
ingenio. Exqviſita etiam diligentia inſtruct
Et ad caput hoc Hiſtoriæ literariæ ornand
ſatis accommodatus. Sed ambagibus delec
tus nimium, & librorum rariorum & exim
rum ſuppellectile deſtitutus. (17.) *J. H. Fe*
kingius, *de Palinodia Sacra*, *ſive de retractati*
bus Theologorum in rebus fidei, Wittenbergæ 1
Schediaſma luculentum. In qvo dictio faci
vivax & florida, lectio pingvis, multa &
ria, Judicium compoſitum & ſedatum. Ma
ries rara nec a qvoqvam facile occupata,
gna qvæ ſubinde magis magisqve evolvatur
per omnes facultates atqve ſcientias diffun
tur. (18.) *G. H. Götzii Theologus Semi-Secul*
funfzig-jährige Lehrer in Chriſti Kirche, Lube
1709. Qvorum potiſſima pars vitæ labores f
runt, & incommoda Pſalm. 90. 10. (19.)

B. Carpzovius, de Medicis ab Eccleſia pro San-
habitis, Lipſiæ 1709. Ordine Alphabetico
dicos XXX. velut in tabula ſiſtit Auctor
Eccleſia pro Sanctis habitos, non ut
oratione perſeqvamur eorum nomina, ſed
eorum cum veneratione recordemur. (20.)
ſt. Kortholti diſqviſitio; Utrum Petrus Lotichius
ndus obſidionem urbis Magdeburgenſis prædixerit,
oni 1703. Petrus Lotichius ſecundus, qvi
berare Ovidium in Elegiis, & Virgilianam in
logis ſvavitatem unus exprimere videtur D.
Morhofio in Polyhiſt. L. I. C. XIX. §. 40. p.
4. Elegiam ſcripſit ad Joachimum Camera-
um de obſidione urbis Magdeburgenſis, qvæ
arta eſt Libri 2. editionis Lipſienſis 1594. 8.
qve in ea hoc ſingulare & propemodum di-
num eſſe ſcribit Morhofius l. c. qvod obſidio-
m & expugnationem urbis Magdeburgenſis
tegro Seculo in ea prædixerit. Veruntamen
n loqvitur Lotichius in hac Elegia de obſi-
one urbis Magdeburgenſis Pappenheimia,
æ A. C. 1631. contigit, ſed de Mauritiana,
æ A. C. 1550. die 16. Septembris cæpta, &
nno ſeqvente 1551. die 9. Novembris finita,
ab Henrico Meckelio eo tempore Senatui
agdeburgenſi a Secretis deſcripta, & Magde-
rgi 1587. excuſa eſt. Scilicet belli Smal-
ldici hic erat Paroxyſmus, qvo aura vitali veſ-
batur Lotichius, & cui ipſe intererat, & eqves
ciebat ſtipendia, ut patet ex ejus vita a Jo-
nne Hagio pereleganter deſcripta p. 450.
q. Nec obſcure hoc docet ipſe conditor hu-

jus Elegiæ, ubi urbem Magdeburgum introd
cit loqventem:

> Funera bis vidi campis indigna meorum
> Damna bis adverſo triſtia Marte tuli.

Qvas clades ea tempeſtate paſſos Magdebu
genſes Meckelius l. c. docet. Nec obſtat exp
gnationem urbis deſcribere Poëtam, qvæ
bello Smalcaldico nulla fuit; Non enim Hiſtori
perſonam ſuſtinet Lotichius, ſed Poëtæ. N
qvid factum ſit commemorat, ſed qvid fieri pc
ſit, & futurum fortaſſis ſit, conjectat. Et i
genii umbra utitur potius & imaginationibu
qvam veritate rei. Atqve in eo diſcrepat noſt
a Morhofii & Kortholti ſententia, qvos ali
qvin ea qva fas eſt veneratione colimus. (21
M. *Henricus Rothius de Martyriis affectatis*, Wi
tenb. 1709. Martyria affectata, vel ultro qvæ
ſita, a Pſeudomartyriis diſtinguit Auctor §. 7. Se
inter verum & falſum non datur tertium. I
qvia affectata martyria præceptis Chriſti, & m
ribus Apoſtolorum, & legibus naturæ, & pr
dentiæ Chriſtianæ ſunt contraria, Diſſertatio
hujus Architecto ipſo teſte & judice §. 1
Veraqve adeo Martyria dici non poſſunt, fal
erunt omnino, inprimis ſi ex ambitione ort
qvod accidiſſe qvandoqve Sulpitii Severi teſ
monio probatur §. X. (22.) *G. L. Baudiſius*
*titulis Viri inluſtris, ſpectabilis, Clariſſimi, Magn
fici, Excellentiſſimi, Ampliſſimi, olim aulicis nu
etiam Scholaſticis*, Lipſiæ 1706. Digna eſt m
teries cui aliqvid olei & operæ impendatur. N
defuit Auctori dexteritas Hiſtoriam qvandam
tul

torum concinnandi. Bene etiam cognita fuerint monumenta virorum doctorum, qvæ ad laborem hunc perficiendum ſunt neceſſaria, notitia dignitatum Orientis & Occidentis & in eam Guidi Pancirolli Commentarii, Jacobi Gutherii de officiis domus Auguſtæ libri, Jacobi Gothofredi ad Codicem Theodoſianum Comment. Hæc enim omnia laudat Baudiſius C. 2. §. 3. Sed incertos nos inſimul relinqvit qvare his triumviris Johannem Seldenum non addiderit, cujus extat illuſtre Opus de titulis honorum, qvod jam anno 1696. latine prodiit, & ſemel & iterum in hac exercitatione adductum eſt, ſed ita frigide, ut iſtud ab Auctore Doctiſſ. videri qveat obiter tantum inſpectum eſſe. (23.) *J. G. Fr. Boernerus de Romuli cognomento Clarisqve Qvirinis*, Lipſiæ 1709. Diſſertatio redolens Auctoris dexteritatem & ſolertiam. Oratio larga, ſine perturbatione, non ſine curſu tamen veniens. Diſpoſitio dilucida & expreſſa. Res ſelectæ, præclaræ, & ex ipſis fontibus petitæ, & in iis hoc præ cæteris minio dignum, qvod I. 2. §. 7. notatur Joh. Georgium Herwartum primum fuiſſe, qvi locum vexatiſſimum Luc. 2. v. 2. ita reddendum exiſtimarit. *Hæc deſcriptio prius vel ante facta eſt, qvam Syriæ præeſſet Quirinius.* (24.) M. *Chriſtophorus Schmitze de Judæo im mortali, von ewigen* Juden, Regiomonti 1711. Non Hiſtorica hæc eſt Diſſertatio, prout inſcribitur, ſed Mythologica potius. De Judæo enim hoc Peripatetico verbum non faciunt Scriptores Sacri N. T. nec Patres Græci & Latini. Et qvi ex recentioribus hanc fabulam attingunt ita in-

ter ſe diſſentiunt, ut ex diſcordia pateat, re[i] eſſe in incerto & in opinione dubia poſitam. D[e] qva & nos olim Scripſimus Schediasma, ſed ho[c] temporis injuria ita periit, ut ne nobis ipſis ho[-] die exemplum qvoddam ſuperſit. (25.) C. I[.] *Kochius de Ariſtotele in numero aureo*, Helmſtad[.] 1703. Qualis ſit ille Index MSCtus numm[o]rum, aureorum, argenteorum & æneorum, q[vi] in manus auctoris incidit, & in qvo una cu[m] aliis nummus fuit Ariſtotelis effigie notatus, n[os] qvidem dicere non poſſumus, qvia Auctori i[d] indicare dilucide non placuit; Hoc autem di[-] cimus, qvæ de hoc nummo ipſi diſſerere l[i]buit, meros eſſe luſus ingenii. (26.) *M. R[o]manus Teller de exiſtimatione Philoſophoru[m] gentilium, inprimis Ariſtotelis, apud Chriſtiano[s]* Lipſiæ 1695. Qvæ Diatribe confuſa eſt, & ſin[e] ordine moles, & ſine judicio. (27.) M. Jo[.] *Gottlieb Olearius de Pomponatio*, Jenæ 1709[.] Diſſertatio docta & lectu digna, in qva omne[m] Atheismi maculam ex nomine Pomponatii elu[e]re ſtudens, eam a cæcis Ariſtotelis amatoribu[s] profectam, ipſiqve præter meritum inuſtam co[n]tendit. (28.) J. C. *Hertzog de Philoſophia Pra[-] ctica Apollonii Tyanæi*, Lipſiæ 1709. Apollo[-] nium Tyanæum Spinoſiſmi ſcabie infectum fui[ſ]ſe vel ex ſola Epiſtola ejus patet, qvæ Valeri[o] inſcripta, in ſylloge Epiſtolarum ejus qvinqvage[-] ſima octava eſt, vbi p. m. 402. ita ſe prod[it] ſorex: *Rerum viſibilium nullus modus ſingulorū eſt individuorum, ſed omnis eſt modus unius rei ſi[n]gularis. Hoc vero qvo alio qvis nomine vocans qva[m] primæ eſſentiæ recte nominaverit? Qvæ ſane ſola e[ſt]*

fi

cit & patitur, *& fit omnia in omnibus*, *Deus æter-us*, *nominum tantum & repræſentationum varieta-e proprium nomen amittens*, *injuſte licet* &c. Ipſe ane Auctor Diſſertationis §. 4. p. 5. fatetur, Tyanæum in his verbis ſtateram tranſiiſſe, & Godofredum Olearium celeberrimum Commen-atorem de hac re conſulendum eſſe dictitat. Qvi l. c Apollonium non longe abfuiſſe a Be-nedicti Spinoſæ ſententia diſerte ſcribit, qvæ Herzogium procul dubio puduit referre. Si enim alis fuit Philoſophia Tyanæi theoretica, qva-em ejus Philoſophiam practicam fuiſſe putabis? Scilicet digna magis, qvæ tenebris perpetuis op-primatur, qvam qvæ tanto labore e ſchedis ejus eruatur, & tot præconiis condecoretur. (29.) *Thomas Ittigius de Guilielmo Poſtello*, Lipſiæ 1704. In qva Commentatione naturalis, faci-lis, & inaffectata dictio, librorum rariſſimorum lectio, rerum ſexcentarum, qvæ incognita ſunt aliis, expoſitio. Sane de Poſtelli vita, ſcri-ptis & doctrina nemo unqvam diſſeruit copio-ſius. (30.) Joh. *Wolfgang* Jägerus *de vita & do-ctrina Benedicti Spinozæ*, Tubingæ 1710. Qvi de vita qvidem Spinoſæ nihil dixit, qvod ab aliis non jam dictum ſit antea, doctrinam tamen abundantius expoſuit qvam reliqvi Biographi, eamqve ex ipſis Spinozæ ſcriptis hauſtam. Qvo ipſo iis maxime rem gratam fecit, qvi monu-menta hujus hominis vel non compararunt ſibi, vel non lectitarunt. (31.) *Franſciſcus Cuperus mala fide, aut minimum frigidé, Atheiſmum Spinoſæ oppugnans. Qvod docet Joh. Wolfg. Jägerus*, Tu-bingæ 1710. Scilicet Cuperus eorum potius

Catalogo, qvi Atheiſmo dicam ſcripſerunt, qvam qvi ejus cauſam defendendam ſuſceperunt, videri poſſet inſerendus, ſi ex ſpecie tantummodo, non ex re ipſa eundem æſtimare velimus. Oppoſuit enim ſe Benedicto Spinozæ, ejusqve tractatum Theologico Politicum refutavit. Atqve hoc libri primi Arcanorum Atheiſmi revelatorum argumentum eſt, cui ſuperaddidit ſecundum, in qvo Atheorum omnium tela ſe infracturum pollicetur. Sed fumos vendit, & prodigioſam rerum magnarum ſpem oſtentat qvidem ſatis arroganter, verum nihil præſtat, qvod nos luculenter docuimus in Catalogo Bibliothecæ - Theologicæ Syſtematico - Critico p. 987. ſeq. Qvo lectorem amandamus, ut, qvæ a nobis & Diſſertationis Auctore doctiſſimo de hac re diſputata ſunt, inter ſe componat. (32.) *Erneſtus Sal. Cypriani de Philoſophia Thomæ Campanellæ*, Helmſtadii 1700. Programma hoc erat auſpicale, qvo in Academia Julia lectiones publicas indixerat Auctor eo anno, qvi in Inſcriptione expreſſus eſt. Qvod acceſſionibus qvibusdam auctum, & in formam libelli redactum, recuſum eſt poſtea Amſtelodami 1705. in 8vo. tum pluribus additamentis locupletatum, & prologo qvaſi galeato munitum contra Jacobum Echardum Monachum Dominicanum, qvi iſtud exſcripſerat, & grati animi loco Auctorem variis contumeliis conſpurcaverat, tertia vice typis repetitum Amſtelodami apud Wettſtenios 1722. 8. Unde poteſt intelligi qvam non injucundum orbi erudito hoc fuerit opuſculum. (33.) *Vita & Scripta Wilhelmi Erneſti Tentzelii con-*

onſcripta ab Adolpho Clarmundo Latine & Germanice, Dresdæ 1708. Vir in qvo multæ literæ, & eæ qvidem reconditæ & exqviſitæ erat Tentzelius. Et optandum ut, qvem ipſe de ſe, & rebus ſuis condidit, extaret Commentarius. In eo enim multa fuiſſe ſingularia, & maxime Scriptorum ſuorum occaſiones & Hiſtorias teſtis eſt Clarmundus, id in fine hujus Biographiæ corrigens, qvod in medio ejusdem ſcripſerat; Sed qvia ſpes omnis eundem oculis uſurpandi nunc decollavit prorſus, hoc Catone debemus eſſe contenti. (34.) *G. H. Goetzi Vita Jacobi Batti & Nicolai Medleri*, Lubecæ 1710, (35.) Ejusdem *de Cornelii a Lapide Commentariis in SS. Lipſiæ 1699. de qvo Meletemate Vol. 67. N. 13.* (36.) *M. J. G. Hoffmann de Ioh. Hoffmanno primo Academiæ Lipſienſis Auctore & Profeſſore*, Lipſiæ 1710. (37.) *Chriſt. Cellarius de Silio Italico Poeta Conſulari*, Halæ 1710. Cajus Silius Italicus eſt Poeta latinus epicus, ætatis argenteæ, qui ſcripſit XVII. libros de bello Punico ſecundo, ordine Chronologico, ſtiloqve copioſo, & Virgilium æmulante qvidem, ſed eundem non prorſus aſſeqvente, ut conſtaret

Decus omne laborum
Antiqvæ Heſperiæ, qvantos ad bella crearit,
Et qvot Roma Viros, ſacri cum perfida pacti
Gens Cadmæa, ſuper regno certamina movit.

Atqve in eo recenſendo h. e. notis ſuccinctis, tabulisqve geographicis, & neceſſariis indicibus

bus inſtruendo ea tempeſtate diſtrictus fuit Cellarius, qva hanc Diſſertationem in publicum prodire permiſit. Siqvidem A. C. 1695. Lipſiæ e prelo erupit ejus Silius in 12mo. Ad qvem rite intelligendum introductionis loco poteſt eſſe hæc lucubratiuncula. In qva is rerum eſt ſelectus, ea diſpoſitionis venuſtas, id dictionis decus, ut, ſi de Auctoribus Claſſicis omnibus ejusmodi extaret Commentatio, ii qvi literis humanioribus delectantur, felicius in hoc ſtadio poſſent progredi, & meliores in iis facere progreſſus. Sed Cellarii

> Apparent pauci nantes in gurgite vaſto,
> Muſarum;

Sicut Poëtæ conſulares pauci. (38.) *Ioh. Molleri Diatribe Hiſtorico-Critica de Helmoldo presbytero in Wagria Boſovienſi*, Lubecæ 1702. Vir in Hiſtoria literaria verſatiſſimus, & in Cimbrica ſine pari, qvod vel ſola hæc Diatribe docet. In qva de Chronici Helmoldiani Auctore, ejusqve virtutibus & vitiis, meritis & elogiis, fatisqve proſperis & adverſis, continuatoribus etiam & editoribus ita diſſerit, ut omne tuliſſe punctum videri qveat. (39.) *Nic. Hieron. Gundlingii C. Trebatius Teſta ICtus injuriis tam veterum qvam recentiorum auctorum liberatus*, Halæ 1710. Liberiore qvidem calamo ſcripta Apologia, ſed docta tamen, & multa elegantiſſimaqve eruditione conſtipata Recuſa Lipſiæ 1736. accurante G. A. Jenichen, qvi præfationem de JCtis Romanis illuſtribus adjecit, & ſingularia qvædam de Trebatio annotavit.

LXXIX.

Joh. Mich. Langii Philologiæ Barbaro-Græcæ Pars. I. & II. Altorfii 1708. Lingua Græca tantum puritatis nativæ perdidit, qvantum peregrinarum vocum & phraſium ſucceſſu temporis admiſit. Qvod aliqvantulum fecit poſt Alexandri M. ævum, pluſculum poſt vaſtum Romanorum in orbe imperium, plurimum poſt Conſtantini M. tempora. Sed de mutationibus hiſce parum ſoliciti fuerunt Germani ante Martinum Cruſium, qvi in Turco-Græcia Baſileæ 1585. edita fol. 185. ſe πρῶτον linguæ Barbaro-Græcæ in Germaniam introductorem appellat. Nec id ſine ratione. Ac licet poſt ejus obitum intermortuum quaſi fuerit apud noſtrates Philologiæ Barbaro-Græcæ ſtudium, revixit tamen ſuperiori Seculo, poſtqvam A. C. 1628. verſio N. T. Barbaro-Græca edita eſt Lugduni Bat. qvæ Londini poſtea 1703. ope Hieromonachi Seraphim recuſa eſt. Nec parum ad iſtud in vitam revocandum, & exqviſitius excolendum, attulit Græcorum qvorundam ex Oriente ad nos profectorum peritia, Michaelis Anaſtaſii Macedonis cumprimis, qvi in Academia Halenſi ſubſtitit noſtra memoria, & qvod Auctor P. 1 Diſſert. 1. §. 20. hujus Philologiæ fatetur, eandem in hiſce ſtudiis egregie juvit ornavitqve, atqve hinc nata Joh. Tribbechovii Græcæ linguæ vulgaris elementa, Jenæ 1705. in 8. impreſſa, Georgii Matthiæ Königii Grammatica, & Lexicon Babaro-Græcum ineditum, (vid. Diſſert. 1.

P. 1.

P. I. §. 20.) Et Auctoris noſtri Philologia Barbaro-Græca, in qva de linguæ hujus fatis, Auctoribus, adminiculisqve ea profert, qvæ Lectorem harum deliciarum cupidum non poſſunt non capere & delectare. (2.) C. D. *Kochius de Metaphyſica Ariſtotelica*, Helmſtadii 1710. (3.) *J. P. Ludewig Hiſtoria rationalis Philoſophiæ apud Arabes & Turcas*, Halæ 1709. Polyhiſtorem Logicum eo tempore parturiebat Auctor, cujus & Schema in fine Diſſertationis Lectori exhibet, egregium ſane, ſi lambere hunc fœtum & maturum in lucem emittere potuiſſet. Sed qvia facile prævidebat, ſe aliis occupationibus diſtentum id vix ac ne vix qvidem ſperare poſſe, hanc hujus Coloſſi literarii edidit particulam, eximiam omnino & Polyhiſtoriæ non vulgaris teſtem. In qva, ſi qvid non ſatis amuſſitatum eſt, & ad funiculum exploratum, id eo facilius condonandum eſt Auctori, qvo certius eſt, qvod ipſe de ſe §. 9. p. 24. ſcribit: *Primum* ſe occupaſſe hanc materiam, & fragilem truci huic pelago commiſiſſe ratem. (4.) *C. D. Kochii Initia Polyhiſtoris Logici*, Helmſt. 1710. Exemplo Ludewigii excitatus manum injecit huic Operi Auctor; Sed inchoatum id qvidem eſt, non autem ad finem perductum, nec Hiſtorice elucubratum, ſed rapſodice, & Paradoxologiis variis diſtinctum (p. 18.) ſed qvæ tentatæ fuerunt magis, qvam expolitæ. (5.) *D. Nic. Hieron. Gundlingii Hiſtoria Philoſophiæ moralis*, Halæ 1708. Primum hoc eſt eruditionis ſpecimen, qvod Auctor chartis conſignavit ad Profeſſoris publici honorem in Academia Fridericiana evectus. Et injuriam

aceremus manibus illius, ſi diffiteremur, eundem le Philoſophiæ moralis antiquitatibus egregie ſſe meritum. Rara & præclara multa excuſſit nonumenta. Libere de Scriptis & Scriptoriꝰus dixit ſententiam. Veritates qvasdam abſtruas & reconditas detexit. Et qvalis fuerit olim Egyptiorum, Chaldæorum, Arabum, Indoum, Gallorum, Ebræorum & Phœnicum diſciplina morum ita docuit, ut ante eum nemo. Qvod vero Vir qvidam eruditus exiſtimat, nihil n hoc Meletemate obelo notari poſſe, qvam vod ultra partem primam nihil prodierit, id videm ὑπερβολικῶς pronunciatum eſſe exiſtinamus, cum emendari omnino, & addi eidem nulta qveant, inprimis C. IV. & V. ubi Araum, & Perſarum antiqvorum Philoſophia moalis deſcribitur. (6.) *M. J. J. Loſii Diſcurſus Theologico-Philologicus de ſucceſſiva corruptione Judæorum*, Wernigerodæ 1711. *Curſum* exſpeabat lector, non *Diſcurſum*, eumqve non Theoogico-Philologicum, ſed Hiſtoricum. Diſcurus enim, ſi claſſicos Auctores conſulas, curſus agus & incertus eſt, *ein Umlauff*, vide N. 20. t ſucceſſiva Judæorum corruptio, exergaſiam eqvirebat Hiſtoricam, non Theologico Philologicam. (7.) *Anonymi Antiqvitas Romanæ, ſed on Catholicæ religionis*, ſine loco 1632. Pontiiciorum ſacra partim ab Ethnicis partim a Juæis mutuo eſſe accepta, atqve hinc non ſine mni ratione dici poſſe antiqva, pereleganter doet Auctor. Qvi, teſte Prologo p. 3. fuit M. Heinricus Chriſtianus, cum eo, qvi hanc ſeundam editionem accuravit, non confundendus,

dus, qvi, qvem Chriſtianus ante plures ann emiſerat libellum Hiſtorico-Polemicum, acce ſionibus qvibusdam locupletatum, denuo pr dire juſſit, idqve, ut ipſe in præfat. p. 3. ſcr bit, inter tot armorum ſtrepitus. (8.) *Chri Hoffmanns Catholiſcher Kirchen-Spiegel*, ſ. a. 16 Qvod procul dubio confictum eſt nomen; R autem minime conficta eſt. Scilicet, Eccl ſiam Evangelicorum veram eſſe & antiqvam Pontificiorum contra muſteam, & recentem falſam. Adeoqve bona Eccleſiæ ab iis occup ta, hiſce reſtitui non debere, nec repetund rum accuſari poſſe qvi cætui Lutherano nome dederunt. (9.) *Martini Rudolphi* Papa *Barbaru* Islebiæ 1617. Secularis hæc eſt oratio a Ma tino Rudolphi Islebienſis Eccleſiæ ad D. Pet Cantore, in Gymnaſio Islebienſi publice recit ta, cum Jubilæi Evangelici feſtivitas in eo ag taretur. Rara omnino, ut ſolent Schediasm ta ejusmodi minora, ſed non indigna tame qvæ ſemel & iterum legatur. Neqve enim ve bis deeſt gratia, nec rebus lepos. Siqvide perjucundum eſt ſiccis oculis videre monſtr natantia, &, qvam ſqvalida fuerit Muſarum Reipublicæ literariæ facies ante Lutheri temp ra, adſpectu qvaſi ſenſiſſe. Hoc enim caput e hujus orationis, hæc ſumma. Hoc Auctor i culcat præcipue, & variis exemplis illuſtrat, ex ungue lector Leonem æſtimare qveat. Ecc enim Grammatices ignorantiam ex deſcriptio Magni Chriſtophori, Coloniæ olim confect ſi Rudolpho fides,

Sar

Sanĉte Chriſtophore,
Qvi fers JEſu Chriſte,
Per magnum fluvius,
Nec aqva tangit culus,
Et hoc non eſt mirum,
Qvia tu es magnum Virum.

Nec major fuit Dialeĉtices peritia, ſi verum [e]t qvod Auĉtor p. 15. ſcribit, fuiſſe, qvi ad-[ho]c Sophiſma. Aſinus habet pedes; Tu ha-[be]s pedes. Ergo. Reſponderit diſtingvendo [in]ter pedes rationales & irrationales. Qvaſi [sc]ilicet in forma nihil inſit obelo dignum, & ſola materia lateat vitium, ſicut angvis in [h]erba. Non tangimus ea qvæ ad Rhetoricam, [Po]eſin & Theologiam ſpeĉtant portenta. Ne-[sc]io enim qvid ſit qvod nobis animum inſpirat [d]e fide Auĉtoris in qvibusdam ſecus exiſtiman-[di], & ſuſpicandi qvod nonnulla ex ingenio vel [ip]ſe confinxerit, vel confiĉta ab aliis ſine præ-[v]io examine admiſerit. Sane mens ejus tota [in] Pontificios acri ira exæſtuat. Et qvod diſci-[p]uli interdum delirarunt, id tribuit Præcepto-[ri]bus. Et ſoli Papæ illos fluĉtus adſcribit, qvos [ej]us ſatellites & adminiſtri in ſimpulo excita-[ru]nt. Inſidiis fallaciæ non cauſæ ut cauſæ cir-[c]um ventus. (10.) *Intimatio Jubilæi Evangeli-[ci] in Academia Wittenbergenſi*, Ibidem 1617. (11.) *[O]rdnung, wie daſſelbe in denen Churfürſtl. Landen [so]ll gefeyret werden.* (12.) *Leonhardi Rechten-[b]ach Oratio Jubilæa in Gymnaſio Iſlebiano, de Se-[c]eſſione Eccleſiarum Lutheranarum ab Eccleſia Roma-[n]enſium, ſitne illa Apoſtaſia à fide Chriſti ad per fi-*

 diam

diam Anti-Chriſti vel ſecus? Islebiæ 1618. (
Gerh. Bunthenii a Concionibus in Coradsburg Or de Bachanalium ſeu Lupercaliorum origine turpitudine, & laſcivia recitata Ermislebii in æde p.. chiana, Halberſtadii 16 3. (14.) *G. Zeltneri Eloqventia Hæreſium obſtetrix*, Alt. fii 710. Ubi tria ſe exhibiturum capita promi in proëmio 1) Hiſtoricum, hæreticorum ab e qventia famoſorum Catalogum ſiſtens. 2) Ph loſophicum, modum & cauſas oſtendens, qvil eloqventiæ donum multum ad hæreſes movi das promovendasqve adjumenti tulerit. Practicum, media præſervantia præſcribens, ſimili artis optimæ abuſu pari exponamur pe culo; Sed hæc Diſſertatio præter primum A culum nihil comprehendit amplius. (15.) *J. Frid. Schneider, de propagatione Philoſophiæ contemtu*, Halæ 1708. Ambigua eſt inſc ptio hujus Diſſertationis, nec apertior mu rerum in ea comprehenſarum exædificatio. qva hoc maxime agit Auctor, ut doceat, co temtum Philoſophiæ, &, qvæ in ejus coro nitent, diſciplinarum, occaſionem dediſſe ſ pius, eas ſtudioſius excolendi, ut ponde palmæ ſe animoſius extollendi. Qvod diſcu ſione non indignum eſt argumentum. Sed m ſcet Schneiderus Philoſophiam cum Theolog aliqvoties. Nec Hiſtoriæ Philoſophicæ præ diis ſatis munitus eſt. Et facultate cogitata ſ compoſite, ornate & dilucide explicandi d ſtitutus. (16.) *J. A. Schmidius, de modo pr pagandi religionem per carmina*, Helmſtadii 171 Patentiorem ſibi ſelegit Auctor campum qva
1

.. S. Cypriani, qvi de propagatione hæreſium
er carmina Meletema qvoddam ſcripſit, cum
oſter hic Gamaliel (fuimus enim olim ſub
jus diſciplina) de propagatione religionum
er carmina commentatiunculam elucubrare in
nimum induxerit. Duæ autem inprimis reli-
iones ſunt qvas excutit, *Judaica* & *Chriſtiana.*
)yarum Poëtas omnes tanta navitate enumerat,
t totam Poëſeωs Judaicæ & Chriſtianæ Hiſto-
iam exhauſiſſe videatur, Vir omne genus ſtu-
iorum pervagatus, & in Hiſtoria literaria ita
erſatus, ut pauci. In luſtrando ſedulus & in-
efeſſus, in narrando candidus, in decernen-
lo parcus, in laudando liberalior. Et in de-
niendo tam cautus & providus, ut in rebus
mbiguis ἐπέχειν eligere, qvam certi qvippiam
ronunciare maluerit. Cujus rei illuſtre §. 12.
). 21. deprehendes ſpecimen ubi de natura
Poëſeωs antiqvæ Ebraicæ verba faciens, ſen-
entias aliorum recitat, ſuam cohibet & in ſinu
ccultat. (17.) J. C. *Wolfii Hiſtoria Bogomilorum*,
Wittenbergæ 1712. Laudata eſt hæc Com-
nentatio a J. A. Fabricio in Bibl. Græca L. VI.
C. X. p. 784. & ſuo merito ac jure laudata.
Non enim habemus qvi Bogomilorum Sectam
Sec. XI. & XII. graſſantem, & a Bulgaricis vo-
abulis *Bog* & *milui* h. e. *Deus miſerere* ſic appel-
atam, *derer ſich GOtt erbarmet*) tam copioſe, &
exqviſite, & luculenter & erudite deſcripſerit,
vel deſcribere potuerit, qvam Commentationis
Auctor, qvi apparatu monumentorum rariſſi-
morum editorum & ineditorum fuit inſtructus,

 Eu-

Eutymii Zigabeni Panoplia dogmatica cu primis, Græce nondum edita, ex Bibliothe Bodlejanæ tabulario ipſi communicata, c unus & ſolus eſt ex antiqvis, qvi Bogomil rum dogmata literis commendavit, & ad p ſteros transmiſit. (18.) *Zacharias Grapius, Neo-prophetis* Cemmenis *Angliam & Scotiam ho turbantibus*, Roſtochi 1711. Qvi primis huj Seculi annis univerſam Europam murmure ſi implevit rumor de Neo-prophetis hodie plar conticuit. Et uno digitulo, qvod ajunt, uni verſam hanc ſcenam diſturbare poſſumus, dicimus, qvæ a vatibus hiſce prædicta, & a Auctore Sect. I. §. 4. p. 17. & §. 9. p. 27. alla ta ſunt vaticinia uſqve adeo non eſſe impleti ut exitus rei a verbis prorſus diſſenſerit. (19.) Jac. a Mellen, *de Itineribus Lubeccenſium Sacris, de religioſis & votivis eorum peregrinationibus, vul go Wallfahrten*, Lubecæ 1711. Commentati in qva multa lectu digna, qvæ alibi fruſtr qværas. (20.) Jenckinus *Thomaſius*, *de pere grinationis literariæ inſigni utilitate*, Baſileæ 1707. Lege, & judica, utrum Thomaſii ſententi probanda magis an Senecæ, qvi in Ep. CIV p. m. 608. Peregrinatio notitiam dabit gen tium, novas tibi montium formas oſtendet inuſitata ſpatia camporum, & irriguas peren nibus aqvis valles - - cæterum neqve melio rem faciet, neqve ſaniorem. Inter ſtudia ver ſandum eſt, & inter auctores Sapientiæ, ut qvæſita diſcamus, nondum inventa qværa mus. - Qvamdiu qvidem neſcieris qvid fu giendum, qvid petendum, qvidve neceſſa rium,

im, qvid ſupervacaneum, qvid juſtum qvid neſtum ſit, non erit hoc peregrinari, ſed tare. Nullam tibi opem feret iſte diſcurſus. (21.) J. *A. Schmidii notitia Ordinis Ciſtertienſis*, elmſtadii 1711. Vid. Vol. 51. n. 16. (22.) *h. Petri Ludewig Hiſtoria Qvadripartitæ Erudinis*, Halæ 1711. Scripſerat Chriſt. Thoaſius A. C. 1710. Programma Academicum, Ortu & progreſſu qvatuor facultatum qvæ odie in Academiis florent. Cujus hæc Hiſtoa eſt rivulus ex Thomaſii fonte deductus, & uctarium inventis Thomaſianis additum, & aralipomenon Chronico Thomaſiano adjeum. De qvo plura diſſerimus in Syſtemate ntiqvitatis literariæ p. 120. (23.) *M. Chriſt. vilielmus Vollandus, de ſolidæ eruditionis ſubſiiis*, Wittenb. 1710. Præclarum argumenum. Sed Auctor ἀκροχειρίζεται, h. e. extreis digitis tantum, & leviter idipſum contreat, ut luctatores ſolent qvi ἀκροχειρισταὶ ppellantur. Solam enim notitiam librorum ommendat velut eruditionis ſolidæ ſubſidium. Cum ad Eruditionis ſoliditatem & eminentiam omparandam converſatio cum eruditis, & neditatio non minus faciat, qvam bonorum Auctorum lectio. (24.) M. *Ephraim Gerhardi, de nonnullis Sapientiæ impedimentis*, Jenæ 1705. Diatribe docta, arguta, ſale & aceto perunta, non compilata ex aliis, ſed ex ingenio & experientia Auctoris educta, ut ſtamen e pectore araneæ. In qva multa peplo Minervæ digna. Errores vulgares eruditorum notati.

T 3 Cau-

Cautiones qvædam egregiæ præſcriptæ. Fontes unde manant impedimenta ſapientiæ detecti. Et in iis qvidam, qvos alii adjumenta & ſcaturigines veræ eruditionis dixiſſent, v. g. Multitudinem eruditorum, Academiarum, dignitatum Academicarum, Librorum &c. Ephemeridum inprimis Literariarum noſtro judicio qvibus orbis eruditus hodie velut illuvie qvadam immiti inundatus eſt, & ex qvibus oritur illa Hiſtoria, & βιβλιογνωσία, & eruditio Iournaliſtica, veræ ſapientiæ ſimia. (25.) M. *Joh. Henr. Bocriſius*, *de Veris & fulſis Philoſophiæ & Philologiæ ſubſidiis*, Jenæ 1708. Cento ſine judicio conſarcinatus. (26.) *Artium illiberalium* Qverimoniæ &c. 696. Auctor eſt Gabriel Wagner, qvi, ſub ficto Realis de Vienna nomine, varia Schediaſmata edidit opprobriis & convitiis plena. (27.) *Joh. Jac. Müller*, *de virtutibus ac vitiis Philoſophorum Orientalium*, Jenæ 1709. De qvo Vol. 51. n. 3. (28.) *Dan. Gvil. Moller*, *de Matheſi barbarica*, Altorf. 1711. Ubi diſciplinas Mathematicas, Arithmeticam, Geometriam, Mechanicam, Architecturam, Aſtrologiam & Chronologiam, jam ante Græcos a barbaris excultas, & ad aliqvem perfectionis gradum deductas contendit Auctor, J. J. Scaligeri ſententiam alienam eſſe a veritate commonſtraturus, qvi in Prolegomenis in M. Manilii Aſtronomicon docuerat contrarium. (29.) *M. P. C. Hilſcherus*, *de Chreſto Svetonii qvod non ſit Chriſtus*, Lipſiæ. Scilicet qvia nomina non conveniunt, & tempus repugnat, & hiſtoria

diſ-

diſentit, & ſtilus reclamat. Hi enim ſunt illi cardines, qvibus ædificium hoc Hilſcherianum ſatis affabre extructum incumbit. (30.) *J. F. Buddeus de Origine, dignitate & uſu nominis Chriſtiani*, Jenæ 1711. De qva C. A. Heumannus in Diſſert. de ortu nominis Chriſtianorum §. 2. p. 5. not. a. Edidit A. C. 1711. doctiſſimam de origine, dignitate, & uſu nominis Chriſtiani ad Act. XI. v. 26. Diſputationem præſtantiſſimus Theologus Buddeus. At cui religioni fuerint addicti, qvi primi Chriſtianorum nomen uſurparunt, Judæine fuerint an Ethnici, an Chriſtianæ religionis ſocii, non diſqvirit. Qvæ ipſa mihi fuit occaſio componendæ hujus diſſertationis. Hactenus Heumannus. Et ſane hujus vocabuli non ita demeſſuit ſegetem Buddeus, ut Heumanno non amplum reliqverit ſpicilegium. (31.) *J. P. Ludewig, de Edicto Juliani contra Philoſophos Chriſtianos*, Halæ 1702. Qvis præter Auctorem in hanc meſſem falcem immiſerit, & de occluſis a Juliano Scholis commentatus ſit, copioſe, ut ſolet, docet J. A. Fabricius in Salutari luce Evangelii C. XIV. p. 302. ſeq. (32.) *J. F. Schneider, de variis argumentandi Methodis veterum ac recentiorum philoſophorum*, Halæ. De qva vide ſis noſtrum judicium in Syſtemate Antiqvitatis literariæ p. 143-152. (33.) *M. J. C. Günther, de modo diſputandi Megarico*, Jenæ 1707. Lucernam olet hæc diſſertatio. Siqvidem vix ullibi modum diſputandi Megaricum ea diligentia excuſſum reperias. Scriptores antiqvi operoſe conſulti, teſtimonia eorum accurate examinata, dilucide ex-

plicata, exemplis illuſtrata, ab objectionib vindicata &c. Et ſi cautelæ de hoc diſputan modo §. 11. p. 16. ſuppeditatæ paulo eſſe uberiores, omne fere punctum tuliſſet Auctor

LXXX.

Orationes aliqvot recitatæ in Academia Witte: bergenſi poſt Philippi obitum, Wittenbergæ 156 Extant declamationum & denunciationum i Academia Wittenbergenſi ab A. C. 1544. uſqv ad A. C. 1571. ſcriptarum Tomi Sex. De qv bus Thomas Crenius in Animadverſ. Philolog cis P. I. C. 1. §. 8. p. 12. Sunt in Tomis decl mationum, & intimationum Wittenbergæ ſu periore Seculo ſub initium reformationis hab tarum nonnullæ præfationes, qvæ ut cogno ſcantur, rei Theologicæ & literariæ intereſ Qvam *rari* autem dicti declamationum & int mationum, id eſt, programmatum in Biblio thecis Belgicis, ubi alias maxima rarorum & ſelectorum librorum copia, ſint, Catalogi in dicant, in qvibus me illorum titulum, hacte nus legiſſe, niſi ſemel, non recordor. Hacte nus Crenius. Atqvi hi Tomi omnes ſunt apu nos. Et qvæ in hac Sylloge continentur Ora tiones pleræqve leguntur Tomo V. Pleræqve inqvam, non enim omnes ibidem reperiun tur. Atqve iccirco in honore habenda eſt hæ Collectio, qvia ex ea ad Tomum jam dictum fieri poteſt acceſſio. 2) *Jacobi Herbrandi Orati funebris in obitum Philippi Melanchtonis*, Tubin gæ 1560. Qvinqve integros annos ſub Philip

P

i diſciplina fuit auctor, omniaqve vitæ ejus
t doctrinæ Secreta ita perſpexit, ut Cleanthes
enonis. Idoneus icciro ad Hiſtoriam Biogra-
hicam condendam. In qva Præceptoris vi-
am, eruditionem, ſcripta, mores &c. genere
icendi Philippico, h. e. perſpicuo, æqvabili,
t temperato exponit, & merita cumprimis li-
eraria commemorat, ſcilicet

(1.) Philippum *primum* verum Philoſophiæ uſum monſtraſſe, Methodicam tractationem ad materias Theologicas accommodaſſe, ac utriuſqve Theologiæ & Philoſophiæ diſcrimen recte docuiſſe. Pauciora item & breviora tradidiſſe præcepta, atqve exemplis utiliſſimis illuſtraſſe, & uſum eorum monſtraſſe. Studia artium & lingvarum ac veræ Philoſophiæ & Mathematum ſua induſtria & auctoritate accendiſſe, & qvaſi poſt liminio revocaſſe, & ad communem vitam transtuliſſe.

(2.) Diſputationum Paulinarum in Epiſtolis, de juſtificatione gratuita ſolius fidei, ex miſericordia Dei propter mediatorem Chriſtum, diſpoſitionem & ordinem, Spiritu S. doctore *primum* animadvertiſſe & Eccleſiæ monſtraſſe.

(3.) Ejusdem, *de vita & morte* Joh. *Brentii Oratio*, Tubingæ 1570. Copioſa, luculenta, uniformis, vegeta, & rebus variis notatu dignis, de vita, meritis, laboribus, periculis,

diſciplina, inſtitutis, ſcriptis, morbis etiam & morte hujus Viri affluens. v. g. Durantibus Comitiis Auguſtanis (1530.) utriusqve partis Theologos a qvodam magni nominis Epiſcopo invitatos, ut familiariter de qvibusdam religionis controverſiis conferrent. Et cum ad invocationem Sanctorum eſſet ventum, Cochlæum S. S. teſtimoniis deſtitutum, eandem hoc argumento adſtruere conatum, qvod ſcilicet Mater Eccleſia hac in parte eſſet audienda, cui hoc viſum fuiſſet. Ibi tum Brentium ſubjeciſſe; Qvid ſi autem Pater diverſum præcipiat. Qvo in exſpectato reſponſo illum velut fulmine percuſſum. Et cum refutare non poſſet, aliqvoties non ſine aliorum moleſtia ingeminaſſe. Pater! Pater! Pater! (4.) *Joh. Majoris Oratio habita in feſto Catharinæ Carmine latino*, Wittenbergæ 1669. Poëta non abjectus, attamen non dulcis, nec mellifluus. Qvi Philippo uſus Magiſtro, ejus de generatione filii doctrinam; Scilicet Filium cogitatione Patris eſſe natum, qvi ſeipſum intuens & conſiderans eundem genuerit ab æterno, etiam huic orationi intexuit:

Chriſte Deus, nam te genitor, ſine origine & ævo,
Mente ſua in ſe rediens, & imagine viva
Concepta, genitaqve ſuo de Numine vivo,
Naturaqve ſua, propria ſe luce moventem,
Per ſe pollentem, ſtantem, nullius egentem,

Patre

Patre reſultantem tamen, & patris inſtar habentem,

Edidit &c.

(5.) *Brevis narratio Profeſſorum Wittenbergenſin exponens, qvo fine vitam clauſerit Philippus Melanchthon*, Wittenbergæ 1560. Qvæ recuſa cum ſcriptis aliis, de morte Philippi editis, Wittenbergæ 1561. in 8vo. Et nos qvid exiſtimemus, de illa collectione jam in Catalogo Bibliothecæ Theologicæ p. 168. pronunciavimus. (6.) *Derer Profeſſoren zu Wittenberg kurtzer Bericht, wie Philippus Melanchthon ſein Leben hie auf Erden geendet*, Wittenberg 1560. Senior eſt hæc narratio germanica qvam antecedens latina. Et multa continet de Philippi parentibus, Præceptoribus, Studiis, moribus, ſermonibus, vita & morte memorabilia, v. g. p. 11. *Philippus kam in Thomas Anshelmus Druckerey, und war bey 2. Jahren ſein Corrector, eben auf die Zeit, da er das Chronicon Doctoris* Johannis *Naucleri druckete. Als aber das erſte Theil ſehr verwirret war, muſte er daſſelbige in eine Ordnung bringen und richtig machen, welches er ohne die Bibel nicht zuwege bringen kunte. Es war aber zu derſelbigen Zeit die Bibel ſchwerlich zu bekommen; jedoch bekam er endlig eine in kleiner Form, die laſs er emſig Tag und Nacht, und gewann alſo groſſe Luſt zu der Theologie, hörete auch Lectiones Theologicas, und ſtudirete die Griechiſche und Hebräiſche Sprache daneben. Dazu gab ihm Doctor Reuchlinus Bücher, und lieſs bey demſelbigen Anshelm auch ſein Buch:* De verbo mirifico *drucken.* Item p. 32.

Phi-

Philippus fragete A. C. 1560. *den* 15. *Aprilis*, *da er den* 19. *darauf geſtorben*, *den Camerarium*, *ob er auch des Spruchs in ſeinem Büchlein über des H. Apoſtels Pauli Epiſteln gedacht hätte :* Ich begehre zu wandern, und bey meinen lieben Herrn CHriſto zu ſeyn. *Denn es ſtünde in dem Griechiſchen Text ein Wörtlein, das wäre in der Lateiniſchen Sprache nicht recht gegeben. Denn es ſollte wandern heiſſen, oder ſich auf den Weg rüſten. Der Herr Camerarius aber ſagte, er hätte es verſehen, und gereuete ihn, daſs er nichts davon geſaget hätte.* Hæc & alia plura hujus commatis id reſarcire poſſunt, qvod in locis qvibusdam peccatum eſt, v. g. p. 13. Lutherum A. C. 1518. cum Friderico Electore fuiſſe in Comitiis Auguſtanis. Ubi pro Lutheri nomine ſubſtituendum nomen Spalatini. Et p. 34. Ubi dicitur hæc verba: *Ich werde nicht ſterben, ſondern leben, und des HErrn Lob verkündigen*, legi in ſcriptis Prophetarum, cum extet Pſalmo CXVIII. v. 17. (7.) *Scriptum Publicum propoſitum in Academia Wittenbergenſi, qvo Scholaſtici convocati ſunt ad deducendum funus Philippi*, Wittenbergæ 1560. (8.) Idem, *Scriptum Germanice*, Norimbergæ 1560. (9.) *Wunder-Predigt von einer Jungfrau von* 17. *Jahren zu Freiberg in Meiſſen* 1560. *den* 17. *May gehalten*, Wittenberg 1560. Cui præfationem præmiſit Hieronymus Wellerus Scholarum Freibergenſium eo tempore Inſpector, in qva Virginem hanc vatem fuiſſe divinam, & Supremi Numinis inſtinctu futura prænunciaſſe ſcribit. (10.) *Joh. Majoris Parentalia anniverſaria Martino Luthe-*

ro

, & *Phil. Melanchthoni celebrata*, Wittenbergæ 162. In qvibus hæc canit de Philippo

Fortunate ſenex tibi nunc, tibi præmia cœlo
Expectare licet, qvando hic tibi triſte relictum
Doctrinæ pretium, nec parcit manibus ipſis,
Qvi nunc Parthenope ſævit *Tilemannus* in urbe,
At Tu magne pater divum miſerere, tuoqve
Inſanum hoc detrude caput hoc ſub tartara telo,
Qvando aliter neqvit infectam compeſcere lingvam.

ompungit hoc loco Tilemannum Heshuſium uctor, qvi hoc tempore orationibus Philipicis Magdeburgum impleverat. Qvod, qva as eſt, ſinceritate refert M. J. J. Struvius in rolegomenis Jubilæo Magdeburgenſi præmiſſis . 40. ſeq. p. 71. ſeq. Nec obſtat hoc non proari a Doctiſſimis Actorum eruditorum latinoum conditoribus MDCCXXVI. p. 129. moeriqve Struvium J. C. Leucfeldii Hiſtoriam eshuſianam ſimul conſulere debuiſſe, in qva . 31. ſeq. geſta Heshuſii molliore multo oraionis filo enarrentur, qvam a Dn. Struvio enarata ſunt. Nam qvod pace tantorum virorum ixiſſe liceat, Leucfeldius l. c. alium teſtem on habet qvam ipſum Heshuſium in Apologia contra Senatum Magdeburgenſem. Struvius con-

contra nititur ſcriptis qvam plurimis public a Magdeburgenſium Senatu, & miniſterio E cleſiaſtico, & Scholæ Doctoribus editis. Qv ſi ab hoſtibus concinnata eſſe dixeris; Eande ſane fidem habent, qvam Heshuſius in cau propria. (11.) *In cineres Philippi Melanchthon Epicedia Martini Franci, Michaelis Hatte, Pet Streuberi*, 1560. (12.) *Joh. Baumgarten Hiſtor der Lehre und Lebens Lucæ Roſenthals*, Mag 1560. Qva carere non poteſt, qvi Hiſtoria Reformationis Magdeburgenſis, & oppugnatio nis Mauritianæ A. C. 1550. factæ cognitam ha bere cupit. Permulta enim in ea leguntur qv ſi alibi qvæſieris, oleum & operam perda (13.) *Johannes Affelmannus de Philippismo fugien do*, Roſtoch. 1616. Promittit Auctor §. 14 ſe acturum I.) de laudibus Philippiſtarum Hyper bolicis & ementitis, qvibus Philippum oneran magis qvam ornant. II.) De Philippo ætati primæ orthodoxo. III.) De Philippo ætatis mediæ publice bono, privatim malo, adeo qve hypocrita. IV.) De Philippo ætatis po ſtremæ inconſtanti, ex heterodoxo Calviniſta Papiſta, Majoriſta. V.) Qvantum auctoritat Philippi deferendum. Sed fata interceſſerun his conſiliis. Non enim primum caput abſolvi integrum, tantum abeſt ut reliqva confecerit Et bene ſibi conſuluit Auctor qvod datam fiden deſeruit. A Philippismo enim ad Philippum ſo lum deflexit. Et in id unice incubuit, ut eju nomini æternas notas infamiæ inureret. Qvo vir hic toto orbe celeberrimus, & ab ipſis adver ſariis laudibus condecoratus, neqvaqvam meruiſ

ſi

e videtur. (14.) *Vita Davidis Chytræi*, Roſtoch. 1601. Faſciculus qvo continentur duo Programmata Academica, tum orationes duæ Panegyricæ, qvarum una a Chriſtophoro Sturcio eſt habita, Academiæ Roſtochienſis Profeſſore, altera a M. Johanne Goldſteinio Eccleſiæ Roſtochienſis Paſtore. Porro concio funebris a D. Luca Bacmeiſtero Eccleſiarum Roſtochienſium Superintendente recitata, & tandem Epicedia Græca & Latina. Ex qvibus omnibus eminet oratio Chriſtophori Sturcii, qvi Chytræo per annos 25. familiariter uſus eſt, (p. 26.) eumqve omnino habuit cognitum. Ex ea enim Melchior Adamus, qvæ in vitis Theologorum p. 323. ſeq. de Chytræo retulit pleraqve velut de fonte hauſit. Et hic qvæ de eo maxime ſunt ἀξιομνημόνευτα non qvidem magno cum lepore, attamen percommode explicuit, ſcilicet, illum *primum* ſcribendæ ac intelligendæ Hiſtoriæ rationem, ceu oculum demonſtraſſe, conſcripta Chronologia, & deſcriptiones familiarum, ſeu Genealogias accurate, tam veterum qvam recentiorum Principum, delineaſſe & deſcripſiſſe. (p. 24.) Et eſto, eum Melanchthonis fuiſſe diſcipulum (p. 5.) & cum eo ſub iisdem habitaſſe trabibus (p. 17.) vocatumqve ſuum Davidem; (Mein David p. 19.) Exinde tamen non conſeqvitur id, qvod qvidam, & in iis Joh. Affelmannus in Exercit. de Philippismo fugiendo p. m. 10. elicit, Chytræum fuiſſe Crypto-Calvinianum. (15.) *Andreæ Poach von dem Chriſtl. Abſchied Matthæi Ratzenbergers*, Jenæ 1669. Hic Matthæus Ratzenbergius non confundendus eſt

eſt cum Caſpare Ratzenbergio, cujus extat he barium vivum ineditum in Bibliotheca Gothan docente Erneſto Salomone Cypriani, in Cata logo Codicum MSCtorum Bibliothecæ Gotha næ p. 72. Et multum gratiæ iniiſſet Auctc hujus Biographiæ apud eruditos, ſi vitam Ma thæi copioſius enarraſſet, & ſcriptorum etian qvæ ab eo confecta ſunt, feciſſet mentionen Non enim nihil eundem literarum monumenti commendaſſe, patet ex eo qvod refert Chriſt Thomaſius in opuſculo, *Erörterung der Eh und Gewiſſens-Frage: Ob Lutheriſche und Refor mirte Fürſtl. Perſonen einander mit guten Gewiſſe Heyrathen können* C. 1. §. 10. p. 30. *Ich hab ohnlängſt ein Teutſch* MSCtum *geleſen, welches de Titel hatte*, Hiſtorica relatio de Johanne Fride rico Electore, Mauritio & Auguſto Ducibus Sa xoniæ, Luthero & Philippo, *in welchen ich ſeh viele ungemeine Dinge angetroffen. Der* Auctor *wa zwar nicht dabey geſetzet, aber es gaben viele Um ſtände, daſs es* D. Matthæus *Ratzenberger, der an Churſtfürſt Joh. Friderichs Hofe geweſen, verferti get hatte, und vielleicht eben das Chronicon ſeyn mogte, das Hortleder T. 2. von denen Urſachen de Teutſchen Krieges* L. 2. C. 29 f. 153. Edit Goth 1645. *citiret.* Hactenus Thomaſius. Qvi MSCtum hoc acceperat a Joh. Gottfrido Zeidlero a qv poſtea inſertum eſt Tomo 2. obſervationum Hallenſium Germanicarum p. 237. ſeq. dignum omnino qvod ſemel & iterum legatur. (16.) *Oratio funebris* Johanni *Ravio Medic. Doctori dicti ab Eberhardo Meſomylio* 1621. (17.) *Memoria Georgii Noesleri Medic. Doct. & PP. celebrata*

Nico-

coalo Rittershuſio, Altorfi 1651. Qvi p. 21. hil ſcriptorum edidit Nöslerus, nec ut facer: adduci potuit, negans ſe Epidemico illo morbo laborare, qvo literis mediocriter tincti, ros in publicum emittere conantur, & nomen ſuum in Catalogis Francofurtenſibus conſci laborant. (18.) *Vita & res geſtæ Johannis ntzovii*, Francofurti 1567. (19.) *Proteſta- wider* Jacobi *Andreæ, genannt Schmidlein, ange- ſten neuen Primat*, 1589 (20.) J. J. *Breit- uptii D. lacrymæ ſuper obitu* Joh. *Krebſii*, Halæ 1599. (21.) *M.* Joh. *Reineccii Beſſerung derer ſich des Evangelii rühmen, ſonderlich der Cleri- zu Halberſtad*, Magdeburg. 1624. (22.) *kehrung Petri Pauli Vergerii, beſchrieben von Joh. ptiſta Vergerio*, 1699. Conf. Catalogum noum Bibl. Theol. p. 14.

LXXXI.

Chriſtianus Kortholt de Origine, progreſſu & antiquitate Philoſophiæ Barbaricæ, Jenæ 1660. Antiqvitates Philoſophiæ barbaricæ explicaturus in c Diatribe Auctor doctiſſimus agit; I.) In genere de Philoſophia barbarica, docetqve barros Philoſophiam non accepiſſe a Græcis, ſed Græcos a Barbaris § 1-3. II.) In ſpecie de Philoſophia Chaldaica §. 4-10. Ægyptiaca §. 11-19 Perſica § 20-25. Indica §. 26-31. Celtica ſ. Gallica §. 32. ad finem; Sed juvenis nc telam exorſus perficere ea dexteritate non potuit, qva abſolviſſet procul dubio, ſi gravior nis majori rerum copia, & accuratiori judi-

cio inſtructus eidem manus admoviſſet. Siq
dem de origine Philoſophiæ barbaricæ hat
pauca, pauciora de ejus progreſſu, & de Pl
loſophorum barbaricorum dogmatibus & mc
bus longe pauciſſima, eaqve protrita pleraq
& vulgaria. (2.) *Joh. Franc. Buddei Sapien
veterum h. e. dicta illuſtriora ſeptem Graciæ ſapient
octo diſputationibus explicata*, Halæ 1699. I
ſapientia veterum egregie Seneca Epiſtola 9
p. 565. Antiqua ſapientia nihil aliud qvam
cienda & vitanda præcepit; Et tunc longe m
liores erant viri; Poſtqvam docti prodierui
boni deſunt. Simplex enim illa & aperta virt
in obſcuram & ſolertem ſcientiam verſa eſt, d
cemusqve diſputare non vivere. Fuit ſine d
bio vetus illa ſapientia cum maxime naſcens 1
dis, non minus qvam cæteræ artes, qvar
in progreſſu ſubtilitas crevit. Sed ne opus q
dem erat remediis diligentibus. Nondum
tantum neqvitia ſurrexerat, nec tam late
ſparſerat, poterant vitiis ſimplicibus obſtare r
media ſimplicia. Nunc neceſſe eſt tanto op
roſiora eſſe munimenta, quanto valentiora ſu
quibus petimur. Hactenus Seneca. Qui loc
non ſuccurrit Auctori in concinnando hoc Co
mentario diſtricto. Nec diffitemur eum m
tum ſtudii eidem inſumſiſſe; Sed dicta ſept
ſapientum non omnia collegit, verum no
nulla tantum; Nec optima ſemper ex iis attul
ſed obvia ſæpe numero. Et Philoſophica lu
conſperſit qvidem, non autem Hiſtorica, n
Critica, h. e. non dixit, qua occaſione prol
ſint, & qvot, & quantæ in iis reperiantur,

ſæ lectiones. (3) *Val. Erneſti Löſcheri Hiſto- Enthuſiaſmi Philoſophici.* Wittenb. 1697. uidem de Enthuſiaſmo Platonicorum agit Au- r tantum, Pythagoricorum, Ariſtotelicorum Carteſianorum ἐνθουσιασμῶν alio tempore tra- urus (§. 30.) Sed ita agit, ut ſummo ſtudio, exquiſita cura elucubratam eſſe hanc Com- ntatiunculam appareat. Siquidem Hiſtoriæ erariæ & Philoſophicæ peritus, Platonis ipſius Platonicorum monumenta, antiqua & recen- ra, genuina & ſuppoſititia, accurate excuſſit, qvid in iis de animæ vi ἐνθουσιαστικῇ §. 22. rerum a rationis ordinaria perceptione ſejun- rum eſſentiis §. 23. Luceqve, cognitionis En- uſiaſticæ principio §. 24. vocabulis item En- uſiaſtis uſitatis §. 25. 26. Medicis etiam, pur- tione & contemplatione §. 27. & viſionibus iloſophicis §. 28. ſcriptum ſit, ea ſedulitate uit; Ut qvem Enthuſiasmus Platonicus habue- ortum, & progreſſum uno qvaſi obtutu co- oſci qveat. (4.) *Caſparis Sagittarii Hiſtoria tæ & mortis Tulliæ M. T. Ciceronis filiæ*, Jenæ 79. In cujus dictione agnoſcas candorem & cilitatem. In rebus induſtriam & judicium, animum ſecum habitantem, & rei inſtitutæ in- ntum. Deprehendas autem ſimul, multa huic iſtoriæ ab auctore ex ingenio & conjectura ſe intexta. Multa plane omiſſa, qvæ neqve conjectura, neqve ex Hiſtoria ſuppleri po- erunt. Totam Biographiam ex diſperſis anti- vorum particulis, velut veſtem e variis pan- culis eſſe conſarcinatam. (5.) *Gerhardus*

Meyerus de Ariſtotelis ſalute, Hamburgi 16
Obruit lectorem Auctor teſtium allatorum
pia, ſed Edicta eorum non ita digerit, ut form
ſyſtematicam habeant, & corpus qvoddam c
ne & ſanguine & nervis inſtructum repræſ
tent. (6.) *M. Joh. Phil. Apinus de religione*
necæ, Wittenb. 1692. Duos tantum Sene
agnoſcit Auctor, cum tres fuerint omnino, u
Philoſophus, alter Orator, tertius Poëta.
bonam cauſam qvam ſuſcepit, Philoſophu
religionem Chriſtianam nunqvam amplexu
ſed in Ethnicismo vixiſſe pariter & periiſſe, r
le defendit, petendo id qvod eſt in princip
& colligendo aliqvid ex eo, ex qvo non ſeq
tur, &, tanqvam in arena Scholaſtica conſiſ
ret, Syllogismis perpetuis, qvaſi bipennibus,
gnando, &, velut monumenta Senecæ extare
nulla, vix unum vel alterum verbum de iis
ciendo. (7.) *Joh. Philippus Treunerus Theolo*
Athei, ſeu, qvi ita injuſte audit, Luciani, Jenæ 16
Treunerus Vir judicioſus & acutus, Domini
ſpondentis M. Frid. Michaelis Kornmanni hum
ris in elaboratione hujus argumenti. conſiſ
plura deinceps ipſemet in eo deprehendit not
da, qvam in Epiſtola eidem adjecta monuit,
qvibus & illud eſt: Qvod Luciano nonnunqv
tribuuntur qvæ ipſius non ſunt, ſed Antago
ſtæ potius collocutoris. Et Lucianum non
juſte audire atheum nos non uno argumen
probavimus in Hiſtoria Atheismi & Atheoru
univerſali Sect. 2. C. 32. §. 3. p. 226. (
Adamus Rechenberg de ſtudii Genealogici præſtant
Lipſiæ 1697. Dictio facilis & placida. Str
ctu

ira mollis & libera. Propoſitio ab anti-
itate, & nobilitate, & utilitate ita roborata, ut
ini lumine deſtitutum eſſe oporteat, qvi ſtu-
Genealogici præſtantiam non perſpiciat: Lice-
tamen adhuc *racemari* poſt hanc vindemiam,
Varronis vocabulo utamur, qvod extat L. 3.
re ruſtica C. 3. p. m. 110. & a Lexicogra-
is ut plurimum omittitur. (9.) *J. F. Reim-
nnus de fatis ſtudii Genealogici apud Hebræos,
æcos, Romanos & Germanos*, Halberſtadii 1694.
o.) *Andreæ Rivini de Majumis &c.* Lipſiæ 1651.
ijuma ſic dicta ab Ebraica voce מים, vel Sy-
ca מיא Maja, erat jocus vel ludus in aqvis,
l ſi locupletiorem deſcriptionem deſideres, erat
ectaculum aqvaticum qvo prætores urbis po-
lo ludos dabant in navibus, colluctantibus
er ſe piſcatoribus, & ſemet invicem in aqvas
otrudentibus. Et hoc in Syria ortum initio,
ſtea transfretavit in Italiam, & libidinibus ne-
riis conſpurcatum eſt. Unde & abrogatum
Imperatoribus Chriſtianis, & ita abolitum,
hodie vix nomine nota ſit Majuma. Qvæ
induſtria deſcripta eſt ab Auctore, ut digna
a ſit Joh. Gregorio Grævio hæc Diſſertatio,
æ denuo recuderetur, & in Syllogen Diſſer-
tionum rariſſimarum admitteretur, qvæ 1717.
rajecti Batavorum typis exſcripta eſt. (11.)
h. Kolmbergeri ſtatua Mercurialis Theologica, Helm-
adii 1661. De qva Joh. Frid. Meyerus in Bi-
iotheca Biblica C. 2. §. 7. p. 43. Hic Auctor
æter alios Scriptores Theologici argumenti
dine materiarum Alphabetico digeſtos, etiam

commentatores in SS. eodem literarum ordin recenſet; Sed parum accuratus eſt, nec lev bus ſcatet nævis. Præterea nomina propria it ſunt vitioſe expreſſa, ut hic liber tironibus ex guo eſſe uſui poſſit. P. 52. ait B. Danhaperun ſcripſiſſe contra Dorſchæum de miraculis, P. 14 inter Commentatores Exodi refert Hondorffi Promtuarium exemplorum &c. (12.) J. A *Schmidii Hipparchus, Theonæ duo (Smyrneus & Alexandrius) doctaqve Hypatia in* Matheſi *celebres*, Jenæ 1689. Qvorum Auctor recenſet vitas ſcripta, & obſervationes Mathematicas, ad Hiſtoriam Mathematicorum & Matheſeωs apprime utiles & neceſſarias. (13.(M, *E. Sal. Cyprian: Diatribe, qva expenditur illud Tertulliani, hæreticorum Patriarchæ Philoſophi*, Helmſtadii 1699. Pridem id obſervatum eſſe a doctis, ſcribit Auctor §. 12. Nullam eſſe Philoſophorum Sectam, qvæ hæreſibus minus obſtetricata ſit, qvam ea, qvæ ab Ariſtotele habet vocabulum. Inter veteres enim hæreticos vix unum reperiri, qvi Ariſtotelicam Philoſophiam amplexus ſit. Et ſi ex recentioribus deprehendantur, qvi Stagiritæ hypotheſibus imbuti, in hæreſin prolapſi ſint, non Philoſophiæ vitio id factum, ſed Philoſophorum. Nec ſcabiem omnibus affricandam, qvæ occuparit qvosdam. Atque hos eſſe illos a Tertulliano commiſſos Paralogismos. (14.) *Gerh. Titii Abfertigung einer Papiſtiſchen Schrifft*, welche *intituliret* : Gewiſſe *Relation*, welcher *geſtallt Georgius Calixtus auf den Todt-Bette ſich verhalten*, und *in* welcher Confeſſion *er verſchieden*, Helmſted 1657. Calixtum in vita fuiſſe Scepticum, & in mor-

ortis Articulo Pontificium, Anonymus, qvem ſuitam fuiſſe rumor erat, ſparſa qvadam in lgus ſcheda, affirmaverat, perpetua infamia rum tota Eccleſia celeberrimum notaturus. ui hanc Apologiam oppoſuit Auctor, qva fuos Lojoliticos diſcuſſit, & captiones Adverſii ita diluit, ut hodie

Moveat cornicula riſum,
Furtivis, nudata coloribus.

5.) *Joh. Reiskius de Scriptorum Romanorum circa udaicam Hiſtoriam falſis narratiunculis*, Wolfenutteli 1691. Juſtini cumprimis & Taciti fabus attingit Auctor, qvas de Judæorum origine, epublica, & religione tradiderunt, ſed extemis tantum digitis attingit uberiorem disqviſitionem merentes. (16.) *Comparatio Cardinaum Richelii & Mazarini*, ſine tempore & loco. Magnæ difficultatis res eſt judicare de ſemetipſo; Majoris de alio; Sed longe maximæ, duos, etiam ottidiani commatis homines, nedum duos Heoas inter ſe comparare, & uter alteri, & qvius in rebus ſit præferendus, vel poſtponendus, pronunciare. Qvod non invita Minerva, nec reluctante Venere, fecit Auctor hujus Parallelismi, qvem nos C. S. Schurtzfleiſchium fuiſſe hariolanur. (17.) *M. Andr. Chriſt. Eſchenbach præcipua veterum Criticorum* Σημειώσεις, Jenæ 1687. Qvæ Diſſertatio, qvo loco ac numero habenda it, in Syſtemate antiqvitatis literar. diximus Sect. 3. Num XII. p. 212. ſeq. (18.) *Joh. Redekeri Qvæſtiones morales de Canonicatibus & Simonia*, Göttingæ 1682. Argumentum accurata

diſqviſitione dignum, ſed ab Auctore eo ſtudio non excuſſum, qvo decebat. Qvippe teſtes ſubinde excitat non ſatis graves. Et rationes adfert vel nullas interdum, vel frigidas admodum. Et Qvæſtionem XXV. qvæ una eſt ex præcipuis & vexatiſſimis, ita explicat, ut qvid ſit id, de qvo diſputatur, parum cogitaſſe videatur. (19.) Joh. *Werlhofius de genuinis fontibus recte decidendi controverſias publicas illuſtres*, Helmſtadii 1688. Qvi ſi vixiſſet Conringius ipſe fuiſſet. (20.) *Kurtzer Verlauff derer Strykiſchen Händel*, Jenæ 1699. Hiſtoria controverſiæ qvæ N. C. Lynckero interceſſit cum Sam. Strykio. In qva, qvæ inde ab A. C. 1697. usqve ad A. C. 1699. Scripta Eriſtica vulgata ſint, & qvid in iis diſputatum, qva occaſione nata ſit hæc contentio, & qvid alteri ab altero exprobratum, ordine qvidem, ſed ea ratione recenſetur, ut appareat, rectius feciſſe hos Duumviros, ſi nunqvam in hanc arenam deſcendiſſent. Res enim minime facilis eſt, rixari, & lineas modeſtiæ non tranſilire. (21.) Abr. *Hinckelmann de Oratione Ciceronis pro Archia*, Lubecæ 1684. (22.) *D. Joh. Wolffii Epiſtola extemporanea*, Francofurti 1691. Qva diluit nigrum theta, qvod Joh. Barth. Niemeierus in Diſſert. de hæreſi & Schismate &c. ejus Lutheranismo Catechetico-Biblico præfixerat (23.) *Frid. Ulrich Calixti Prolegomena in Origenis Commentarios utriusqve Teſtamenti*, Helmſtadii 1685. Chriſtianus Genſchius Bibliopola Halberſtadienſis huc cogitationes ſuas direxerat, ut qvas in SS. utriusqve Teſtamenti Commentationes Origenianas Rothomagi A. C.

(1668. græce & latine ediderat Vir illuſtris Ptrus Daniel Huetius ſuis ſumtibus denuo ſub prelum ire juberet, idqve eo citius, qvo magis exempla primæ editionis in Germania rareſcerent; Et ut novo qvodam habitu ſe conſpicendas præberent, precibus ſollicitaverat Fridricum Ulricum Calixtum, ut Prolegomena præmitteret huic editioni, & in iisdem hæc Origeniana commendaret. Qvi tantum abeſt ut ſurdas aures præbuerit roganti, ut potius qvam indicavimus Diatriben elucubrarit. In qva de Origenis virtutibus, ingenio, eruditione, ſedulitate, ſcriptis etiam genuinis & ſpuriis, extantibus & non extantibus, editis & ineditis, eorumqve translatoribus, epitomatoribus, Commentatoribus ita differit, ut digna viſa ſit intelligentibus, qvæ ſeparatim excuderetur. (24.) *Ahasverus Fritſchius de vitiis eruditorum*, Lipſiæ 1677. Meletema laudandum ab Auctoris pietate, ſedulitate, & ratione qvam ſibi habuit propoſitam. (25.) *Frid. Ulrici Calixti Idea D. Hieronymi Operum, ſplendidiori qvam alias unqvam apparatu prodeuntium*, Helmſtadii 1684. Impenſis Friderici, Erneſti Pii filii, prodiit illa Operum Hieronymi editio, cui hæc Prolegomena Calixtus præmiſit. Et plures volebat ſuis ſumtibus excuſos dare antiqvos Eccleſiæ Doctores Princeps optimus, & in iis Auguſtinum præcipue, ſi inſtitutum ex voto ſucceſſiſſet. Sed intercesſerunt qvædam, qvæ ſufflaminarunt conſilium, & effecerunt, ut ad optatum exitum res non pervenerit. In quibus & hoc erat qvod qvi curam editionis Hieronymianæ in ſe ſuſcepe-

rant, tantum ſtudii & diligentiæ in eam non contulerant, qvantum debuiſſent. Qvod alibi docemus. Nec Prolegomena id corrigere poterant, qvod in Opere ipſo neglectum erat. Qvippe in qvibus miſſa hypera pedem inſeqvitur Auctor, & præteritis iis, quæ ad monumenta Hieronymi rite legenda, intelligenda, dijudicanda, & cum fructu adhibenda pertinent, ad omnia alia digreditur, excitatqve problemata ad hos corymbos non ſpectantia. An verſio vulgata ſit θεόπνευςος? An Scholaſticorum Opera ſint abjicienda prorſus &c. Qvæ licet non faſtidienda prorſus, ſunt tamen ἀπροσδιόνυσα. Et rectius docuit Johannes Clericus in qvæſtionibus Hieronymianis, qvid fari debeat, qvi de Hieronymi Operibus ſcienter & perite velit diſſerere. (26.) Jac. *Schalleri Exercitatio in ſexti Philoſophi Pyrrhoniarum Hypoth. L.* 3. *aſſerens certitudinem boni moralis*, Argentorati 1652. Qvæ licet laude ſua defraudanda non ſit, patet tamen ex perluſtratione accurata, Auctorem memoria magis abundaſſe qvam judicio, & Poetas diligentius verſaſſe qvam Philoſophos, & Empirici difficultates ſolicitaſſe qvidem, ſed non diſpunxiſſe. (27.) *Ambroſii Rhodii Mathematicarum diſciplinarum Encyclopædiæ*, Wittebergæ 1611. Qvi vanas etiam & temerarias illas futurorum contingentium divinatrices, Aſtrologiam judiciariam, Chiromantiam, Metoſcopiam &c. Scientiis Mathematicis inſeruit, non magis ad eas ſpectantes, qvam Mimi ridicula ſpectacula ad Comœdiarum & Tragœdiarum actio-

nes,

es ferias. (28.) *Joh. Michael Gutbier, de Si-yllis earumqve oraculis*, Giſſæ 1690. J. A. Fabri-ius in Bibl. Græca L. 1. C. 33. §. 22. p. 230. xhibet Syllabum eorum, qvi ex recentiori-us de Sibyllis & earum oraculis commentati unt; Sed de Gutbierio verbum non facit, qvia ianc ejus diſſertatiunculam non vidit, vel ſi vidit, eo tempore, qvo hæc ſcripſit de ea non ogitavit. Digna enim eſt qvæ ſperluſtretur, li-et brevis ſit, & nondum exaſciata ſatis, nec ſa-is matura. (29.) M. *G Friederich Seligmann, de aſu oblatis in ſapientiam verſis vertendisqve*, Ro-ſtoch 1681. Argumentum perutile & peregre-gium & perfæcundum, multitudine exemplo-rum & varietate optimum. Per omnes ſcien-tias & facultates ſe diffundens. A paucis ta-ctum, & leviter tantum & velut in tranſcurſu notatum, & ab Auctore ita explicatum ut pro non explicato haberi qveat. Siqvidem

Et facundia deſerit hunc, & lucidus ordo,
Delphinum ſylvis appingit, fluctibus aprum,
Inceptoqve gravi, celebriqve & magna profeſſo,
Purpureus late qvi ſplendeat, unus & alter
Aſſuitur pannus.

Lege interim ſi placet G. B. Bülffingeri Ser-monem in primo Solenni Academiæ Scientiarum Imperialis Metropolitanæ conventu recitatum p. 30. ſeq. (30.) *M. Sethus Henr. Calviſius, qvæ diſ-*

diſciplinæ veram conſtituant Eruditionem? Lipſiæ 1709. (31.) *M. Joh. Balth. Beyſchlagii Memoria Brentii renovata*, Wittenb. 1693. Biographiam Brentii luculenter & curate diſcripſit Jacobus Heerbrandus, cujus Hiſtoriam Vol. 89. n. 3., comprehenſam ſupra laudavimus. Atqve ex hoc fonte prata ſua rigavit Melchior Adamus in vitis Theologorum, p. m. 208. Et ex Adamo profecit J. B. Bleyſchlagius, qvi Halæ Svevorum hodie verbi divini miniſter eſt. Et hi omnes fata qvidem Brentii non indiligenter perſeqvuntur, ſed ſcripta ejus vel prætereunt plane, vel molli brachio contrectant tantum. Et fatetur hic ultimus nominis Brentiani vindex §. 3. not. u. Sibi opera Brentiana, qvæ Tomis VIII. comprehenſa ab A. C. 1576. uſqve ad A. C. 1581. excuſa ſunt, oculis uſurpare nunqvam licuiſſe. (32.) *M. H. A. Engelke Diſſert. Anti-Gaſſendiſtica*, Lipſiæ 1699. Cujus, ſi placet, accipe qvoddam ſpecimen. Scilicet exprobrat Ariſtoteli Petrus Gaſſendus in Exercit. Paradoxica V. Anti-Ariſtot. p. m. 52. Qvod definitionem & diviſionem Logicæ prætermiſerit. Qvam maculam ut eluat Auctor ex Ariſtotelis nomine, reſpondet §. 8. 1.) Adfuiſſe hæc forſan in libris Ariſtotelis deperditis, 2.) non reqviri abſolute in tractatione Logica, ſed hypothetice tantum, ſi velis hanc diſciplinam faciliori via addiſcere. 3). Suppleri hæc facile poſſe, & ab Interpretibus jam ſuppleta eſſe. Qvid autem hoc aliud eſt, qvam herbam porrigere Gaſſendo, & arena cedere? (33.) *J. F. Buddeus, de Scepticiſmo morali*, Halæ 1698. Vir felicis cere-

:bri, & varia eruditione conſpicuus. Qvi ræſtigioſas Scepticorum machinas in hac diſ-:rtatione feliciter diſturbavit, & lacertos mol-ſ & pellucente orationis velamine veſtivit. 34.) *M. J. B. Wernher*, *de Apodictica moralium :rtitudine*, Lipſiæ 1699. Qvam laudat Auctor ı diſſertationis hujus inſcriptione Apodicti-am moralium certitudinem, hypotheſi Socia-itatis ſuperſtructa eſt. Adeoqve hypothetice antum certa eſt, non abſolute & Apodictice. ;iqvidem Apodictica certitudo (ſi liceat ita βαρβαρίζειν) hoc eſt, inconcuſſa rei alicujus atio, ex ſola ejus definitione procedit, non :x hypotheſi Et rerum moralium datur certi-udo apodictica, qvia dantur in iis certæ defi-ıitiones, non autem qvia inter varias hypo-heſes una tantum vera eſt, & pro adæqvato principio egregiæ diſciplinæ ſubſterni apta, qvæ n iis explicandis diſtinetur, qvod ſcribit Au-ctor §. 2. Qvippe æqve lubricum eſt ſocialita-tis principium ac reliqva, ultimis his tempori-bus ab iis pro principiis vendita, qvi juri na-turæ excolendo vigilias ſuas tradiderunt. (35.) *Uldaricus Heinſius*, *de Lumine naturæ vulgo ſic dicto*, Jenæ 1683. Non ſpernenda Exercitatio Academica; Sed Scholaſtica nimis & Ariſtote-lica. Et, ſi fas eſt judicare de iis, qvi de Lumi-ne naturæ Commentati ſunt, & a nobis lecti; M. Joh. Mich. Irſingerus bene hoc argumen-tum perſeqvutus eſt, M. Udalr. Heinſius me-lius, Heinricus Köhlerus optime. (36.) *M. Au-guſtinus Stägemann*, *de Aſtrologiæ Vanitate*, Er-for-

fordiæ 1699. (37.) *L. C. Sturmii Bileams Abfertigung, oder gründliche Widerlegung der Aſtrologie*, Braunſchweig 1699. (38.) Ejusdem, *Antwort auf die Vertheidigung der Aſtrologie, contra J. L. Hannemann.* Ibidem. Eodem. (39.) *Joh. Sperlette, de Hypotheſibus Aſtronomorum*, Halæ (40.) *M. Chriſtianus* Grüneberg, *de Syſtemate Mundi Copernicæo*, Wittenberg 1665.

LXXXII.

M. *Seb. Edzardus utrum Pentateuchus à Samaritano Sacerdote ſit conſcriptus*, Wittenbergæ 1695. Non Moſen, ſed Sacerdotem Samaritanum, cujus 2. Reg. XVII, v. 28. mentio injicitur, Pentateuchi eſſe architectum contendit Auctor Judicii de Richardi Simonii Hiſtoria V. T. Critica, idqve coloribus qvibusdam infucare ſtudet, ſed exilibus, & tenuibus, & parum locupletibus ad paradoxon tantum ſuſtinendum. Atqve his opponit Edzardus, totius antiqvitatis conſenſum, & S. S. Silentium, & pernicioſi hujus aſſerti periculum, & alia. (2.) *Joh. Andr. Schmidii, Pſeudo-Vetus Teſtamentum*, Helmſtadii 1707. In colligendis V. & N. T. Pſeudepigraphis mira induſtria inter ſe contenderunt J. A. Schmidius & J. A. Fabricius. Schmidius enim A. C. 1702. evulgabat Pſeudo-Novum Teſtamentum. Fabricius 1703. Codicem Apocryphum N. T. Schmidius 1707. Pſeudo-Vetus Teſtamentum. Fabricius 1713. Codicem Pſeudepigraphum V. T. Et alia. Et hic tandem in hac lucta literaria Schmidio palmam

præ-

præripuit. Siqvidem Pſeudepigraphorum utriusqve Teſtamenti tantam congeſſit molem ut IV. integra eaqve non admodum puſilla volumina impleverit. De qvibus vide ſis Catalogum noſtrum Biblioth. Theologicæ p. 234. (3.) *J. A. Schmidii Hiſtoria Seculi primi Fabulis variorum maculata*, Helmſtadii 1700. (4.) Ejusdem, *Hiſtoria Seculi ſecundi fabulis maculata*, Ibidem, 1706. (5.) Ejusdem, *Hiſtoria Seculi tertii Fabulis maculata*, Ibidem. 1709. Vir omnibus artibus, qvæ liberales vocantur, inſtructus erat Schmidius, ſed Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cognitione qvam maxime. Cujus rei ſi nulla alia ſupereſſent teſtimonia, hæc tria Meletemata ſufficerent. (6.) *Sam. Reyherus, de Periodo Clementina*, Kiliæ 1706. (7.) *S. F. Hahnii Diploma Bergenſe cum annotationibus Hiſtoricis*, Halæ 1710. De qvo ſupra. (8.) *J. A. Schmidius, de Cantoribus V. & N. T.* Helmſtadii ſ. a. Plane doctis & utilibus accenſenda diſqviſitio. In qva Libris rarioribus editis ineditisqve adjutus Auctor, & ingenio perſpicaci judicioqve ſuffultus, ſedulitate etiam & vigiliis ſublevatus, multa in Hiſtoria Eccleſiaſtica obſcura illuſtrat, ignota aperit, complicata evolvit, & Muſicæ Eccleſiaſticæ univerſæ Hiſtoriam ὡς ἐν τύπῳ deſcribit. (9.) Ejusdem, *Oratio Dominica Hiſtorice & Dogmatice propoſita, & Judaiſmo oppoſita*, Helmſtadii 1710. De qva diſſeruimus in Catalogo Bibliothecæ Theol. p. 905. (10.) *Pauli Antonii Spicilegium Hiſtorico-Eccleſiaſticum ex præfatione Mart. Lutheri in Libros V. T.* Halæ 1709.

(11.)

(11.) *J. A. Schmidius*, *de modo propagandi religionem per carmina*, Helmſtadii 1710. De qva Diatribe alibi Volum. 78. n. 16. (12.) *Joh. Frid. Schneider*, *de propagatione Philoſophiæ ſub contemtu*, Halæ 1708. De qva vide Volum. 78. n. 15. (13.) Ejusdem, *Otioſa morum Scientia*, Halæ 1701. (14.) *J. C. Guntherus*, *de modo diſputandi Megarico*, Jenæ 1707. Vide Volum. 78. n. 33. (15.) J. *A. Schmidii Facta & fata duorum Prophetarum* Judaici *& Bethelici*, 1 Reg. 13. Helmſtadii 1710. Qvæ Diatribe tota pulchra eſt & fructuoſa; Sed problema anceps: An vates ille Senex 1 Reg. XIII, v. 11. qvi falſiloqvio decepit Prophetam ad Jerobamum miſſum, fuerit verus an falſus, §. 26. ſeq. non ita expeditum eſt, ut Lectorem nulla amplius teneat dubitatio. (16.) Ejusdem, *Hiſtoria de juvene perverſo a* Johanne *converſo*, Helmſtadii 1710. Cujus γνησιότητα vindicat Auctor & obſervationibus Hiſtorico-Theologicis illuſtrat. (17.) *Mich. Förtſchius*, *de mortibus perſecutorum* Johannis *Baptiſtæ*, Jenæ 1709. Stephanus Baluzius Libro Secundo Miſcellaneorum ſuorum inſeruit Lactantii libellum de mortibus perſecutorum, ineditum adhuc & ignotum eruditis,& in Bibliothecæ ColbertinæCodiceMSCto a ſe repertum.In qvo a Nerone Chriſtianorum hoſte infenſiſſimo auſpicatus deſiit in Maximino; Doletqve Auctor hujus diſſertationis in præfat. §. 8. inde a temporibus Lactantii neminem repertum, qvi de continuando vel ſupplendo tam pio, tam utili, & tam egregio argumento cogitaverit. Sed iniqvitati temporis id tribuendum magis, qvam inertiæ

eo-

orum exiſtimamus, qvi civitati literariæ adſcripti ſunt. Hi enim de Lactantii opuſculo ex fando aliqvid acceperunt ante Baluzii ætatem, tantum abeſt ut de continuando eodem cogitare potuiſſent. Et laudandus omnino eſt Auctoris animus, dum telam hanc a Cicerone Chriſtianorum cæptam ulterius pertexere inſtituit, & hanc Diatriben de mortibus perſecutorum Johannis Baptiſtæ ſpecimen primum ſuſcepti hujus laboris eſſe voluit. Dummodo Lactantium locupletaturus Lactantii veſtigia ſecutus eſſet, & brevitati magis ſtuduiſſet. In hac enim diſqviſitione tantum duorum Johannis perſecutorum θανατολογίαν perſeqvitur Herodis & Herodiadis, & tamen 86. paginas implevit. Atqve hinc facile rationem ducere poteris qvot volumina confecturus fuiſſet Fortſchius, vel qvi ſub eo reſpondentis provinciam ſuſtinuit Joh. Georgius Jochius, ſi univerſam de mortibus perſecutorum Hiſtoriam, a Johannis Baptiſtæ temporibus uſqve ad noſtram ætatem, literarum monumentis commendaſſet. (18.) *G. H. Götzius, de Concionatoribus illuſtribus, von Durchlauchtigen Predigern*, Annebergæ 1700. Ecloga non indiligenter congeſta. Sed in qva ſunt qvædam qvæ videntur heterogenea. Melchiſedecum enim Concionatoribus illuſtribus aggregandum, qvod §. 9. aſſeverat Auctor, vix permittit Concionatoris definitio §. 1. ab ipſo poſita. (19.) *J. A. Schmidii Theologia Senecæ*, Jenæ 1686. Qvid de Theologia Senecæ exiſtimemus in Catalogo Theol. p. 1088. diximus, ubi libellum ejus de providentia excuſſimus.

Et eam in hac diſſertatione in formam artis re
digere anniſus eſt Auctor doctiſſ. Et licet vi
trigeſima pars ſit Theologiæ Senecæ qvam a
tulit, & cui imaginem diſciplinæ Scholaſtic
induxit; Apparet tamen non obſcure cujus ge
neris ſit, qvam hic philoſophus profeſſus e
Theologia, ſcilicet Eclectica, ſed lubrica ac
modum, & opinione dubia, & ſibimet ip
non ſatis conſtans, qvadrata miſcens rotundi
vera falſis, bona malis, certa incertis. Adeo eni
animo, ut ipſe ſcribit L. VII. Qvæſt. nat. C. 2
non poteſt liqvere de cæteris rebus, ut adhu
ipſe ſe qværat. (20.) *M. J. F. Kern, de vit
obitu, & ſcriptis Thomæ Ittigii*, Lipſiæ 1710. I
qvo vide Vol. LXXV. n. 39. (21.) G *H. G
tzius, de Johannis Bugenhagii meritis in Eccleſia
& Scholam Lubeccenſem*, Lubecæ 1704. Cuj
metalli hæc Phraſis ſit, qva utitur Auctor h
jus Orationis p. 16. *Nec abs me erratum iri co
fido, ich hoffe, ich werde nicht irren.* Ji judice
qvi norunt, qvid ſit caſte, condecenter
emaculate dicere. Scriptores ſane ad qvos r
mittit Lectores p. 20. ut ex iis condiſcant, qva
miſera Scholarum ante Bugenhagii tempo
fuerit facies, non ſunt πολλῶν ἀντάξιοι ἄλλ
Et potuiſſet eorum loco laudare Martinum L
therum, Virum divina concitum aura, & N
colaum Hermannum in Valle Joachimica Ca
torem antiqva virtute & fide excellentem. Qv
rum ille variis in locis Scholarum deſcril
luem atqve ſcabiem, ſed nullibi copioſius
luculentius, qvam in illa Diatribe, qva reru
pub.

ꝑlicarum proceres hortatur, ut de reſtitutio-
& emendatione Scholarum cogitent, qvæ
mo 2. Altenburg. p. 804- 814. continetur,
A. C. 1524. elucubrata inlucem exiit; Hic
i eadem ætate vixit, & ejusdem miſeriæ lo-
pletiſſimus ac certiſſimus teſtis eſt, de hac re
egie diſſerit in Epiſtola dedicatoria Libelli
C. 1562. Wittenbergæ impreſſi, qvo Hi-
rias qvasdam S. S. carmine germanico ex-
eſſas complexus eſt. (22.) *Seb. Kortholt, utrum*
rus Lotichius ſecundus obſidionem urbis Magde-
ıgenſis prædixerit, Kiloni 1703. Vide Volum.
XVII. n. 20. (23.) *Leonhardi Hutteri Oratio*
iebris in Polycarpum Lyſerum, Wittenb. 1610.
erbiori qvidem ſtilo contexta, ubi de ad-
rſariis Lyſeri ſermo eſt, digna tamen qvæ
dioſe lectitetur, qvia multa ad Hiſtoriam
cleſiaſticam & literariam illuſtrandam ſpe-
ntia comprehendit, qvæ non de trivio pe-
a ſunt. (24.) *A. F. D. Chriſtl. Societät wider*
Fluchen, Vollſauffen, Spielen, Northauſen
00. (25.) *J. F. Buddeus, de cultura ingenii*,
læ 1699. Bona Diatribe, & ſapiens. (26.)
h. Ebelingii Monaſticarum Scholarum commoda,
lmſtadii 1702. (27.) *Auguſtinus Leyſerus, de*
nmo Juris prudentiæ & JCtorum in Romana re-
ꝑlica contemtu, Wittenbergæ 1707. Pro-
amma perelegans. (28) M. *Joh. Clodius*,
Spiritibus familiaribus, Wittenbergæ
708.

LXXXIII.

M. Polycarpus Lyſerus, de Auguſtæ domus Brunſvico-Luneburgenſis meritis in rem literariam, Wittenbergæ 1717. Vir ſatis acutus, & induſtrius, & varia eruditione exornatus. Monumentis etiam literariis ſelectis editis & ineditis (p. 14.) inſtructus; Sed Paradoxologiarum nimis cupidus. (p. 28.) Et conjecturis ultra qvam ſatis eſt confiſus. Et in hac diſſertatione id neqvaqvam præſtans qvod in inſcriptione eſt pollicitus. Totus enim eſt in Auguſtæ domu Brunſvicenſis Hiſtoria civili ſcribenda. Et qva de meritis ejus in rem literariam promit, ta ſunt modica, ut paucis lineolis comprehend omnia potuiſſent. (2.) *Gottfried Arnolds gedoppelter Lebens-Lauff*, Leipzig 1716. Ex qv bus Biographia prima ab ipſo Arnoldo in cha tam conjecta eſt perbrevis & imperfecta, alt ra autem prioris faſtidioſa ἀνακεφαλαιώσ cum jejunis & illepidis qvibusdam additamen tis. In qvibus nihil de ſingularibus Arnol fatis, moribus, opinionibus, controverſi conſiliis, inſtitutis, conatibus, virtutibus, viti amicis, inimicis, ratione ſtudendi, converſan Bibliotheca, operibus perfectis & affectis, ec tis & ineditis, & qvæ ſunt alia ad Biographia eruditorum ſpectantia. Sine qvibus nec pr deſſe poſſunt rei literariæ, nec literatos del ctare. (3.) *Juſtus Thorſchmidius, de Heſyc Mileſio qvod fuerit Chriſtianus*, Wittenb. 171 Variis id argumentis perſvadere ſatagit A

Ct

tr , ſed qvæ ad Lectorem in ſuas partes per-
-nendum vix ſufficiunt. (4.) *Joh. Vogt , de*
ria Conſtantini Magni , Wittenbergæ 1716.
em in urbe Serviæ Niſſo flumini Moravæ
acente e ſinu matris eductum ſcribit. (5.)
. Chriſtoph. Coleri Hiſtoria Johannis Duræi ,
ttenbergæ 1716. Exercitatio in qva dili-
ntiam invenias & judicium , & Actorum
ræanorum non tantum exactum Compen-
m , ſed & Scriptorum ejusmodi Catalogum,
alem alibi non facile deprehendas. Extat
e C. VI. Et §. 43. p. 45. memorat Johannem
ræum A. C. 1672. Brevem diſqviſitionem
idiſſe de doctrinis veri Chriſtianiſmi funda-
entalibus. Qvod eam ob cauſam indican-
m putamus , qvia in Actis Rev. Miniſterii
ſtri relatum legimus , eodem anno Duræum
nc diſqviſitionem etiam Hildeſienſibus obtu-
ſe. Sic enim Joh. Hilpertus S. S. Th. D. & Ec-
eſiarum noſtrarum ea tempeſtate Ephorus l.
Anno 1672. *Im Monat Majo iſt von Joh. Du-*
o ein Schreiben an den hieſigen Magiſtrat und uns ,
it einer Diſqviſitione &c. Das Negotium Irenicum
treffend angelanget , wir haben aber nicht vor
thſam erachtet , uns in das Werck zu miſchen ,
er das Schreiben zu beantworten. Der Herr Bur-
meiſter hat auch zweiffelhafftig geredet , ob ſie ant-
orten würden. Anno 1640. *iſt gleichfalls ein*
oh. Duræus eben dieſes Wercks halber bey dem Hrn.
A. Rheſen damahligen Superintendenten geweſen , ob
aber eben dieſer ſey , können wir eigentlich nicht
viſſen. Procul dubio fuit idem. Qvia jam in-
le ab A. C. 1630. uſqve ad A. C. 1674. in

 ſce-

ſcena hac Irenica adornanda diſtrictus fuit. (6. *Heinr. Clauſing Matheſeωs commendatio*, Wittenb 1704. (7.) *M. Gabr. Groddeckii ex Hiſtoria liter. obſervationum ſingularium trias*, Gedani 1702. Pe relegans omnino. Qvarum 1) de Antoni Galatei ſcriptis, 2) de Chriſtophori Helvic theatro Hiſtorico ejusqve variis Editionibus, 3 de libro Tobiæ agit. (8.) *Andr. Ritter, de Præceptoribus Platonis*, Grypswaldiæ 1707. In qva diaſcepſi nihil eſt qvod Lectorem oblectar qveat. (9.) *Andr. Lud. Königsmann, de literarum amatoriarum apud veteres Germanos ignoratione*, Kiloni 1709. Literarum ſecreta Viros pariter ac fœminas Germanorum ignoraſſe qvondam, ſcribit Tacitus de ſitu, moribus, & populis Germaniæ C. XIX. Qvod Auctor hujus Diſſert. non generatim de literis omnibus, ſed ſpeciatim de amatoriis intelligendum eſſe (*Si haben von keinen Liebes-Brieffen was gewuſt*) exiſtimat, & non ſine veritatis ſpecie propugnat (10.) *Joh. Wolfg. Jägerus, de Heinrici Mori Judicio qvot tulit de Jacobo Böhmio*, Tubingæ 1708 Animo non ſatis æqvo fert Jägerus Jac. Böhmium a Moro tam leni cenſura correptum qvem graviore caſtigatione dignum exiſtimat (11.) *M. G. Thegen, de qvæſtione utrum Ariſtoteles propria cæde mortuus ſit nec ne?* Regiomont 1706. Exercitatio variis Hiſtoriæ literariæ obſervationibus, velut floſculis, reſperſa In qva non invitis canibus, qvam ſibi agitandam ſelegit feram, inſectatur, docetqve Ariſtotelem naturali morte (ſi datur mors ejusmodi. Omnis enim mors contra naturam eſt.) extinctum

Adeo

...eoqve fallere & falli, qvi putant eundem ...ſto cicutæ poculo effudiſſe ſpiritum, vel ...Euripum ſe dediſſe præcipitem. (12.) *J. C. Böhmeri Eudoxus Mathematicus, Medicus, & Le-...tor*, Helmſtadii 1715. Habes hic Commen-...um in J. A. Fabricii Libr. III. Bibl. Gr. C. V. §9. (p. 85.) luculentum ſane & ſplendidum. Cjus Auctorem nec J. C. Böhmerum Præſi-...m, nec Joh. Andr. Schmidium Reſpondentem ...e certis indiciis novimus, ſed Joh. Andr. S...midium Abbatem Mariæ Vallenſem, pa-...ntem iſtius, qvi in Diſſertationis indice Aucto-...m ſe profitetur. (13.) M. *Gabriel Groddeck, ...udonymorum Hebraicorum Hexecontas*, Gedani ...708. Non diu ſuperſtes fuit huic fætui Grod-...ckius. Siqvidem 1709. præmatura morte con-...ctus eſt. Hæc autem ejus Hexecontas judi-...o Eruditorum omnium probata, a Viro rei ...erariæ peritiſſimo J. C. Wolfio tota Volumi-... IV. Biblioth. Hebraicæ p. 1005. ſeq. inſerta ...t. Non confundenda tamen cum iis, qvæ ... Vincentii Placcii theatro Anonymorum & ...ſeudonymorum ſub Groddeckii nomine p. 680. ...q. leguntur de Pſeudonymis & Anonymis ...ebraicis collectanea. Qvæ enim in hoc thea-...o extant, (Doctiſſ. Wolfii hæc verba ſunt ...roddeckii opuſculo l. c. præmiſſa) a celeberri-...o Dav. Millio Catalectis Rabbinicis Ultraject. ...728. 8. inſerta, ea pluribus annis ante a Grod-...eckio cum Placcio communicata, & aliorum ob-...ervationibus aucta fuerunt, qvod ex præfa-...ione doctiſſimi Joh. Alb. Fabricii noſtri patet. ...aceo in hac Hexecontade Pſeudonymos tan-

tum comparere, cum in theatro Anonymi qvi qve percenſeantur. Fit qvidem & horum Pſeu donymorum ibidem mentio, facta autem com paratione intellexi in Hexecontade hac & plu res extare, & de nonnullis eorum plenius rectius præcipi qvam qvidem in theatro eſt fa ctum. Hactenus Wolfius. Qvi de Scriptis He bræorum Anonymis præclare differit in Biblio theca Hebraica Parte 2. Libr. VIII. p. 1247. T III. p. 1170. & IV. p. 1038. (14.) *J. A. Schmidii Triumviri Halberſtadenſes Clemens II. Jo hannes Semeca, Conradus de Halberſtad*, Helm ſtadii 1715. Ex qvibus ultimus Conradus de Halberſtad Seculo XIII. inclaruit, & Concor dantiis Latinis Biblicis, ab Hugone Cardina cæptis, ultimam impoſuit manum, voces inde clinabiles iisdem adjiciendo. Reliqvit etiam Tripartitum morale MSCtum, cujus hoc eſt Initium; *Sicut dicit Seneca in Epiſtola ad Lucilium 18. Philoſophia non in verbis, ſed in rebus eſt*, & Tripartitum inſcribitur, qvia in tres libros eſt digeſtum, qvorum *Primus* agit de Philoſopho rum & Poëtarum dictis notabilibus. *Secundus* de antiqvorum factis & exemplis memorabili bus. *Tertius*, de Poëtarum fabulis ad morum correctionem utilibus & curioſis. Qvorum li brorum argumenta ſecundum ordinem Alpha beticum diſpoſita farraginem continent varia rum rerum moralium ex variis Auctoribus col lectarum. Opus hoc eſt ineditum, & a Ve nerando Abbate Schmidio præteritum, in no ſtra autem Bibliothecula adhuc obvium. (15.) Ejusdem, *de Notariis Eccleſiæ tum Orientalis*

m Occidentalis Diſſertatio I. Helmſtadii 1715. (16.) Ejusd. *Diſſertatio II.* Ibidem. Eodem. (17.) Ejusd. *Diſſertatio III.* Ibidem. Eodem. ...væ rei literariæ & Antiqvitati Eccleſiaſticæ ...a conducunt ut qvod maxime. (18.) Ejusdem, *Jethro Exodi* 2. & 18. Helmſtadii 1715. ...ommentatiuncula αὐτοσχεδιαστική, ut videtur. (19.) *G. H. Götzius, de Monica matre Auguſti...i*, Lubecæ 1712. Varii ſunt qvi vitam Mo...icæ deſcripſerunt, ab Auctore p. 4. enume...ati. Nec ipſe nullum huic Biographiæ in ſum...it ſtudium, ſed digreſſionibus delectatus eſt ...imium, ut ex iis conficeret aliqvid confirma...ionis vel illuſtrationis, non argumentando, ...ed augendo tantum per qvandam amplificatio...nem. (20.) *Joh. Andr. Danzii, Harmonia vitæ Salomonis*, Jenæ 1711. Non indigna lectu; ſed a Dn. Reimio elucubrata, qvi ſub Danzii umbone tutus Harmoniam hanc defendiſſe ſcribitur, non ab ipſo Danzio, qvi Præſidis provinciam ſuſtinuit. (21.) *Chriſt. Gvil. Vollandi Vindiciæ Chryſoſtomi contra Harduinum*, Lipſiæ 1714. In qvibus Epiſtolæ Johannis Chryſoſtomi ad Cæſarium Monachum perſcriptæ, ob qvam tot fluctus in ſimpulo excitarunt Pontificii, fata copioſe deſcribuntur, ejusqve γνησιότης maſcule defenditur, & orationis habitus a ψευδερμηνείᾳ, Joh. Harduni vindicatur. (22.) J. *H. von Seelen, Comment. de Joh. Chriſt. Wolfii vita, ſcriptis & meritis in rempublicam literariam*, Stadæ 1717. Viginti fere anni elapſi ſunt, cum hæc Commentatio typis exſcripta eſt.

Atque in iis nulla dies Wolfio abiit ſine linea. Unde facile rationem ducere poſſumus, qvanta eidem hodie fieri poſſit ac debeat acceſſio.

LXXXIV.

Andreæ Charitii Comment. de Viris eruditis Gedani ortis, ſpeciatim iis, qvi Scriptis inclaruerunt, Wittenbergæ 1715. Imo & alios in hanc ſuam Hexecontada (LX. enim ſunt Gedanenſes eruditi qvorum nomina in hanc Commentatiunculam relata legimus) admiſit Auctor, qvi ſcriptis non inclaruerunt. Et hos ita diſpoſuit ut cognominis cujusvis elementum primum, ordini elementorum in Alphabeto occurrentium reſponderet. Qvod peropportunum eſt qværentibus. Hoc autem maxime in laude ponendum eſſe putamus, qvod Homonymos ſtudioſe collegit & diſtinxit, & errata aliorum in percenſendis hiſce Scriptis & Scriptoribus ſubinde indicavit, & qvædam de iis non ubiqve obvia commemoravit. Et dictione Hiſtorica, h. e. perſpicua, & plana, & æqvabili, eaqve non inornata uſus eſt. Utinam merita Gedanenſium in rem literariam, v. g. Hevelii, Keckermanni, Cluverii &c accuratius indicaſſet, & qvibus rebus auxerint ſcientiarum opes dilucide ſignificaſſet, & qvid boni malive in eorum ſcriptis inſit ſtrictim ſimul notaſſet. (2.) *J. H. von Seelen Stada literata*, Stadæ 1711. *Primum* hoc eſt ſpecimen literarium Dn. J. H. von Seelen, qvi eo tempore qva fœtum hunc felici partu in lucem emiſit, vix annum XXII. exceſſerat. Nec deſeruit qvam in

in-

ſcriptione dedit fidem. Vitas enim & hono-
r & Opera edita & inedita eruditorum bona
fe, & ſumma induſtria, percenſet, qvi anno
DCCXI. rempublicam Stadenſem literariam
ornarunt. Nec vitio eidem dari poteſt, qvod
ſce Diptychis interdum inſeruerit aliqvos, qvi
civitatem literariam vix qvicqvam, præter
men, attulerunt (p. 15. 51. 58. 88. 89. 100.
1.) Ipſe enim jam tum in præfatione præ-
dit hoc telum, & ne noceret, hac ratione
preſſit, in hoc notitiæ genere excuſatius pec-
ri abundatia qvam defectu. (3.) *Joh. Caſp.*
berti Leorinum eruditum, Uratislaviæ 1714.
enturiam eruditorum in unum conduxit Au-
or, qvos Leoberga Sileſiorum protulit. Sed
ulta in hoc ſunt nomina perobſcura, ſcripta
iam qvædam occultanda potius qvam divul-
anda, v. g. p. 7. Georgii Beieri *Geiſtliche Schlaff-*
laube mit tröſtlichen Sprüchen H. Schrifft zuſammen
näbet. Et teſtes nonnulli non admodum gra-
es & locupletes. Multum tamen induſtriæ in
oncinnanda hac Hexacontade poſuit Ebertus,
Hiſtoriam ſuam literariam Emblematis Poëti-
is ceu ſtellulis diſtinxit, & hoc ipſo oſtendit,
ſſe ſibi non difficiles in carmina Muſas. (4.)
oh. Petri Stute Suſatum purpuratum ſ vita Johan-
is Gropperi Cardinalis, Lipſiæ 1713. Ubi non
iſputabimus, an Johannes Gropperus Cardi-
alis appellari poſſit, qvi infulam Cardinalitiam
Paulo IV. ſibi oblatam animo plusqvam
Heroico recuſavit (vide Petri Svavis Po-
ani Hiſtor. Concilii Tridentini L. V. p.
358.) Nec, ſi admiſiſſet hanc purpu-
ram,

ram, an Suſatum iccirco dici poſſit purpuratum. Hoc tantum dicemus, Auctorem §. 17. p. 30. recte obſervaſſe: Antonium Poſſevinum in Apparatu ſacro p. 890. & fallere & falli, qvando ſcribit: Johannem Gropperum Enchiridion Chriſtianæ Inſtitutionis nomine Concilii Conſtantienſis edidiſſe; Sed tamen in viam reducere errantem non potuiſſe, qvia ipſemet veram rationem hujus rei non habuit perſpectam. Qvæ hæc eſt; Joh. Gropperus edidit Enchiridion Chriſtianæ Inſtitutionis in Concilio, non univerſali Conſtantienſi; Sed in Concilio provinciali Colonienſi, qvod eſt in Bibliothecula noſtra, & de qvo diſſeruimus in Catalogo Biblioth. Theolog. p. 464. (5.) *M. Franſc. Alb. Æpini merita Weſtphalorum in Academiam Roſtochienſem*, Roſtochii 1707. Non Æpinum, ſed, qvi reſpondentis munere perfunctus eſt, Reinhardum Heinricum Rollium, hujus Eclogæ Auctorem eſſe conjectura non vana perſuaſi ſumus. Nec nullum hic Vir de re literaria habet guſtum; Sed qvæ Weſtphalorum ſint merita, qvibus Academiam Roſtochienſem devinctam ſibi reddiderunt, fatemur nos in hac Pinacotheca reperire non potuiſſe. Eruditorum Weſtphalorum imagines XXI. in ea ſuſpendit Auctor, VII. Theologorum, VII. JCtorum, & VII. Philoſophorum. Et ad horum vitas & ſcripta enarranda ſe accingit. Sed hiat qvandoqve & interſiſtit ejus oratio. Siqvidem p. 54. de Elia Perotto nec vitam nec ſcripta recenſet, nedum merita literaria. Pagina autem 19. Eilhardi Lubini qvæ recitat monumenta vocat conſummatiſſima, cum qvædam in iis ſint, qvæ

aucto-

aſtoritate ſuperiorum ſunt ſuppreſſa, & ab i.ſo palinodia publica recantata, qvod in Catalgo Bibl Theol. p. 1109. indicavimus. Et qvod p. 37. ſcribit, *Martinum Troſtium edidiſſe* a) *N. T. Syriacum Wittenbergæ* 4. 1621. 1627. b.) *Verſionem & varias Lectiones ad N. T. Syriacum, Cothenis Anhaltinorum*, 1621. 4. Id tam procul abeſt a veritate qvam a lupinis æra. Falſum eſt enim (a) N. T. Syriacum Troſtii Wittenbergæ eſſe editum; (b) Falſum idipſum ibidem anno 1627. denuo recuſum. (c) Falſum verſionem & varias lectiones ad N. T, Cothenis Anhaltinorum 1620. ſeparatim prodiiſſe. Unus eſt liber ex qvo Rollius facit duos. Una etiam ejus editio Cothenis Anhaltinorum vulgata ſub hac ἐπιγραφῇ, Novum Taſtamentum Syriace cum verſione latina ex diverſis editionibus diligentiſſime recenſitum, acceſſerunt in fine notationes variantis lectionis, ex qvinqve impreſſis editionibus diligenter collectæ. (6.) *M. Joh. Chriſt. Wendlerus de meritis Reipublicæ Auguſtanæ in rem literariam*, Jenæ 1713. Primus eſt Auctor qvi, qvantum Reipublicæ Auguſtanæ debeat reſpublica literaria, & qvæ in ea triumphant meliores literæ, docuit. Dignus qvi meliore lapillo notetur. Qvia de Bibliotheca Auguſtana publica, & Bibliothecæ præfectis & cuſtodibus, & meritis Reipublicæ Auguſtanæ literariis ita diſſerit, ut laudis præmium qvaſi meritum jure poſſit exigere. (7.) *Adamus Rechenbergius de nobilitate Miſniæ literata*, Lipſiæ 1694. Schediaſma Hiſtoricum utile & perjucundum, in qvo nobiles literati plures in Miſnia procreati

ti, Theologi, JCti, & Philoſophi ordine Alphabetico, dictione liqvida & uniformi percenſentur, ut pateat nobilium Miſnicorum laudes non eſſe in origine ſola. (8.) *Chriſt. Frid. Wiliſchius de meritis Senatus Annæbergenſis in rem Scholaſticam*, Lipſiæ 1715. Ἀποβατήριος eſt λόγος hicce Wiliſchii ex Annæmontano Lyceo tum diſcedentis ad Gymnaſium Altenburgenſe. Et continetur in eo Hiſtoria Scholæ Annæbergenſis, ab A. C. 1505. usqve ad hæc tempora ordine Chronologico, dictione terſa & rotunda deſcripta, ut iis, qvorum intereſt hæc noſſe, conſtaret, qvibus viis & rationibus ad eum, in qvo nunc eſt, ſtatum pervenerit. (9.) *Seb.* M*atth. Nathan de iis qvi ab Evangelii reſtitutione NeoHaldenslebii munus Sacrum obierunt*, Magdeburgi 1715. (10.) M. *Joachimus* M*antzelius de Georgiis fama & eruditione claris*, Güſtroviæ 1712. Scriptores qvi virorum eruditorum condiderunt Hiſtoriam, qvorum prænomina fuerunt Homonyma numero XLV. recenſet Johannes Mollerus in Homonymoſcopia Sect. IV. C. 4. p. 914. ſeq. Et tenuis omnino eſt hic labor, tenuisqve gloria, inprimis ſi læva ſunt Numina, nec adeſt vocatus Apollo; In hiſce tamen Eclogis ſunt qvædam non prorſus cottidiani commatis, & qvæ favente cælo ab Auctore conducta eſſe exiſtimare qveas. (11.) *Urbani* G*odofr. Siberi Hiſtoria Godeſchalcorum*, Lipſiæ 1712. Bella, docta, lectu dicta. (12.) G. *H. Götzii Muſeum eruditi variis memorabilibus conſpicuum*, Lubecæ 1712.

LXXXV.

B. G. Struve de vitiis Hiſtoricorum, Jenæ 705. Qvi Hiſtoricorum vitia ita deſcribit, : ſuas infimul pandat virtutes, lectionis varie- tem, doctrinæ copiam, judicii acumen, & enuſtam orationis lineam. (2.) *H. Bodinus de qvod juſtum eſt circa teſtimonia Hiſtoricorum*, Ha- e 1701. Qvæ, qvalis, & qvanta fides ad- ibenda ſit Hiſtoricis nunqvam ſolicitius inveſti- atum, nunqvam magis diſputatum eſt, qvam oſtra tempeſtate, qva doctrina de *probabilitate* udioſius qvam ante coli cæpta eſt, cujus *pro- abilitas Hiſtorica* eſt qvædam ſpecies. Nec in- iligenter elucubrata eſt hæc Diſſertatio, qvæ ad rgumentum hoc illuſtrandum præclare facit. Ͻvæqve non H. Bodinum Auctorem habet, ſed, vi reſpondentis provinciam ſub eo ſuſtinuit, Jo- annem Burchardum Menckenium, ut patet ex . 21. p. 28. Cujus utinam haberemus, qvod . 25. p. 30. exſpectare nos juſſit opus egregium bi, non ediſſeram prolixe, ſcribit, de proba- ione MSCtorum Codicum, diplomatum, lapi- lum, de qva non uno loco agit Doctiſſ. Eiſen- ıardus de fide Hiſtorica. In his multum refert, eterum ſcribendi rationem habere perſpectam, ıeqve poterit ex iis prius judicium ferri, qvam le ætate conſtet. Et præſtitere aliqvid in ea re Mabillonius in Opere excellentiſſimo de re di- ɔlomatica, Leo Allatius in animadverſionibus ıd Antiqvitatum Hetruſcarum fragmenta p. 45. eq. Et qvod ad Seculi X. ſpeciatim ſcripturas

atti-

attinet Heinricus Boeclerus in Hiſtoria Sec. IX & X. p. m. 240. ſeq. At cùm multa lubrico al his fundamento videantur ſuperſtructa, ipſe novum opus aggredi ea ratione conſtitui, ut collectis diligenter eorum MSCtorum ſpeciminibus qvibus adnotatus annus eſt, qvo ſcribebantur illud inprimis doceam, qvemadmodum per ſingula Secula mutata ſit ſcribendi ratio. Qvoniam vero hactenus octavo Seculo antiqvitores ſive latinos ſive Græcos Codices nanciſci in itenere meo Belgico-Anglico non potui, (Nam pleriqve qvi majuſculis literis ſcripti ſunt, ut Codex Alexandrinus, qvi Londini in Bibliotheca Regia aſſervatur a Bentlejo Bibliothecario liberaliter mihi communicatus, Codex item Geneſeos vetuſtiſſimus in Bibliotheca Cottoniana, annum adſcriptum non habent, qvem in cæteris qvoqve rarius deprehendas,) rogatos eos cupio, qvibus antiqviores Codices innotuere, ne inſtitutum meum graventur adjuvare. (3.) *Danieli de Neſſel Sciagraphia magni corporis Hiſtorici, hactenus inediti, brevi tamen edendi &c.* Vindobonæ 1692. Magnifica ſunt qvæ Auctor in hac Sciagraphia pollicetur: Futurum ſe ex antiqviſſimis & rariſſimis Bibliothecæ Vindobonenſis autographis, & Codicibus MSCtis, Scriptores varios ineditos, & in varia Syntagmata, & Tomos diverſos pro diverſitate materiæ digeſtos, ſpectantes ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam & civilem ſpeciatim Germanicam, Auſtriacam, Hiſpanicam, Hungaricam, Bohemicam, Polonicam, Sinicam, Mexicanam, Numiſmaticam etiam &c. Sed fumos vendidit Neſſelius, & qvod ver

vobis promiſit, re ipſa non præſtitit, licet usqve ad annum 1700. vitam produxerit. Secutus hac in parte veſtigia anteceſſoris Petri Lambecii, qvi multa pollicitus in re literaria, pauca dedit, qvod copioſe demonſtravimus in Præfatione Bibliothecæ Acroamaticæ §. 21. ſeq. p. 3. ſeq. (4.) *D. Julius Epiſcopus Naumburgenſis de Republica* Germaniæ *ſeu Imperio conſtituendo*, Coloniæ 1562. (5.) *H. Conringius de Judiciis reipublicæ German.* Helmſtadii 1647. (6.) *Henr. Hahnius de variis Poteſtatibus Romani & Germanici Imperii*, Helmſt. 1676. (7.) *J. H. Boecleri Conductor Carolinus*, Argentorati 1691. (8.) *Jac. Chriſt. Lynckerus de Idiomate Imperiali*, Jenæ 1699. In qva Hiſtoria Idiomatis Imperialis adumbrata, & his verborum ſententiis & pronunciatis deſcripta eſt: 1.) Ante Caroli M. ævum, ſi qui contractus aut forenſia alia literis exarata ſint, Græco omnia vel latino ſermone exarata reperiuntur p. 1. 2.) Lingua Theotiſca primores, Romana ſeu Gallica vulgus loqvebatur, Latina literati, in negotiis publicis expediendis & conſignandis p. 5. 3.) Lingua Theotiſca ſuis characteribus propriis integre recteqve ſcribi ante tempora Carolina non potuit p. 5. 4.) Linguæ Theotiſcæ uſus in forenſibus & publicis negotiis ante Sec. XII. & XIII. nullus p. 9. 5.) Idioma Germanicum ante Seculum XV, Clero adhuc ſemper repugnante, prævalere non potuit p. 11. 6) Latinæ Linguæ uſus in contractibus privatorum & negotiis qvotidianis ſub medium fere Seculi XIV. freqventari deſiit p. 18. 7.) In negotiis Imperii, intra fines Germaniæ tractandis,

Y qvæ-

qvæcunqve etiam cauſæ Italicæ vel Gallicæ fu rint, nonniſi duo idiomata p. 24. Teutonicu & Latinum admittuntur. 8.) Latine jus c ctum eſt in Gallia usqve ad tempora Franciſci Qvi anno 1539. edicta, arreſta, proceſſus, acta, nec non tabulas contractuum & teſtame torum inpoſterum Gallice concipi voluit. (9 M. *Eſaias Pufendörfer de Druidibus*, Lipſiæ 165 Qvem M. Joh. Frid. Scharffii Meletemate, c Druidibus Gallorum, mirum qvantum adjutum e ſe, in Syſtemate antiqvitatis literariæ P. I. p. ſeq. docuimus. (10.) *M. Joh. Lauterbach de Ca minibus veterum Germanorum*, Jenæ 1696. Pr ma hæc eſt Diſſertatio de Carminibus veteru Germanorum, qvam nobis communicavit Au ctor; Cui an addiderit plures poſtea explora tum non habemus; De Ottfridi Evangeliis ſe i ſecutura Diatribe acturum §. 25. p. 26. ſcribit At hæc medii ævi ſunt carmina, non veteris, ne ejus qvo vixit Tacitus. Ex qvo nec carmen u lum attulit hic noſter, nec afferre potuit, qv qvæ fuerunt ante Caroli M. ætatem monumen ta Germanorum omnia ab edaci tempore ſunt co ſumta. (11.) *Chriſt. Cellarii initia cultioris Ger maniæ*, Halæ 1703. Germanorum Cicero e Auctor, ſi ſpectes verba, Plinius, ſi res, Tacitus, ſi rerum cauſas mira conjectandi felic tate e rebus elicitas. Cultioris Germaniæ initi ſcribit, a luce cœleſtis doctrinæ eſſe arceſſenda qvæ jam Seculo II. ſparſim in barbara nation fuerit, ſed Seculo IX. latius diffuſa & diſſipat Cum ea enim meliores literas ſimul propagata (12.) *Conr. Samuel Schurtzfleiſch de meritis Germa*

norum

m in Græcas literas, Wittenbergæ 1697.
um duumvirorum (Cellarii & Schurtzflei-
i) pares fuerunt honorum gradus, & artium
iorumqve qvaſi finitima vicinitas, ſine ob-
tatione invidiæ, qvæ ſolet exulcerare pleros.
. Et ſi hanc Diſſertationem luſtraveris, mi-
deprehendes in dicendo munditiem, in
ocando dexteritatem, in notandis meritis
manorum induſtriam. Etenim 1.) Philip-
Melanchthon primus eſt, qvi verba in *μι*
inentia ad unam conjugandi rationem, ut di-
it technici, Grammaticorum Magiſtris antea
otam, novo utiliqve exemplo revocavit §.
2) Laurentius Rhodomanus tantus in Poë-
ræcorum fuit, ut, ſi nomen ejus a Poëma-
us abeſſet, nos antiqvum nomen iisdem præ-
pſiſſemus l. c. 3) Joh. Reuchlinus primus,
bræam linguam in Germaniam introduxit
rasqve græcas, & humanitatis ſtudia primus
itavit, atqve in convertendis Græcorum li-
s ſedulus admodum & felix fuit §. 14. 4.)
vid Höſchelius primam Photii, cenſoris libro-
n accuratiſſimi, editionem procuravit, qvam
eperunt maximo cum applauſu ipſi qvoqve
ncipes literatorum tunc temporis &c. §. 15.
3.) *Joh. Burch.* Mencke *de Græcarum & Latina-
n literarum in Misnia inſtauratoribus*, Lipſiæ
01. De qvo Volum. 67. N. 7. (14.) *G. W.
edelius de Diæta literatorum*, Jenæ 1699. In
a Commentatiuncula dictionis perſpicuitas, &
ſervationum bene digeſtarum utilitas ita pro-
ta eſt lectoribus, ut ſæpius recuſa ſit. Nobis
m ob cauſam cumprimis lectu digna viſa, qvod

Sect. 2. C. 1. p. 5. ſcribit Auctor. Qvemlit literatum non modo in aëris, ſed & in omnit rerum non naturalium uſu corporis ſui conſtit tionem ſcrutari oportere, &, qvid ſibi proficuu qvid contra nocivum, obſervare. Hæc eni omnium regularum Diæteticarum eſt optima certiſſima. (15.) M. *Joh. Aug. Egenolffus de i tio diſcrepantiæ Linguarum*, Lipſiæ 1705. E tra oleas vagatur Auctor, & ſua ſepta tranſil Non enim probat id, qvod §. 6. probandu ſuſcepit: *Jam ante diluvium diverſas fuiſſe in c be linguas;* Sed hoc ſolummodo; Jam ante dil vium diverſas linguas eſſe potuiſſe. Qvod r mo inficiatus eſt unqvam. A poſſe autem eſſe N. V. C. jam pridem docuerunt Scholari Magiſtri. Et jam plures fuerunt ante eum, e novitatum cupidi, in eandem Scyllam incic runt. (16) *Chriſtophorus Cellarius de melioril literis reſtituendis*, Halæ 1697. (17.) *C. Schurtzfleiſch an a Terentio primordia Latini ſern nis capienda*, Wittenb. 1704. In legendis Sc ptoribus latinis, qvi ſunt primæ notæ, & cl ſici dicuntur ab A. Gellio L. XIX. C. 8. initiu faciendum eſſe a Terentio nonnullorum eſt o nio, qvorum nomina indicat Auctor § 8. N inficiatur hunc Carthaginenſem tantopere C micis omnibus eſſe anteferendum §. 26. Qvi topere ejus Hecyra Comœdiis reliqvis §. 2 Sed hoc negat, tyronibus eundem eſſe co mendandum, & ab eo primordia latinitatis c pienda, propterea qvod ſubitum ejus & tum tuarium ſcribendi genus, ineptiarum plenu & affine libertati §. 16, inqvinatum dictionib

obſ

...letis, antiqvatis, poeticis, & peregrinis l. c. ... formulisqve ad laſciviam & libidinem com... ...is §. 18. Adeoqve adoleſcentibus magis ... nu, & manibus, & oculis habendum Ci... ...nem §. 15. Cornelium §. 24. Cæſarem l. ... c. (18.) *Ejusdem de ſtudiis Romanorum litera... in urbe & provinciis*, Halæ 1698. Vide ſu... Vol. 54. N. 5. (19.) *M. Joh. Aug. Ege... ...us de tribus Latinæ Linguæ filiabus h. e. de ortu, ...qve linguæ Hiſpanicæ, Gallicæ, Italicæ*, Lip... 1704. Non vidit Auctor Chriſtophori Cel... Diſſertationem de Origine Linguæ Italicæ ... A. C. 1694. jam prodierat, qvæqve ipſi ... corymbos nectenti & exemplo & adjumen... ...ſſe potuiſſet. Non tamen male locavit ope... ... linguarum, qvarum indagavit Origenes, ...rus, & in Hiſtoria literaria non plane ho... ...s. Rectius tamen fortaſſe conſuluiſſet ſibi, & ...ori, & argumento, ſi uniuscujusqve linguæ ...nealogiam ſeorſim perluſtraſſet. (20). *Chriſt. ...arius de Origine Linguæ Italicæ ex barbarorum in... ...ſionibus natæ*, Halæ 1694. Gothos & Lon... ...bardos (vel Langobardos potius) per tria ſe... Secula Italiam incoluiſſe, & hoc temporis ...tio linguam Latinam idiomate ſuo Germani... ita infuſcaſſe, ut alia inde naſceretur, qvam ...licam hodie appellamus, Auctor ex probatæ ...ei Scriptoribus tradit. Et hanc ſuam ſenten... ...m habitu orationis nitido & pervenuſto ita ve... ..., ut fluctuet lectoris animus, an plus proſit, ... delectet hæc commentatiuncula. (21.) *J. Wichmanshauſen Lingua Ebræa de Cananæa trium... ...ns*, Wittenbergæ 1704. (22.) *Chr. Franc.*

 Pau-

Paulini de Advocatis & Oeconomis Monaſticis, Jenæ 1686. (23.) *Chriſt. Cellarius de Cimbris & Teutonis primis Romanorum, & Germaniæ hoſtibus*, Halæ 1701. (24.) *B. G. Struvius de Ruta Saxonica*, Jenæ 1705. (25.) C. *S. Schurtzfleiſch de Antiqva Saxonum dignitate*, Wittenb. 1698. (26.) *D. Andr. Meyerus de Inveſtitura Saxonica in rebus allodialibus & immobilibus*, Francof. ad Oderam 1667. (27.) *M. Amadeus Schmeltz de idololatria Veterum* Miſniæ *incolarum*, Lipſiæ 1698. (28.) *Jacobi Uſſerii Veterum Epiſtolarum Hybernicarum Sylloge*, Herbonæ 1697. De quibus legendus Thomas Schmithus in vita Uſſerii p. m. 69. ſeq. (29.) C. S. *Schurtzfleiſchii Hungaria*, Wittenbergæ 1685. (30.) *Ejusdem res Danicæ*, Ibidem 1693. (31.) *Ejusdem res Sveo-Gothicæ*, Ibidem 1691. (32.) *M. Bonde Humeri Stemma Sveonum in cælo Heraldico*, Jenæ 1691. (33.) *Joh. Esbergii mulieres Philoſophantes*, Upſaliæ 1700. Plures ſunt qvi de doctis mulieribus Commentati ſunt, qvorum nomina produxit Chriſt. Aug. Heumannus in via ad Hiſtoriam literariam C. VII. §. 36. p. 398. Sed Esbergii mentionem nullam fecit, qvia non facile obvium eſt hoc ejus Schediasma. Et hoc unicum etiam eſt a qvo commendari poteſt. Qvod enim ad Opus ipſum attinet, alienum a voluntate Auctoris & exſpectatione lectoris habuit exitum. Plenum mendorum typographicorum, & a rerum copia & varietate tam procul remotum, ut rectius feciſſe Auctorem exiſtimemus, ſi hoc argumentum tam copioſum & lautum alteri cuidam elucubrandum reliqviſſet, vel ſolas mulieres Svecicas eruditione inclytas colli-

-cigendas ſibi ſumſiſſet. (34.) C. S. *Schurtz-eiſch Res Mecklenburgicæ*, Wittenbergæ 1695. 3.) *Ejusdem propoſitiones Hiſtoricæ*, Ibidem 63. (36.) *Caſp. Sagittarii Hiſtoria Lubecenſis entior*, Jenæ 1679. (37.) C. S. *Schurtz-eiſchii Origenes Lignicenſes*, Wittenbergæ 1697. 3.) *M Chriſt. Stieffii de urnis in Sileſia Lignicen-ibus & Pillgrâmsdorffienſibus*, Uratislaviæ 1704. 9.) *M. Joh. Chriſt. Olearii urnæ ſepulcrales, Be-rbniſs-Töpfe*, Jenæ 1701. (40.) *C. Cellarius* *J. Cæſaris adverſus Arioviſtum geſtis bellis*, Halæ 1702. (41.) *C. S. Schurtzfleiſch de Conrado Impe-atore ejusqve diplomate de expeditione Romana*, Wit-teb. 1702. (42.) *G. Caſp. Kirchmaier de Hartz-eroda inexhauſtis opibus Metallicis*, Wittenb. 1697. 3.) *M. G. Sam. Treuer Magdeburgum & Exci-dium* Magdeburgenſe, Lipſiæ 1702. (44.) *Chriſt. Cellarius de Claudii Druſi expeditionibus, maximè Germanicis*, Halæ 1702. (45.) *Ejusdem de Ger-manico Cæſare Tiberii f. & Auguſti nep.* Ibidem 1704. (46.) *Ejusdem de Neronis Claudii in rem-publ. & Eccleſiam ſævitia*, Ibidem 1703. (47.) *Caſp. Sagittarius de Eccardo* I. *Misniæ Marchione*, Jenæ 1675. (48.) *Idem de Eccardo* 2. Ibidem 1680. (49.) *Mich. Bojemi vita Alberti* 3. *animo-ſi Ducis Saxoniæ cum animadverſionibus Schurtzflei-ſchii*, Wittenb. 1676. (50.) *C. Cellarius de Si-lio Italico Poeta Conſulari*, Halæ Vide Vol. LXVII. 37. (51.) *M. Chriſt. Fridericus Boernerus de Græcis qvi Sec. XV. ſuas literas in Italiam intule-runt*, Lipſiæ ſine tempore & loco. Ex XII. XIII. illuſtribus Græcis qvi ante & poſt ex-pugnatam 1453. Conſtantinopolin in Italiam

ſe receperunt, & Græcarum literarum ſtud in ea vel inſtituerunt primum, vel collapſa r ſtituerunt, qvatuor tantum in hac Diſſertati ne exhibet Auctor, reliqvosqve ſe inpoſteru daturum in præfat. promittit. Qvod præſtitiſ eum vellemus ſane! Usqve adeo hæc Tetras l teraria noſtro deſiderio ſatisfacit. In qva dicti gracilis cum lenitate æqvabili profluens; E poſitiones rerum cum judicio ſelectæ, & teſtibu idoneis confirmatæ Et mendæ eorum, qvi ſemita veritatis diſceſſerunt molliter, & ſin judiciali aſperitate correctæ. (52.) *Paulus Ar tonius de vita & doctrina Haymonis*, Vide Vo LXXVI. N. 11. (53.) *M Joh. Wilh. Seyfried d Joh. Huſſo Martyre*, Jenæ 1698. Vid. Vol. LXXV. 3 (54.) *J. F. Meyer de Catharina Lutheri Conjuge*, Vid Vol. LXXIV. N. 4. (55.) M. *Daniel Fidler d Joh Rhagio Æſti Campiano*, Lipſiæ 1703. Di gnus eſt Rhagius, cujus memoria perpetuo v geat & vivat in animis eruditorum, qvia unu ex iis eſt, qvi, profligata barbarie, meliores l teras in Germania reſtituerunt. Adeoqve lau dandum eſt Auctoris ſtudium, qvod in Biogra phia hac elucubranda conſumſit, qva ita u ſunt Lexici eruditorum conditores, ut, qvic qvid de Rhagio tradiderunt, omne ex hiſc ſchedis Fidlerianis mutuo acceperint. (56. M. *Joh. Barthol. Lenzii Series Profeſſorum natio Francorum qvi Wittenbergam illuſtrarunt*, Witter bergæ 1702. Vid. Volumen XLVII. N. 8. (57. M. Joh. *Dieterici Diſſert. de Annæberga & claris v ris inde Oriundis*, Lipſiæ 1702. Vide Vo LXXIII. N. 9. (58.) Joh *David Schieferdeck*

B

[B]ſchreibung der Pfarr-Kirche unſer lieben Frauen in [W]eiſſenfels, Weiſſenfels 1703.

LXXXVI.

M. J. G. Pritius, de Republica literaria, Lipſ[i]e 1698. Vide Vol. XLVII. n. 1. (2.) *Ni[c]olai Richteri Hiſtoria literaria delineata & illuſtrata*, [R]oſtochii 1696. Ægre ſuſtinet Auctor Eru[d]itorum conditionem & ſtatum, qvi Hiſto[r]iam literariam ſubinde crepant, & tamen [q]vid illa ſit, ſciunt cum ignariſſimis. Cui [m]alo medelam allaturus, eam hoc modo de[fi]niendam eſſe putat: Hiſtoria literaria eſt ha[b]itus mentis Philologicus, literarum atqve ar[ti]um earundemqve cultorum cum ſuis inge[n]ii monumentis, convenientem atqve accura[t]am complectens memoriam, ut ſua inde omni [li]terarum atqve artium generi, earundemqve [c]ultoribus utilitas atqve jucunditas accedat. [S]ed nec in genere odorando debita Sagacitate [u]ſus eſt auctor, nec in perveſtiganda differen[t]ia, h. e. materia, forma ac fine Hiſtoriæ Li[t]erariæ. Qvam nos breviter ita delineandam [o]pinamur, qvod ſit Hiſtoria exponens litera[r]um ortum & progreſſum. Ex hac enim de[f]initione ſtatim emergit diviſio. Eam eſſe to[t]uplicem, qvotuplices ſunt Literæ, Theolo[g]icam, Juridicam, Medicam, Philoſophi[c]am, Philologicam, Hiſtoricam. Theologi[c]am rurſus, Theologiæ theticæ, Polemicæ, &c. Hæc plana ſunt & perſpicua. Ea autem qvæ tradit auctor obſcura atqve perplexa. (3.)

M. J. L. Lenzius, *de priveligiis literatorum in gen te Hebræa*, Wittenbergæ 1700. De qva Dia tribe diſſeruimus in Syſtemate Antiqvit. Lite rariæ p. 416. ſeq. (4.) *M.* J*oh. Reiſkius*, *d rei literariæ ſtatu per Europam præſente. Pars* I II.III.IV. Luneburgi 1673. & 74. Vir multæ & variæ & accuratiſſimæ eruditionis fuit Reiskius cujus monumenta pleraqve, qvæ prelo ſummi ſit, egregia ſunt, & lectu digna. Siqvidem in iis plerumqve alios, qvi de eodem argumento commentati ſunt, ſuperavit, ſed in hac te trade ſemetipſum; In qva id agit, ut oſtendat Europam præ omnibus aliis partibus orbis abundare multitudine Bibliothecarum, & Virorum Eruditorum, qvi id ſibi datum eſſe negotii credant, ut diſciplinas antiqvas excitent & novis inventis iisdem novum ſplendorem afferant. Et hoc tanta ſedulitate, tantoqve eruditionis apparatu exeqvitur, ut dignæ ſint hæ Schedæ, qvæ denuo recudantur & manibus omnium, qvi Hiſtoriæ literariæ ponunt pretium, terantur. Nec ſatis mirari poſſumus, qvomodo factum ſit ut Reiskius τῷ πάνυ Morhoffio ita fuerit ignotus, qvo nemo facile rei literariæ magis fuit peritus. (5.) *Abr. Hinckelmannus*, *de fundamentis veræ pietatis & Eruditionis in ſcholis probe jaciendis*, Lubecæ. (6.) *Fridericus Rappoltus*, *de gignenda comparandaqve Sapientia*, ad C. VIII. Libr. XIII. A. Gellii. Lipſiæ 1662. Dignum eſt hoc caput Gellii, qvod Commentatione accurata illuſtretur; Sed qvæ nobis in eo probantur maxime, ſunt verba Macedonis, Viri boni, & Gellii familiaris, qvi di-

[c]cit, nihil fieri poſſe indignius, neqve into-[le]rantius, qvam qvod homines ignavi ac de-[ſid]es, operti barba & pallio, mores & emolu-[m]enta Philoſophiæ (Theologiæ) in lingvæ ver-[bo]rumqve artes converterent, & vitia facun-[di]ſſime accuſarent, intercutibus ipſi vitiis ma-[na]ntes. Scilicet hi ſunt inſipientis Sapientiæ [pr]ofeſſores. (7.) *M. Nic. Barth. Francus, de* [p]*eregrinatione Veterum ſapientum*, Lipſiæ 1679. [D]e qva egimus in Syſtemate Antiqvitatis Lite-[ra]riæ P. 2. p. 114. (8.) *M. Chriſtoph.* G*ottfr.* [B]*arthius, de Seceſſibus veterum*, Halæ 1701. Vi-[d]e Syſtema noſtrum Antiqvitatis liter. l. c. p. [5]6. ſeq. (9.) *Chr.* C*ellarius, de vigiliis & lu-*[c]*ubrationibus Veterum*, Halæ 1699. De qva [c]onfer Syſtema noſtrum Antiqvit. liter. p. 570. [ſ]eq. (10.) *Joh. Petr. Ludovici, de* P*rima Aca-*[d]*emia villa Platonis*, 1693. Lege Syſtema An-[t]iqvit. Liter. p. 92. ſeq. (11.) *Frid. Willh.* [B]*ierling, de cauſis cur eruditi nonnulli nihil in lu-*[c]*em emiſerint*, Rintelii 1702. Martinus Han-[c]kius ſcripſit Diſſertatiunculam, de cauſis cur [m]ulti nullos ſcripſerint libros, qvæ extat in [e]jus Orationibus, Lipſiæ 1673. in 8vo. excu-[ſ]ſis Num. XI. p. 203. ſeq. Qva uſum ſe Au-[ct]or §. 15. p. 27. profitetur. Et docet αὐ-τοψία eundem non parum ex ea profeciſſe. Et licet pergratum fuiſſet nobis, ſi exemplis has ſuas Meditationes velut ſtellulis diſtinxiſſet, non tamen poſſumus non accipere excuſatio-nem qvam §. 15. p. 27. adfert, ubi ſcribit, Poſ-ſemus eqvidem longum Virorum Eruditorum,

qvi

qvi nihil ediderunt Catalogum attexere, ſed multæ ſunt cauſæ qvo minus id faciamus. Non ſolum enim hæc Diſſertatio hac ratione ob ingentem eorum copiam nimium excreſceret, ſed & ſi ingenue, prout cordatum Virum decet ſcribere vellemus, cauſæ generales ſupra explicatæ ad ſingulos applicandæ eſſent, qvo labore magnam ſine dubio multorum invidiam in nos eſſemus concitaturi. (12) *Frid. Geislerus*, *de nominum mutatione & anonymis Scriptoribus*, Lipſiæ 1669. Vid. Vol. L. n. 3. (13.) *M. Sigismundi Evenii*, *an in cauſa religionis ſcripta anonyma & Pſeudonyma ſint toleranda*, Halæ 1616. Qvo tempore hæc Exercitatiuncula in lucem aſpectumqve publicum prodiit, ſcripta complura Pſeudonyma a Calvinianis & Crypto Calvinianis in vulgus ſparſa ſunt, atqve in iis etiam, qvod Hermanni Fabronii nomen fronti inſcriptum habuit, ſub qvo Eraſmus Sabinus Haffnerus delituit, cui hæc enodatio Qvæſtionis Theologico-literariæ oppoſita eſt, multa bile reſperſa, ſed oppido rara. Unde & Godofredi Ludovici cura A. C. 1715 Lipſiæ recuſa eſt, qvi & proluſionem qvandam de eodem argumento præmiſit. (14.) M. *Jacobus Thomaſius*, *de fœminarum Eruditione*. Lipſiæ 1671. (15.) M. *Joh. Sauerbrey*, *de fœminarum eruditione*. Ibidem. Eodem. Qvi in poſteriore Diaſcepſi Præſidis ſuſtinuit provinciam M. Johannes Sauerbrey, in priore Reſpondentis munus ſubiit, & qvæ Jacobus Thomaſius, de fœminarum eruditione in chartam conjecit, pro ſua virili propugnavit. Thoma-

ipſum enim prioris Diatribæ auctorem eſſe conjicimus ex dictionis ſvavitate, & rerum dulcedine, varietate & ſelectu, & librorum multitudine & raritate, qvi in ea laudantur. Poſteriorem autem a Dno. Sauerbrey congeſtum eſſe facile concedimus. Sed hoc ſimul contendimus, eam tanto inferiorem eſſe priore, qvantum diſcipuli conatus diſtat ab opere magiſtri. (16.) *Joh. Paſchii, Gynecœum doctum, von gelehrten Frauenzimmer*, Wittenbergæ 1686. excuſa 1701. Magnam diligentiam ad hoc Gynecæum conſtituendum contulit Auctor, nec adverſum voluntati exitum res habuit. Sane catalogum fœminarum eruditarum ſtruxit locupletiſſimum. Et de doctrina earum ac ſcriptis multa non cottidiana convaſavit. Nomina etiam eorum p. 61. longa ſerie enumeravit, qvi in eodem hoc argumento verſati ſunt, & in Gynæceo hoc condendo ſuccurere, & manibus ſubvolvere ſaxa non ſunt dedignati. Verum non ubiqve eorum fuit memor, qvi ad hoc ædificium cæmenta ſuggeſſerunt. Siqvidem qvæ p. 49. de Olympia Fulvia Morata adfert, omnia κατὰ ῥητὸν excerpta ſunt ex Jacobi Thomaſii Diſſert. de fœminarum eruditione §. 47. not. d. Et hujus commatis in hoc Memetemate leguntur plura. (17.) J. *Petr. Ludovici, de Philoſophis caute legendis*, Halæ 1698. Qvatuor cautiones adhibendas eſſe vult Auctor, ſi philoſophiæ operam dare velimus. a.) Poſt Chriſti dogmata eam eſſe diſcendam. b.) Vulgaria ingenia abſtinere ſe ab ea debere. c.) Eosqve ab ea arcendos, qvi guſtare eandem

non

non haurire cupiunt. d.) Hoc etiam in ea addiſcenda attendendum, ne qvid nimis. Atqve has proviſiones rationibus non ſpernendis ſuffulcit, & teſtimoniis veterum ita illuſtrat, ut doctrinam eo tempore cum pietate adhuc dulci connubio conjunctam fuiſſe in ejus animo appareat. (18.) *M. Gottfridus Olearius, de Philoſophis exoſis*, Lipſiæ 1692. Omnia qvæ tulere qvondam philoſophi, Exilia, carceres, ipſumqve mortis ſupplicium, ob veritatis virtutisqve ſtudium tuliſſe,

Et pugnis, pedibusqve, & ſaltibus, atqve palæſtra,

Contendit Auctor, ingenii acie, & varietate doctrinæ nemini ſecundus, & Hiſtoriæ philoſophicæ lingvæqve Græcæ bene peritus, & in lectione antiqvorum ita verſatus ut pauci. (19.) M. *Daniel Omeis, de erroribus qvibusdam, qvi Philoſophis Veteribus falſo, aut dubie ſaltim adſcribi vulgo ſolent*, Altorfii 1691. Vir doctus, ſed qvi in Diſſertationis hujus titulo pennas nido majores extendit. Siqvidem promittit ſe acturum de Philoſophis veteribus, & agit tantummodo de Pythagora, Epicuro, Socrate Platone, Stoicis. Nec maculas omnes iisdem objectas, ex eorum nominibus eluit, ſed perpauculas. Et hoc ea ratione, ut Olearius in Diſſert. prædicta multis partibus ſit ſuperior, & hunc in eodem ſtadio decurrentem paraſangis pluribus poſt ſe relinqvat. (20.) *Joh. Reiskius, de Philoſophiæ Peripateticæ Ortu & conſtitutione*,

ne, Lüneburgi 1676. Diſſertatio αὐτοσχε-διαστική, ut videtur. Nec lucernam Reiskii
ons, nec ſapiens demorſos ungves. Non
enim eruditi ſemper ea providentia & ſedulita-
te gerunt negotium qva poſſunt. (21.) *Chriſt.*
Clarius, *de LXX. Interpretibus*, Halæ 1696.
recuſa 1700. Meletema magna circumſpectio-
ne, ſolertia, & cautione, nec minore doctri-
na ſcriptum. In Hiſtoria de LXX. Interpreti-
bus omnia ſtudioſe penſitanda, & vera a fal-
ſis accurate diſcernenda, ne nubes pro Juno-
ne in amplexum veniat. In interpretatione
iſta autem hæc maxime notanda, bonam ver-
ſionem & accuratam ab Interpretibus adorna-
tam Ptolemæo fuiſſe, & in regia Bibliotheca
repoſitam §. 17. An vero S. S. univerſa ſit
tranſlata, an ſolus Pentateuchus, id in ancipiti
eſſe poſitum. Et poſterius majorem habere
veritatis ſpeciem qvam prius §. 15. Id etiam
in qvæſtionem a qvibusdam inductum. An
hæc verſio omnium ſit prima §. 17. & an ho-
die ſuperſit integra, & interpolationis pura.
Qvod ſine formidine oppoſiti vix affirmari
qveat, cum innumeris in locis ita variata, im-
mutata, turbata, corrupta ſit, ut plane alia exi-
ſtimari qveat §. 18. &c. (22.) *Jacobus Thoma-
ſius*, *de Doctoribus Scholaſticis Latinis*, Lipſiæ
1676. Hiſtoriam Philoſophiæ & Theologiæ Scho-
laſticæ breviter, ſed perſpicue per θέσιν & ἔκθε-
σιν tradit Auctor, eosqve in proëmio ſincere
indicat per qvos profecerit, in qvibus præci-
puus eſt Adamus Tribbechovius, de cujus
opuſ-

opuſculo, qvod de Doctoribus Scholaſticis in ſcriptum eſt, qvid exiſtimemus in Catalogo Theologico p. 74. diximus. Et fac, Johannem Damaſcenum *primum* fuiſſe, qvi Theologiam ordine Syſtematico comprehenderit, non tamen iccirco in Scholaſticorum claſſem rejiciendum arbitramur, qvod facit Auctor §. 3. Siqvidem Scholaſtici Patribus opponuntur, iisdemqve recentiores ſunt, & Scholaſtici Græci ignoti ſunt iis, qvi minime omnium hoſpites ſunt & peregrini in Hiſtoria literaria, ſane a nemine adhuc deſcripti. (23.) Idem, *de vagantibus Scholaſticis von fahrenden Schülern*, Lipſiæ 1675. Qvam eruditi vel indignam putarunt, qvæ literarum monumentis commendetur, de Scholaſticis vagantibus Hiſtoriam, vel ita arctis limitibus conſtrictam, ut intra Germaniæ fines ſubſiſtat §. 120. Eam ex variis Scriptoribus excerptam primus tradendam ſuſcepit Auctor, & ita explicuit, ut ejus Polyhiſtoria magis, qvam argumenti utilitas eniteat. (24.) *A. Rechenberg*, *de ineptiis Clericorum Rom literariis*, Lipſiæ 1690. Vide Volum. LXVIII. n. 9. (25.) *M. Andr. Chriſtoph. Calvinus*, *de cauſis incrementi literarii poſt Barbara Secula*, Lipſiæ 1698. Conſtat hæc Diſſertatio paragraphis XXXV. Atqve in iis XXIV. priores ſunt cymbala non congruentia ad numeros hujus ſaltationis. Et poſteriores XI. tam levi brachio ſunt exarati, ut indicem cauſarum tantum in chartam conjeciſſe Auctorem exiſtimes, non cauſas ipſas incrementi literarii. Et qvæſo Te qvid hoc eſt, qvod ſcribit §. 33. de Biblio-

the-

[...]cis diſſerere non eſſe ſui inſtituti. Ipſe enim [Bi]liothecarum privatarum & publicarum nu[me]rum cauſam eſſe incrementi rei literariæ di[ff]e[r]e dictitat Adeoqve nihil magis ad inſtitu[tu]m pertinebat qvam docere, qvantopere Bi[bli]othecæ publicæ, & privatæ poſt Secula bar[bar]a multiplicatæ ſint. (26.) *Chriſt. Cellarius, de meliorum literarum reſtitutione*, Halæ 1697. (27.) *Chriſt. Henr. Rittmeier, de* παλιγγενε[σί]α *ſtudii Philoſophici*, Helmſtadii 1698. (28.) J. B. Mencke, *de græcarum & latinarum litera[rum] in Miſnia inſtauratoribus*, Lipſiæ 1701. Vide [Vo]l. 67. n. 7. (29.) *Bernh. Petr. Karl, de Ger[ma]nia artibus literisqve nulli ſecunda*, Roſtochii 1698. Vir in qvo ſemina Hiſtoriæ literariæ n[o]n vulgaria, ſed ſingularia, & exqviſita, & re[co]ndita. Qvi merita Germanorum literaria [pe]r omnes ſcientias, & diſciplinas, ita aſſeruit & v[in]dicavit, ut dolendum ſit admodum, eum [no]n perrexiſſe hac linea, qva cæpit, & ex hoc [l]yceo non feciſſe amphoram, & rudimenta hujus [æd]ificii ad faſtigium non perduxiſſe. (30.) *[Chr]. Ern. Löſcheri Bibliotheca purpurata, de Scri[pti]s Principum, præſertim Germanorum*, Witten[be]rgæ 1698 Omnium eruditorum laudibus & teſtimoniis ornanda, & ornata. Nec ratio[ne]m comminiſci poſſumus, qvare Joh. Caſpa[ru]s Löſcherus in præfatione deſignationis Prin[ci]pum Theologorum hujus Bibliothecæ men[ti]onem fecerit nullam, cum monumenta alia, [Pr]incipum eruditorum memoriam complexa, [in]dicaverit. (31.) *Joh. Qviſtorpius, de Schori-*

 ſtis

ſtis & nationalibus Societatibus, Roſtoch 16 (32.) *Pſeudonymus von Profeſſoren-Burſchen.* S tempore & loco. (33.) *Noctes Caſimirianæ*, C burgi 1701. Auctor eſt Erneſtus Salomo C priani in Gymnaſio Caſimiriano, qvod Cobu eſt, eo tempore P. P. qvi Muſophilos, ad co ventum in ſuo Muſeo ſingulis ſeptimanis Sabbathi peragendum, invitat, ad ſermones m cendos de rebus ad Theologiam, Hiſtoria literariam, rem nummariam &c. pertine tes. (34.) *Jacobus Thomaſius, de Indicib Papiſtarum expurgatoriis*, Lipſiæ 1666. Co qveritur Auctor C. 3. §. 42. ſe deſtitutu libris qvibusdam neceſſariis, indicibus puta e purgatoriis pluribus, Jameſio de corruptione P trum, Gretſero de jure prohibendi libros, & hanc Commentationem inchoatam ac rudem r linqvere debere, qvam inpoſterum limati rem & copioſiorem daturus ſit, ſi Deus v tam, &, qvo cum dolore carendum ſibi ſi monumentorum opulentiorem apparatum co ceſſerit; Et egregie procul dubio locupleta ſet hanc Syllogen, ſi, qvæ deſignavit op ra, ipſi ad manus omnia fuiſſent; Verum ſine iis eo progreſſus eſt, ut non inſtituta, ſe expolita videri qveat hæc Diſſertatio, in qv an rerum copia & varietas magis admiranc ſit, an delectus, dubia cogitatione diſtrahimu (35.) *Joh. Reiskii Didactica*, Wolffenbüttelæ 168 Vir non vulgari eruditione excellens fuit A ctor; Sed Ariſtotelis diſciplinæ nimis deditu Atqve hinc illæ diſqviſitiones de Didactic an diſciplinis pædeuticis an propædeuticis ſ

ai

umeranda, an ars ſit, an ſcientia, & ɔdnam ſubjectum ejus ſit agens, qvod pa-is &c. Nos exiſtimamus. 1) Scientias non multiplicandas præter neceſſitatem. 2) Di-ticam doceri non poſſe ob docentium, di-ntium, & diſciplinarum varietatem & mul-idinem. 3) Eandemqve non diſci regulis, uſu. 4) Nos ſane diuturna experientia di-imus, methodum Catecheticam, (Didacti-enim aliud nihil eſt qvam docendi metho-) optimam eſſe, ſi velis diſcentes augere gvis & artibus, paradigmaticam optimam, onis moribus. (36.) Idem, *de variis errori-latina diſcentum tractantumqve*, Luneburgæ 76. Qvæ Diatribe & docentibus L. L. & di-ntibus eximiæ utilitatis eſſe poteſt. (37.) *obus Thomaſius*, *de ſtili Ethniciſmo circa juran-adverbia fugiendo*, Lipſiæ 1665. Sive adver-jurandi ſint, ſive formulæ, Mehercules, dius fidius, Edepol, Ecaſtor &c. Ethni-um ſane ſunt, jam primis Seculis a Chri-nis improbatæ, nec uſurpatæ facile ante culum XVI. qvo in Scholas poſtliminio re-ctus eſt Cicero, & cum eo alii ex Scripto-us antiqvis latinis, qvos claſſicos appella-ſolemus. Tum enim cum virtutibus latini monis hoc vitium ſimul recruduit, & per ros qvosdam doctos, ſed in hac re aut fri-le admodum, aut non ſatis circumſpecte s, ad nos uſqve propagatum eſt. Qvod ne pejus & angve vitandum eſſe vult Au-or, tum qvod contumelioſa ſint in Deum avitia vocabula ejusmodi, tum qvod aliæ in

Z 2 prom-

promtu ſint affirmandi formulæ magis inn euæ, certe, omnino, utiqve, & ſimiles. (38 *Gerh. Joh. Voſſii*, *Liber de Philologia ſermonis*, h. *de diſciplinis in genere*, *& de Grammatica*, *Rhet rica & Metrica in ſpecie*, *item de Philologia*, *ſi de Hiſtoria*, *Geographia*, *Chronologia*, *Geneal gia & Hiſtoria pragmatica*, Lipſiæ 1670. In q unum caput majori diligentia expolitum e qvam alterum, Attamen

Pleraqve de Veterum ſunt deflorata l bellis.

Cuncta etiam per θέσιν & ἔκθεσιν diſpoſi & dictione comta & eleganti tradita, & ad H ſtoriam literariam, & notitiam librorum co parandam perutilia. Et ad veterum & rece tiorum rem literariam perſpiciendam & dign ſcendam tam conducibilia, qvam qvæ maxim (39.) *Chriſt.* Cellarius, *de utilitate Propædeum tum*, h. e. *Philologiæ & Philoſophiæ*, Halæ 169 Ubi docet Philologiam atqve Philoſophiam ſuperiores diſciplinas, Theologiam maxim fructus præclaros & nunqvam pœnitendos a ferre. (40.) Georgius Paſchius, *de fabulis Rom nenſibus antiqvis & recentioribus*, Kiloni 170 Qvi, qvæ attulit, de fabulis Romanenſib antiqvis, omnia hauſit e Petri Dan. Huetii el ganti libello, de origine fabularum Romane ſium. (41.) M. Gottfried Gottſchling, *de Lib Hodæporicis*, Lipſiæ 1703. Dignum omnino a gumentum in qvo aliqvid curæ & induſtriæ Viro docto collocetur. Sed qvam auctor

conſumſit operam exilis eſt. Spondet enim
§. 5. ſe ea Hodæporica luſtraturum animo,
um Lectore communicaturum, qvæ no-
temporibus collegerunt Viri peregrinan-
e, eaqve ſecundum ordinem regnorum &
vinciarum digeſturum, C. 2. §. 1. Sed
u! qvam tenuis & macilentus eſt ejus Ca-
gus. Sane vix decimam partem exhibet
um, qvæ noſtra tempeſtate in lucem data
t, Hodæporicorum. Et plura in noſtra Bi-
thecula continentur, qvam ille in hac Diſ-
atione protulit. Et, qvod mireris, Hodæpo-
s veris ea etiam qvæ fabuloſa & conficta, &
enioſe tantummodo excogitata ſunt, admi-
it. (42.) *M. Joh. Balth. Wernheri, judicium*
præcipuis nonnullis Scriptoribus Juris naturæ,
ſiæ 1699. Præcipui Juris Naturæ Scripto-
, qvos dijudicandos ſibi ſelegit Auctor,
t, Grotius, Seldenus, Hobbeſius & Pu-
dorfius. Atqve hos ita recognoſcit, ut in
otio pauca, in Seldeno multa, in Hobbeſio
ura, in Pufendorffio plurima cerulis minia-
is ſignanda exiſtimet. Hoc tamen in eo præ
teris laudandum opinatur, qvod ex neceſ-
ia congruentia, aut diſconvenientia, cum
nditione generis humani & ſocialitatis ſalute,
tqvam genuino, eoqve unico fonte promanare
nnia acute viderit, atqve præclare deduxerit §.
. p. 14. Qvod nos Volum. LXXX. n. 34.
lut πρῶτον ψεῦδος prænotato veru jugulan-
m eſſe diximus, cum Viro illuſtri Leibni-
, qvi in Epiſtola qvadam de principiis Ope-
s Pufendorffiani, de officio hominis & civis

 (vide

(vide *die eilffte Oeffnung im Bücher-Saal* p. 83. Optarem ſcribit, extare compendium Ju naturæ Pufendorfiano firmius & efficacius, *qv lucidas facundasqve definitiones exhibeat*, (N nudas hypotheſes) qvod ex rectis princip concluſiones veluti fila deducat, qvod fund menta actionum exceptionumqve natura val darum omnium ordine conſtituat, qvod den qve ſcientiæ alumnis certam rationem præbe prætermiſſa ſupplendi, oblatasqve qvæſtion per ſe decidendi determinata qvadam via. (43) *Epiſtola amici ad amicum, qva de Scriptorum recer tiorum decade judicium fertur.* Sine loco & ten pore. (44.) *Judicia de noviſſimis prudentiæ civ lis Scriptoribus ex Parnaſſo*, 1669. Auctor e C. S. Schurtzfleiſchius, Vir naris & auris act tæ & expurgatæ. Qvi de prudentiæ civil Scriptoribus nonnullis ſapienter, & docte, cordate judicat; Sed iniqve interdum de qvi busdam, ut Samuele Pufendorffio n. 8. N mis etiam acerbo de J. H. Boëclero n. 2. E oppido falſe de Phil. Jac. Spenero n. 11. (45. *Petri Naſtartii judicium de judiciis Sarcmaſii*, Colo niæ 1669. Auctor eſt J. H. Boeclerus, qvi i Sarcmaſii judiciis umbram ſolummodo ſpecta vit non lucem, h. e. ea notavit tantum, qvæ i Prudentiæ civilis Scriptoribus jugulanda eſſ cenſuit; non, qvæ alba lineola ſignanda. At qve hinc iracundia incenſus eadem menſur Sarcmaſio reddidit ſcommata, qva accepit, im cumulatiore. Idqve non tam veritatis tuend cauſa, qvam famæ conſervandæ gratia. Si

idem non diſſimulanter ſcribit, p.9. ſi de Viris gnis ita judicare fas foret,

- - Et qvisqvam Numen Junonis adoret
Præterea? Aut ſupplex aris imponet honorem?

(46.) *Labronis a Verario Satura Sarcmaſiana,* 569. Cujus auctor ipſe Schurtzfleiſchius, icqvid etiam diſſimulet. Vide ſis Theodo- Cruſii Acta Sarcmaſiana p. 51. (47.) *Frid. ug. Hackmannus*, *de Aulicis Juris naturæ & puci ſtudiis*, Helmſt. 1705. In qvo ſchediaſate multa leguntur memorabilia, de pereinatione Auctoris literaria, Scriptisqve, & riptoribus doctis, in Italia, Brittannia, Gerania, &c. Qvæ an omnia veritati ſint conntanea, certo qvidem & ſine formidine opſiti affirmare non poſſumus; Qvia jactantiom interdum fuiſſe Auctorem novimus; Hæc men ex animi motione non ſatis æqva proecta eſſe putamus, qvæ Anonymus, qvi annos ſuis adnumeravit hanc Diatriben, titulo us inſcripſit: *Infinita huic Programmati inſunt endacia.* Confer etiam Anonymi *Leben und haten des Königs in Preuſſen*, Friderici Willhelii C. 26. p. 1027. ſeq. ubi varii Hackmanni ſus, & prodigioſa diſcrimina, copioſe deſcriuntur. (48.) *Ern. Salomo Cypriani*, *de Scritoribus Veteris rei militaris*, Coburgi 1701. Hiſoriæ literariæ particula perutilis, ſed cujus hac Ecloga vix primæ lineæ adumbratæ ſunt,

tantum abeſt ut exacte ſit elaborata. (49.) *M. Gabrielis Groddeckii, trias Obſervationum e Hiſtoria literaria*, Gedani 1702. Vide Vol LXXXII. n. 7. (50.) M. *Heinr. Pippingii, Rectores Academiæ Lipſienſis*, Lipſiæ 1701. (51.) M. *J. B. Lenzius, de Profeſſoribus natione Francis qvi Academiam Wittenbergenſem illuſtrarunt*, Wittenbergæ 1702. Vid. Vol. XVII. n. 8. (52.) *Geb. Theod.* Meieri *Monumenta Julia, ſive Memoria Profeſſorum Helmſtadienſium*, 1680. De qvibus alibi. (53.) M. *Aug. Poſſelt, Nachricht von denen in Händen habenden Bibliſche Exemplarien des Lutheri, ſowohl erſter Ueberſetzung als wie ſie hernach von Jahr zu Jahr zu Wittenberg heraus kommen*, 1705. In qva Sylloge de primis editionibus verſionis Lutheri obſervationes non cottidianæ. (54.) *Catalogus Scriptorum a Caſparo Sagittario editorum*, Jenæ 1694. (55.) *Ern. Caſimiri Waſſerbachii Catalogus tractatuum qvi in corpore Scriptorum rerum Weſtfalicarum reperientur*, Lemgoviæ 1704. Scriptores rerum Weſtfalicarum antiqvos in unum corpus redactos prelo ſubjicere, & in lucem publicam emittere voluit Auctor; Sed morte præventus adverſum voluntati exitum res habuit, nihilqve de his omnibus excuſum eſt, præter Hermanni Hamelmanni Opera Genealogico-Hiſtorica, qvæ A. C. 1711. Lemgoviæ in 4to prodiere a Waſſerbachio congeſta, ſed nec ea omnia, qvæ in hoc Catalogo promiſſa ſunt. (56.) M. *Joh. Reiskius, de lingva tertia*, Luneburgi 1676. Doctiſſima Diaſcepſis, de lingva tertia, h. e. inter duos amicos diffidia ſerente

Con-

inſ. Syracidis C. 28. v. 16-18. (57.) *Andr. Ivinus de Societate Kalendarum, ſignaturis plantarum, melle ſine fumo, Ætite reſono, milite, libris Brandon, aqvis, nitro &c.* Lipſiæ 1649. Lanx ſatura, in qva de Thoma Reineſio, ejus qve virtutibus & vitiis qvædam lectu digna. (58.) *Henr. Vagedes Decas Qvæſtionum miſcellanearum*, Rintelii 1685.

LXXXVII.

Joh. Michael Heineccius de JCtis Chriſtianis priorum Secolorum eorumqve in Eccleſiam meritis, Halæ 1713. A Seculo I. usqve ad V. ſedecim fiſſe JCtos, qvi Chriſtianam religionem amplexi de Eccleſia N. T. præclare ſint meriti, ſcilicet Nicodemum, Gamalielem, Paulum, Zenam, Miltiadem, Tertullianum, Minucium Felicem, Cyprianum, Ambroſium, Auguſtinum, Pontium Paulinum, Sulpitium Severum, Aurelium Prudentium, Marium Mercatorem, Socratem, & Sozomenum, in hac diſſertatione ita docet Auctor, ut nec aliena a inſtituto conſtipaverit, nec protrita corraſerit, nec ab aliis jam pridem dicta & occupata. (2.) *M. Sam. Theodorus Schmidt de Theologis utero Deo conſecratis*, Lipſiæ 1707. In qva trifariam oblectare connititur lectorem Auctor & inſtruere. 1.) Variis verborum ſignificationibus, 2.) Exemplis, 3.) Regulis. Atqve hinc tres hujus Differt. Sectiones, 1.) Grammatica, 2.) Hiſtorica, 3.) Theologica. (3.) *Chriſt. Henr. Zeibich de Theologis ad tempus commodatis*, Lip-

Lipſiæ 1709. *Primus* fortaſſe eſt Auctor qvi colligendo huic faſciculo literario manus immiſit, Gottlibii Friderici Seligmanni morte præmatura excitatus, ut videtur, qvi Lipſia Dresdam vocatus, ad munus concionatoris in aula Saxonum primarii ornandum, in ipſo officii demandati exordio vitæ invenit epilogum, ut non datus, ſed commodatus tantum Eccleſiæ Dresdenſi videri poterat. Nec impar fuit cervix huic onuſculo ferendo, Siqvidem dictio Auctoris vivida, & alacris, & expedita, Lectio vaſta, judicium non obtuſum, ſed extra ripas diffluit interdum, & aqvis alienis irrigat ſua prata, non nominato fonte unde acceperit, ut p. 32. not. 23, N. 4. Qvæ obſervatio ex Joh. Molleri Homonymoſcopia C. VI. §. 2. p. 529. eſt excerpta. (4.) *Reinh. Henr. Rollius de eruditis Climacterico maximo denatis*, Roſtochii 1707. De qvo alibi. (5.) *M. Petr. Adolphus Boyſen de Apoſtaſia merito & falſo ſuſpectis*, Wittenbergæ 1714. Qvod nos olim in votis habuimus, ut extaret de doctis Apoſtatis commentatio; Id & legit Auctor in Hiſtoria noſtra Germ. literaria; ut ipſe teſtatur §. 1. p. 2. &, ut eum, qvem voluimus exitum haberet noſtrum deſiderium, excubavit egregie. Stilus ſane hujus Diſſert, eſt amænus, venuſtus, exultans, & ita ſibi inſtans, ut in ſe recurrat. Nexus rerum facilis & ſponte natus. Selectus rerum præclarus. Apparatus librorum rariorum ingens. Ingenium vaſtum. Judicium exqviſitum. Lectio multa Atqve hinc obſervationes literariæ non paucæ ab aliis non animadverſæ. Veritatis ab-

ſcon-

nditæ detectæ. Mendæ populares indicatæ, obelo ſignatæ;

- - Juvat immemorata ferentem
Ingenuis oculisqve legi, manibusqve teneri.

Juvat etiam meſſi copioſæ qvoddam ſuperadre ſpicilegium ex M. Heinrici Scharbau Judais- detecto, in qvo vindicantur & reſtituuntur, i vel injuſte inter Judæos relati, vel ex Juorum numero immerito excluſi ſunt. Aliis.) G. H. *Götzii Princeps Hebraice doctus*, Lip. Ανθολογία literaria ex variis Hiſtoricorum onumentis collecta. Cujus monetæ plures ngeſſit Auctor, ad conlectanea ejusmodi conirenda natus, & qvaſi fatali concitatione pulſus. (7.) *M. J. G. Dietericus, de literatis arggrafiis Brandenburgicis*, Baruthi 1711. (8.) *art. Haſſen de vita privata aut Academica præ viaulica electione*, Wittenbergæ 1713. Lectu on injucunda Diſſert. nec inutilis ob argumenrum & exemplorum varietatem, vim & coam. (9.) *Job. Burch.* Menckenius *de Viris mili- ac ſcriptis illuſtribus*, Lipſiæ 1708. Vide Vol. XVII. N. 6. (10) M. *Mart. Greinii Sors erutorum comparate conſiderata*, Lipſiæ 1714. Inriptio hæc eſt perobſcura. Nec disjicitur nela, etiamſi exegeſin adjectam, & explicaonem p. 3. allatam adhibeas. Oeconomia iam Operis qvæſita, affectata, & ad oſtentaonem tantum compoſita. Et Opus ipſum ita lornatum, ut fabulam Romanenſem te legere

re exiſtimes, non Hiſtoriam literariam, adeo omnes teſtes procul ab eo abeſſe juſſi ſunt. Et ſi qvis admiſſus, truncato nomine, & ita admiſſus eſt, ut præſens non magis, qvam abſens videri qveat. Qvis enim haruſpex divinare qveat qvid hoc ſit p. 21. *Gvilielmum Wainf. refert Bat* niſi conſtiterit, Gvilielmum Bateſium in vitis ſelectis hoc referre in vita Gvilielmi Wayn-fleti Epiſcopi Wintonienſis. Hoc ſane eſt ænigmata ſcribere non Hiſtorias. Et noctem inducere rebus, ubi ſolis radios debebas. (11.) M. *Joh. Gottlob Pfeifferi eruditum θαυμαςον in ætate tenera*, Lipſiæ 1696. Qvi promittit in præfatione eruditorum θαυμαςῶν tres claſſes (a) Embryoum (b) infantum (c) puerorum. Sed duas priores tantum ſiſtit in hac Diſſertatione, ſiqvidem ubertate tertiæ deterritus,

> Anchora de prora jacitur, ſtant littore puppes.

(12.) *J. Mich. Heineccius de Miniſtris Cæſarum Gentilium Chriſtianis*, Halæ 1712. Diſſertatio docta, polita, diſerta. Cujus materia non ubivis obvia, Forma læta, & lauta. (13.) *M. Henr. Kothius de Martyribus affectatis*, Wittenbergæ 1709. (14.) G. *H. Götzius de mercatoribus eruditis. Von gelehrten Kaufleuten*, Lubecæ 1705. (15.) *Ejusdem Spicilegium ſ. additamenta ad Diatriben de mercatoribus eruditis*, Ibidem 1706. Cum qvo confer ſis P. J. Marpergeri *erſtes Hundert gelehrter Kaufleute*, ne meſſem hanc prorſus de-

ſſam ab Auctore exiſtimes; Nec qvicqvam
rare ſcomma M. Frid. Boltzii, qvi in diſcurſu
caufis jacturæ literariæ §. 70. p. 108. Bene
tum eſſe, ſcribit, qvod in rubro poſuerit
ctor: De mercatoribus eruditis, *von gelehr-
Kaufleuten*, cum dubium omnino ſit, licet
ulti velint eſſe docti, num hæc intelligere po-
ſſent, ſine addito idiomate germanico. (16.)
Gottlieb Stöckharti Idea *ſtudioſi rite peregrinantis*,
pſiæ 1688. Frumentum in Ægyptum, &
ocum in Ciliciam invectat Auctor, & incu-
m contundit, qvæ ſæpius contuſa eſt; Atta-
en nec oleum perdit nec operam, qvia qvæ
piosius ab aliis, ea compreſſius & enucleatius
eo dicta ſunt. (17.) *M. Chriſtoph Schultze
Judæo non mortali*, Regiomonti 1689. Vide
ol. LXXVII. N. 24. (18.) *Gottlieb Wegnerus
Libris & Liberis Sacerdotum*; *Prieſter hinterlaſſen
ur Bücher und Kinder*, Lipſiæ 1697. (19.) *J.
Schmidt Cæcus de colore judicans*, Jenæ 1682.
æci de colore judicantis unicum ex Hiſtoria
aturali producit exemplum Auctor. Ejusqve
oſſibilitatem inde probat, qvod, cum color
liud nihil ſit, qvam varia lucis modificatio,
n diverſa partium lucidarum diſpoſitione,
onjugatione, & ſitu poſita, viſu non tantum, ſed
t tactu dijudicari qveat. Qvod tamdiu vide-
ur admittendum, donec certius qvippiam vel
e Hiſtoria, vel de coloris natura conſtet. Qvod
trumqve nondum ſatis firmo ſtare talo exiſti-
namus. (20.) *M. Georg. Trinckhuſius de Cæcis
apientia & eruditione claris*, Geræ 1672. Qvam
Diſſertatiunculam vellemus ad manus fuiſſe Vi-
ro

ro Doctiſſ. Dn. Schmidio, cum de cæco co[m]mentaretur de colore judicante. In ea enim A[u]ctor in idem problema delatus, relatum ſe a[u]diviſſe ſcribit: Uldaricum Schönbergium ce[le]brem qvendam Regiomonte Poruſſorum Ma[gi]ſtrum, & Comitem qvendam Mansfeldicu[m] utrumqve luce oculorum privatum, tactu c[o]lores diſcernere potuiſſe; Sed ipſe dubiæ fid[ei] has narratiunculas eſſe dictitat, & tale qvippia[m] fieri non poſſe, copioſe & abundanter diſput[at]. Negat etiam colorem a vario partium in ſupe[r]ficie coloratorum corporum ſitu, qvo lume[n] diverſimode reflectatur, oriri, & ſe peculiare[m] Diſſert. in lucem daturum nunciat, de *fabul[is] in Philoſophiam receptis.* Cum ſint, qvi veterem Philoſophiam nobis ex manibus & animis exc[u]tere laborent, meras crepantes experientia[s], iisqve ſemet tanqvam Ajacis vel Achillis clype[o] tegentes, cum tamen perſæpe aut rem ipſa[m] non attingant, aut dubia prorſusqve fabulo[ſa] nitantur fide. (21.) *Philipp. Ant. Laub de pecca[tis] eruditorum*, Helmſtadii 1696. Oceanum o[s] teſtæ infundere conatur, qvi peccata erudito[rum] tentat Diſſertatiuncula comprehendere qvorum tanta eſt moles, qvanta numero caren[tis] arenæ. Et rectius feciſſet forte Auctor, [ſi] lemmata vitiorum indicaſſet tantum, & qvi d[e] iisdem de induſtria ſcripſiſſent aliqvid, & litera[rum] monumentis prodidiſſent, ſignificaſſet, v. g. de eruditorum Atheismo, plagio literario &c. (22.) *M. Gottfried Boettnerus de malis eruditorum uxoribus, von böſen Weibern derer Gelehrten Diſſert. Hiſtorica*, Lipſiæ 1705. (23.) *Ejusdem de eodem*

argu-

umento Diſſert. moralis, Ibidem eodem. Utra- q; lectu digna, cum & exemplis non ubiqve viis, & regulis non reprehendendis inſtruat toris animum. (24.) J. *A. Schmidii Mulier bodoxa*, 1697. (25.) M. *David Schultetus de ninis prima ætate eruditione & Scriptis illuſtribus*, Wittenbergæ 1703. In qva lance vix ulla mbes particula apponitur, qvæ non bis ter- ab aliis jam cocta ſit, Thomaſio, Sauerbreio, chio &c. ſupra a nobis enumeratis, & infra huc enumerandis. (26.) *J. A. Schmidii Mu- heterodoxa*, Jenæ 1697. (27.) *M. Dan. Frid. nus de φιλοπονία eruditorum*, Lipſiæ 1705. noldus Geuling in Ethica C. 2. p. m. 45. Di- entiam virtutum cardinalium facit primam. leoqve Auctor nullam cum Philoſophis anti- is & recentioribus expoſtulandi habet cauſam 1. qvod φιλοπονίαν in morum diſciplina com- uni qvaſi conſenſu neglexerint. Siqvidem λοπονίαν inter & diligentiam nihil intereſt. Et od fingit Auctor §. 5. φιλοπονίαν Græcorum us indicare, qvam latinorum diligentiam, id atis ab ipſo dici, unusqvisqve qvi non obeſi t cerebri facile perſpicit. Et fac ita eſſe, gra- tantum differunt inter ſe, non ſpecie. (28.) . *Georg. Gottfr. Richteri eruditorum invidia*, Lip- e 1703. Maxime commune hoc eſt in Repu- ica literaria hoc vitium & pervagatum. Ple- qve enim eruditorum ſunt invidi.

Κατ

Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει καὶ τέκτ[oni]
τέκτων
Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει καὶ ἀοιδ[ὸς]
ἀοιδῷ.

Atqve hanc luem Auctor ſuſcepit deſcribe[n]dam, hiſtorice primum, tum ethice & philoſ[o]phice. Sed miſcet qvadrata rotundis. Et inv[i]dis inſerit, qvi alio longe morbo laborarun[t] qvam invidia. Et nec in verbis nec in rebu[s] id præſtitit, ut laude magnopere ſit extollen[-]dus. (29.) *M Joh. Frid. Heine de miſericord[ia] eruditorum*, Helmſtadii 171.. (30.) *Chriſt. A[u]guſt. Heumann de* Αὐτοχειρίᾳ *Philoſophorum*, Jen[æ] 1703. Stoicorum & Veterum qvorundam d[i]ſciplina erat, ſua ſponte aliqvem ex vita diſce[-]dere poſſe, ſi inſanabilem morbum ſentiret, au[t] alio malo, qvod ſuperare non poſſet, adfliger[e]tur. Nec multum ab hac ſententia Dom[i]nus Auctor eo tempore videtur abfuiſſ[e]. Qvam etiam peculiari ſcripto defendit Joh. Don[-]ne Eccleſiæ S. Pauli apud Londinenſes Decanu[s] Londini 1648. in 4to excuſo, ſub titulo, Βιοθάνατο[ς]. Et noſtra ætate Joh. Robeck Calmaria-Svedu[s] in exercitatione Philoſophica de morte volun[-]taria Rintelii 1736. impreſſa cum animadverſi[o]bus perpetuis Joh. Nic. Funccii, qvi & præf[a]tionem præmiſit, in qva Robeckii hujus fata [e]t tragicum e vita exitum expoſuit. (31.) G. [C.] *Götzii Muſeum eruditi*, Lubecæ 1712. (32.) *M. Frid.* Mentz *faſtus Philoſophicus virtutis colore infi[-]catus in imagine Diogenis Cynici*, Lipſiæ 171[.]

Qvan

Q m cantilenam jam pridem cantarunt alii, v J. B. Schuppius in Opp. p. 233 & p 762. &c. (2.) *J. W. Zierold de prærogativa Barbarorum populorum præ cultioribus*, Halæ 1693. De qvo alibi.

LXXXVIII.

M. *Joh. Joach. Zentgravius de Joanne & Jambr. Diſſert. Hiſtorica*, Wittenbergæ 1669. Laudata a nobis in antiqvitatibus literariis Ægyptiorum §. 45. p. 107. Et digna ſane cui laus impertiatur. Qvam Auctor

Expoliit multa arte, ſuperque induxit amuſſim.

(2.) *M. Jacobi Thomaſii inſignia quatuor Evangeliſtarum*, Jenæ 1672. In qva conlectanea perdita, & tanta diligentia perveſtigata, ut vel ...am inveniſſet Auctor, ſi qvæſiviſſet; Attamen ... controverſiæ alea & opinione dubia adhuc ...it cuncta, qvodnam inſigne unicuiqve Evangeliſtæ conveniat, qvidve ſignificet &c. (3.) ...m. *Andreæ de Simone Mago*, Marpurgi 1680. ...vi, mihi in hac Diſſertatione animus ſolum eſt, ...ribit §. 5. *obiter* de Origine & vita Simonis Magi, uxore Helena, præſtigiis, ſtatu, congreſſu cum Petro, præcipue illo famoſo, & interitu, agere; Sed valde alienus ſit a Muſis omnibus & Gratiis, qvi non intelligat, non ...iter, ſed exqviſite, & ea induſtria hæc omnia ...ſcuſſa, ut optandum ſit, & ea depenſa eſſe, ...æ ſpopondit Auctor §. 20. ſe alia Diſſert. actu...m de Simonis hæreſi, ac diſcipulis & opiniobus monſtroſis. (4.) *Joh. Frid. Hebenſtreit de*

Juda Iſchariote, Wittenbergæ 1712. Q nihil novi adfert qvidem, nova tamen ratio qvædam. (5.) M. *Joh. Georg. Neumann de Fa ſto Præſtigiatore*, Wittenbergæ 1693. Ext videlicet, *Das ärgerliche Leben* D Joh. Fauſti *ſchrieben von* G. *R. Widmann*, *und mit neuen Z ſätzen vermehret*, *durch* J. N. Pfitzerum Me Doct. Nürnberg 1674. 8. Atqve de hoc Ope cumprimis in hac Diatribe Academica ag Neumannus, docetqve, commemoratione hanc de Fauſto non qvidem prorſus eſſe conf ctam, cum qvædam in ea teſtibus & teſtimoni non ſpernendis conſtent; Fabulis tamen ita co ruptam, ut vera a falſis, genuina a ſuppoſiti Hiſtoriæ ab Apologis ægre diſcerni qveant. D Wittenbergenſi enim Academia narrari Phan taſmata, qvæ in Ducatu Würtenbergenſi accide runt. In Editionibus etiam horum annaliun magnam eſſe narrationum diſſimilitudinem, multa in hac Biographia D. Fauſto tribui, qv ab aliis præſtigiatoribus perpetrata legantur Auctorem G. R. Widmannum hominem eſſ obſcurum. J. N. Pfitzerum commenta com mentis obtegere ne perpluat. Ipſumqve Joh Fauſtum in Scriptis Lutheri, Melanchthonis Peuceri, Sleidani &c. Silentio præteritum qvod factum non eſſet, ſi, qvod volunt hi Hi ſtoriographi, circa A. C. 1540. vixiſſet, & tan tam ſibi in Saxonia confeciſſet famam. (6.) *M. Chriſt. Schultze de Judæo non mortali*, Regio monti 1711. Vid. Vol. LXXVII. N. 24. (7) *Joh. Paul. Hebenſtreit de ſponſo in nuptiis Canæ Galilææ*, Jenæ 1693. (8.) M. *Joh. Paſchius de*

Johan-

[J]anne Baptiſta, Wittenbergæ 1686. (9.) *[Jo]h. Zeſchius de Joh. infantulo in utero materno exul[t]a[nt]e*, Jenæ 1680. (10.) *C. Cellarius de carcere [&] ſupplicio Joh. Baptiſtæ*, Halæ 1698. (11.) *Idem [de] Pathmo Lutheri in arce Wartenburg*, Halæ 1696. ([1]2.) *Fridem. Bechmann de Martino Epiſcopo Tu[r]onenſi*, Jenæ 1697. (13.) *J. A. Schmidii Paph[nut]ius Epiſcopus cælebs; conjugii clericorum Patronus [&] vindex.* (14.) *J. F. Meyer de Catharina Luthe[ri c]onjuge*, Hamburgi 1699. (15.) *G. Calixti [Pro]gramma in funere conjugis Heinrici Meibomii*, [H]elmſtadii 1625. (16.) *Joh. Fechtii Critica in [G]odofr. Arnoldi Criticam de Davide Chrytræo*, Ro[ſto]chii 1710. Suos omnino paſſus eſt manes [Ar]noldus, ſi qvando Chytræum, aliosqve, de [E]cleſia & civitate literaria bene meritos Viros [a]d cenſorium tribunal vocavit in Hæreſiologia [ſu]a; Molliore tamen brachio ejus ulcera tan[ge]nda fuiſſe, qvam tetigit Auctor, exiſtimemus, [q]via ingenia ejusmodi, qvale erat Arnoldinum, [re]mediis lenioribus citius ſanantur qvam aſpe[r]ioribus. (17.) *Zach. Grapius de Concionibus [a]rtificioſis & alamodicis, von künſtlichen und ga[la]nten Predigten*, Roſtochii 1704. Con[ci]ones Alamodicas deſcribit Auctor §. 12. [&] 12. qvod ſint conciones, qvæ ad mores & ge[n]ium delicatulorum, qvibus mundus ſapit, for[m]antur, & pompoſis phraſibus, phaleratis ver[ſi]s, oratoriis pigmentis, &c. penitus infarciun[t]ur, in qvibus regnet aliqvando Hiſpanica gran[d]iloqventia, interdum Gallica adulatio, non[n]unqvam humilitas ſordide dejecta. Qvibus [n]os addimus genus qvartum heri demum ac nu-

 dius

dius tertius excogitatum, qvo conciones Methodo Mathematica adornantur, & miſſa SS definitionibus de rebus Sacris formandis, & axiomatis ſtabiliendis, & concluſionibus inde dedu cendis univerſum orationis Eccleſiaſticæ nego tium abſolvitur. Qvod dici non poteſt, qvan tam cladem inferat veritatis cognitioni, & pie tatis exercitio, & SS. ſtudium omne extinguat Pelagianismo etiam frigidam ſuffundat, & qvæ ſunt alia, qvæ ex maleſanis hiſce ſeminibu oriuntur feralia damna,

Infelix lolium,& ſteriles dominantur avenæ.

Qvæ ne graſſentur latius, Vir Doctiſſ. Joachimus Oporinus interceſſit, oppoſuitqve hi concionatoribus Alamodicis *Alte und eintzige Richtſchnur überzeugend und erwecklich zu predigen*, Göttingen 1736. 8. Qvo opuſculo novam Methodum concionandi Philoſophice argumentis non levidenſibus impugnat, docetqve eos demum auditores reddere. 1.) *Convictos*, (*die Predigen überzeugend*) qvi ſenſum SS a Spiritu S. intentum reddant dilucidum atqve certum ex SS. 2. *Attentos*, (*die Predigen erwecklich*) qvi eundem a conſcientias eorum rite applicare ſciant. (18.) *Erneſti Bogislai Biga orationum e MSCto eruta*, & *notis illuſtrata a Joh. Phil. Palthenio*, Grypswaldiæ 1707. Dignæ orationes qvæ nobis in ſinu ſint, & manibus, & oculis, ob dictionis maſculum vigorem, & rerum qvarundam, ad Hiſtoricam pacis Weſtphalicæ ſpectantium, arcanum habitum. (19.) *M. C. J. Hornei refutatio calumniæ intentatæ Dn. Conrado Hornejo*, Halberſta d

1684. Scripſerat M. Samuel, Schröer, Con- lum Hornejum Qvæſtionem de vi & effica- meriti Chriſti parvi momenti eſſe adfirmaſſe, od per calumniam de avo ſuo dici contendit pos, ſimulqve *πάντα λίθον κινεῖ*, ut maculam nc e nomine Horneiano eluat. (20.) *G. Calix- de Myſterio Trinitatis &c.* Helmſtadii 1649. ( ) *Extract eines Briefes die Streitigkeit* D. Geor- Calixti *betreffend*, 1650. (22.) *Conradi üſſelburgii & Danielis Crameri Epiſtolæ ad Chri- ph. Pelargum, ob deſertum laborantis Eccleſiæ in archia patrocinium*, Lipſiæ 1615. (23.) *Sam. fendorffius modeſtiæ caſtigatione admonitus*, 1687. 4.) C. *Cellarii literaturæ elegantioris collegium*, Ha- 1697. (25.) *Catalogus Scriptorum Thomaſiano- m*, Halæ 1696. (26.) *Chriſt. Cornerus de An- ea Zochio præſtantiſſimo JCto*, Francof. in Mar- ia 1581. (27). *Joh. Georg. Leucfeld Hiſtoria angenbergenſis*, Qvedlinburgi 1712. Vir no- s, cum viveret, fuit amiciſſimus Leucfeldius, ius, doctus, officioſus, perhumanus, Hi- oriæ civilis & literariæ præclare peritus, ap- aratu vario monumentorum MSCtorum & in- ditorum inſtructus, induſtrius, *πολυγραφος*, vi multa incognita detexit, & obſcura illu- ravit, & dubia vel confirmavit, vel concuſſit rorſus atque dejecit. (28.) *Ejusdem hiſtoriſche Jachricht von M. Joh. Spangenbergio*, Ibidem 1713. 29.) *Joh. Henr. Feuſtking das Leben des erſten ver- eligten Prodigers Barthol. Bernhardi von Feldkir- en. Accedit Verzeichniſs der Pröbſte in Lemberg,* Wittenberg 1705. (30.) *Joh. Jac. Stäckeri*

vita Davidis Ulmanni, Halberſtadii 1716. Vid Catal Biblioth. Theol. p. 184. (31.) *Joh. Caſparis Carſted vita* M. *Benjamini Boneri*, *Brandenburgi*, 1717. (32). *Leonhardi Goreeii oratio qu Gedanenſes admonentur, ut a bello nefario abſtinean ſeſeqve Stephano regi ultro dedant &c.* Poſnaniæ 1677 (33.) *Georgii* Mylii *Oratio de Auguſto* Pacifico, *juſto, Electore Saxonico &c. die* 11. *Febr.* 1586. *defuncto*, Wittenbergæ 1586. (34.) *M. Eraſm Schmidi Oratio memoriæ Davidis Rungii*, Wittenb 1604. (35.) *Joh.* Mich. *Dillherri Laudatio funebris Joh.* Gerhardo *dicta*, Jenæ 1637. Brevis illa qvidem, ſed amuſſitata. In qva, Vix qvinqve dierum febricula, ſcribit, noſtrum nobis Atlantem proſtravit, ſimulqve opus immenſum declaratæ lingua Germanica totius ſcripturæ nobis reliqvit orbum & debilitatum. Cui qvidem abſolvendo pertinaci ſtatu perdius atqve pernox incubuit, & a ſummo lucis ortu ad ſolem alterum orientem, inconnivens, immobilis, iisdem veſtigiis, & ore atqve oculis eundem in locum directis, cogitabundus, tanqvam qvodam receſſu mentis atqve animi facto a corpore, invigilavit.

LXXXIX.

Juſti Chriſtophori Böhmeri memoriæ Profeſſorum eloqventiæ qvos habuit Academia Helmſtadienſis Göttingæ 1733. In animo habuit Auctor memoriis Profeſſorum Helmſtadienſium a G. Th. Meiero publicatis, ea, qvæ deſunt, ſuperaddere. Atqve hujus inſtituti hanc Eclogam primum

rum voluit eſſe ſpecimen. In qva VII. Proſeſſores eloqventiæ, qvi in hac Academia inclaruerunt, & in iis Caſparis Cörberi maxime vitam & merita in rem literariam pernitido dicendi genere deſcribit, & hac ratione id ſupplet, qvod prætermiſerunt Lexici eruditorum architecti, qvi de Cörberi nomine ne tantillum qvidem habent, & de Chriſtophoro Heidmanno ſphalmata tria, ex Böhmeri hac Sylloge Biographica emendanda. (2) *G. G. Zeltner de Pauli Lutenſack fatis & placitis*, Altorfii 1716. Vide Vol. XLVIII. N. 2. (3.) J. G. *Lotterus de vita & Philoſophia Bernhardini Teleſii*, Lipſiæ 1733. Ex Ariſtotelomaſtigibus tres præcipue excellunt, Martinus Lutherus in Germania, Petrus Ramus in Gallia, Bernhardinus Teleſius in Italia. Et cum hujus ultimi decreta Philoſophica præ cæteris ſint παράδοξα, monumenta etiam perrara, & ejus vita, fata, & ſcripta paucis admodum cognita; Auctor Diſſertationem primum conſcripſit Hiſtorico-Philoſophicam de Bernhardino Teleſio, Lipſiæ 1726. excuſam. Qvam poſtea auctam, & ornamentis pluribus locupletatam, in vulgus denuo prodire juſſit eo loco, & tempore, & titulo, habituqve qvem indicavimus. Nec nullam hoc labore ſibi adſcivit exiſtimationem Auctor in Republica literaria. Cujus dictio talis, qvalem C. 2. §. 9. p. 48. dicit eſſe Teleſii, luculenta, & citra fucum, ad naturæ leges cumprimis compoſita. Via, qva proceſſit, naturalis & plana & expedita. Obſervationes, ad Hiſtoriam Philoſophicam Seculi XVI. cumprimis pertinentes, egregiæ. Lectio libro-

 rum,

rum, Italicorum cum maxime, & rariſſimoru in noſtris hiſce terris, fere ſtupenda Judiciu de Philoſophiæ Teleſianæ virtutibus & vit moderatum & perpolitum. Qvod autem C. §. 1. p. 34. ſcribit, ſe ignorare, qvid de S relli libro ſtatuendum ſit, in qvo Teleſii prin pia nova Philoſophica enarravit, addita ſ Epicriſi, cum inſpicere eundem ſibi, licet a xie qvæſitum, non licuerit; Nobis eqvide admirationem nullam movet. Siqvidem no mus hujus Sorelli nomen in Lexico eruditoru plane præteritum. Omniaqve ejus monume ta eſſe perrara Et hoc, qvod, *la ſcience unive ſelle*, inſcribitur, & Pariſiis 1668. IV. Volu in 8vo editum, longe rariſſimum, cum qv non confundendum eſt, qvod Johann Wilhel Baro de Stutenberg in linguam Germanica tranſtulit, & Norimbergæ vulgavit 1660. in 8v de la perfection de l'homme, *von der Vollkomme heit des Menſchen.* Atqve in hoc p. 413. ſeq. illo autem Tomo IV. p. 367. ſeq. Philoſophi Teleſianæ deſcribit imaginem, & qvid laud qvid maculæ in ea ineſſe arbitretur, libere pr nunciat. Johannis etiam Cæcilii Frey menti nem facit l. c. p. m. 371. ſeq. de qvo Lotter noſter C. 2. §. 10. p. 54. not. n. ſcribit: Fr ſtra hactenus, ſtudioſe licet, inqviſita nob fuerunt Jani Cæcilii Frey Opera latina, qu Pariſiis 1646. in 8vo junctim vulgata &c. N immerito laudat hunc Sorellum Guido Patin T. I. Lettr. 77. p. 192. Il eſt homme de ſo bon ſens, & Taciturne, point bigot, ni M zarin. Vir enim eſt in Hiſtoria Philoſophi

ve

ſatiſſimus. Et in Philoſophia ipſa Eclecticus,
: ulli Sectæ addictus. Et digna eſt ejus ſcien-
i univerſalis qvæ pluribus innoteſcat. (4.)
C *A. Heumanni in funere Joachimi Meieri Program-*
m, 1732. (5.) *Ejusdem* Programma *qvo* Paulo
Oſio nomen tertium Hormisdæ reſtituitur, Göt-
tigæ 1732. (6.) *Carolus* Günther *Ludovici* Pa-
ntii Junioris Stoici Philoſophi *vita & merita*. Pri-
ns qvi Philoſophiam apud Romanos publice
poſeſſus eſt, fuit Panætius Junior. Dignus
icirco habitus ab Auctore, cujus vita & merita
pculiari Commentatione illuſtrentur, & iis,
ud qvos Hiſtoria Philoſophica in honore eſt,
vocentur in memoriam. (7.) *Joh. Erhardus*
appius de Xiccone Polentono *Cancellario* Patavino
iſtoriæ literariæ in Italia inſtauratore, Lipſiæ 1723.
oh. Dietericus a Schoenberg ex Italia redux,
icconis Polentoni Libros XVIII. ſecum attulit,
e illuſtribus Scriptoribus linguæ latinæ, eosqve
ISCtos adhuc & ineditos. Atqve hos, qva
ſt facilitate hic Heros, communicavit cum Au-
ore, ut typis exſcribi curaret, ſi qvid reperi-
et in iis luce dignum. Qvod a ratione alienum
eqvaqvam eſt, cum in primis literarum inſtau-
atoribus Polentonus fuerit, & huic Operi per
XXV. integros annos inſudaverit, & Autogra-
hum in Angliam deportatum fuerit. Nec in-
abili commendatum fuit hoc negotium. Qvi
ac promulſide ſalivam movit lectoribus Polen-
onianas dapes ipſas propediem videndi Tam
culta eſt hujus Commentationis dictio, tantus
doctrinæ in ea apparatus, librorum rariſſimo-
rum tanta cognitio, & rerum tanta varietas, &

copia, & dignitas, & jucunditas. (8.) *Joh. Gottf Ungerus de Joh. Agricola Anteſignano Antinomoru contra Melodium*, Lipſiæ 1732. (9.) *J A. Har mann de vita Joh. Kymæi*, Marpurgi 1717. Q parcior fuit in apponendis dapibus, qvam pro a gumenti dignitate, & lectoris aviditate, d buiſſet. Promittit tamen p. 4. ſe daturum pl ra, ſi publico placuiſſent, qvas feciſſet epula Cæterum §. 8. p. 8. conqveritur Kymæi libru de Concilio Gangrenſi, Wittebergæ 1537. cu præfatione Lutheri editum, ita diſparuiſſe, ejus videndi copia, licet anxie qvæſita, ſil nunqvam oblata fuerit. (10.) *Programma in fu nere Joh. Fabricii SS. Theol. D. &c.* Helmſtad 1728. Auctor eſt Joh. Laur. Moshemius, q in hiſce Schedis juſta funebria defuncto Fabrici facienda modo non vulgari indixit. Genus eni dicendi non cottidianum eſt. Ratio dotes an mi & corporis delineandi non vulgaris (p. 27 ſeq). Modus favorabilia & odioſa enarran (p 25.) ſingularis. Atqve his velut Emblem ta intexta ſunt ea, qvæ crebro ſermone ab e cui exeqviæ apparabantur, uſurpata ſunt, v. Nolle ſe intereſſe conſiliis, neqve unqvam in ter fuiſſe, qvæ qvis agat de religione mutand de uxore ducenda, de honoribus ambiendis. ubi qvis certus ſuum rogaverit auxilium, ei nunqvam defuiſſe, aut defuturum eſſe. (11 *Joh. Wolfg. Jäger de Joh. Leade vita, viſionibus doctrina. Accedit Nucleus Theologiæ Myſticæ Mad. Gyon*, Tubingæ 1716. Scilicet: a) Hiſtorice di ſerit de Jane Leade revelationibus. b) Theolog ce, & Critice. Et prior pars præferenda eſt p

ſteri

ori, ſiqvidem illa ex ſcriptis Leadæ eſt hau- & ipſis ejus verbis propoſita. Poſterior au- non eo ſtudio elucubrata, qvo debebat. ...qve enim ſcripta omnia Leadiana luſtravit ...ctor, nec ejus Paradoxa notavit cuncta (Vi- ...e Catalogum noſtrum Bibl. Theol. p. 770.) ...ædam etiam alio ſenſu intellexit, ac Johan- ...intelligenda eſſe voluit. Et in oppugnatio- ...eorum, qvæ ab analogia fidei deflectunt, in- ...dum petiit id, qvod eſt in principio. (12.) ...*Franc. Buddeus de vita ac doctrina H Rabani ...gnentii Mauri*, Jenæ 1724. De qvo argu- ...nto nihil extat uberius, luculentius, ſolidius, ...gantius. Vita Mauri ex Monumentis opti- ...s ſtudioſe congeſta eſt. Doctrina ex ipſis ejus ...iptis collecta, & in formam Syſtematis reda- .... Opus totum ita concinnatum, ut curam in ...rbis, in rebus vero ſolicitudinem adhibitam fuiſ- ...appareat. Et cum Auctorem Doctiſſ. ad Tra- ...iones Fuldenſes provocaſſe interdum perſpicia- ...s, v. g. P. 1. §. 10 p. 27. item §. 11. p. 31. Alibi. Igno- ...e lectorem nolumus, eſſe apud nos Codicem ...SCtum cum hac ἐπιγραφῇ, *Liber Traditionum ...cro-Sanctæ Fuldenſis Eccleſiæ; Collectus ex Teſta- ...ntis piorum Regum, Imperatorum, cæterorumqve fi- ...lium, ſcriptus regnante Imperatore Friderico, ſub ...arcuwardo Abbate, a fratre Eberhardo, Dutone ...llario membranam ſubminiſtrante.* In cujus char- ... non una Rabani occurrit mentio, v. g. in ...arta CVIII. Complacuit atqve convenit in- ...r Venerabilem Virum Rabanum Abbatem de ...onaſterio Fuldenſi, ubi Sanctus Bonifacius ...rporaliter, nec non & alium qvendam Abba-

tem,

tem, Marqvardum Brumienſis Monaſterii, alterutrum de poſſeſſionibus & mancipiis ſi inter ſe congruam oportunitatem facere deb rent, qvod ita & fecerunt. Dedit igitur R banus Abbas in Swaltbach, qvæ eſt in pa Logenahe &c. Eqvidem novimus Joh. Piſt rium jam A. C. 1607. traditiones Fuldenſ vulgaſſe, & Joh. Fridericum Schannat e emendatiores & qvadruplo auctiores in pub cum emiſiſſe, Lipſiæ 1724. f. Sed nec h nec illud volumen jam nobis ad manus e adeoqve dubitatio nos tenet adhuc, an trad tiones Fuldenſes ab his Duumviris editæ, cu noſtris ex aſſe conſpirent. In codice noſt traditiones continentur CX. Qvibus accedit l bellus, *de Oblationibus Fratrum Fuldenſium*, co ſtans capitibus LIII. Qvorum Primum eſt d Oblatione Fratrum in Tutenhuſen. Secu dum de oblatione Tacgolfi Comitis in Saraw Tertium de oblatione IV. Epiſcoporum &c.

XC.

Jubilæum Academiæ Roſtochienſis feſtum, Ro ſtochii 1619. Nata & conſecrata eſt Acad mia Roſtochienſis A. C. 1419. die 12. Nov. A qve hunc natalem tertia vice recurrentem m gna cum feſtivitate celebrandum cenſuit Sen tus Academicus, variis Programmatis divulg tis, Orationibusqve & Carminibus publice r citatis. Qvæ omnia uno faſce comprehenſa h volumine continentur, ad Hiſtoriam rei lit rariæ, ſpeciatim hujus Academiæ perutili

N

uno tamen loco ac numero habenda. Si-
em eminet in hac Sylloge Scriptorum pu-
rum, qvorum XLVI. ſunt, ſi recte poſui-
calculum, Oratio D. Azariæ Sturtzii p. 93.
ec Pauli Tarnovii p. 167. ſeq. Petri Saſſii
73. ſeq.

XCI.

*Sermones in primo ſolenni Academiæ ſcientia-
m Imperialis conventu die 27. Decembris Anni
5. publice recitati.* Petropoli. Georgius
hardus Bülffingerus in illuſtriſſima Acade-
n Scientiarum Petropolitana olim Profeſſor
licus, paucos hodie in Philoſophia theoreti-
a & practica, Phyſica experimentali cumpri-
n, habet pares, an ſuperiorem ullum, dubia
itatione diſtrahimur. Atqve hic eſt Au-
r ſermonum in primo ſolenni Academiæ
entiarum Imperialis conventu recitatorum.
qvorum *primo* enarrat, qvæ literarum a pri-
s in Europa initiis uſqve ad Academias Scien-
rum fuerint fata, qvid Academia Scientia-
n ſit, qvæ illius cura, qvi uſus, qvæ cir-
illas fundatorum gloria. In *Altero* diſqvi-
, an jam eos in theoria Magnetica progreſ-
Eruditi fecerint, ut ſufficientem nautico
po ſolutionem Difficillimi de invenienda lo-
um longitudine Problematis, inde liceat re-
tere. In *utroqve* docet, qvibus obſtaculis
entiarum curſus repreſſus ſit olim, & adhuc
primatur. Qvibus adminiculis ſublevatus
erdum, & hodienum ſublevetur. Qva ra-
tione

tione artes meliores amplificari qveant, & ſp culationes abſtractæ ad uſum in vita civili a plicari. Falſum id eſſe qvod objicitur, inve ta publice utilia caſui deberi; non induſtri hominum. Ea enim, qvæ caſu inventa ſur eſſe perpauca. Et ſi ab iisdem auferas, qv induſtriæ hominum debentur, nullius pro ſus eſſe utilitatis. Deme enim pulveri pyri ea, qvæ addidit humana ſolertia; Perſpicill qvæ Mathematici iisdem ſuperaddiderunt Magneti & verſorio, qvæ a Scientiis & art bus humanis acceſſerunt; qvid qvæſo erit i lud qvod caſus obtulit, & cui uſui inſerviet?

XCII.

M. *Jacobus Thomaſius, de plagio literario*, Svc baci 1691. Antiqviſſima eſt ars plagiaria, & ea jam tempeſtate freqventata, qva priſci lite rarum cultores vixerunt. Propagata poſtmo dum uſqve ad Secula noviſſima, qvibus ita in valuit, ut æqve late pateat hodie, ac infe lix iſtud ſcribendi Cacoëthes. Et fecit unicu Martialis verſiculus (Libr. 1. Epigr. 53.) ut i deſignando furto literario, plagii nomen ho & Superiore Seculo uſurpatum ſit. (§. 78 p. 35.) Et cum antiqvi omnes, qvi de hoc vi tio Scriptorum ex inſtituto olim commentat ſunt, ab edaci tempore conſumti ſint. (§. 341. Id ſibi hoc negotium datum eſſe credidit Au ctor, ut, qvod iniqvitate fati ſurreptum eſſe reipublicæ literariæ civibus, ſua diligentia & aſſiduitate reſtitueret. Qvo inſtituto eam con-

ſe-

itus eſt laudem, ut ex recentioribus (ſi a
reno diſceſſeris, cujus ſingularis de pla-
extat epiſtola §. 341.) *Primus* ſit, qvi hunc
rem occupavit. Nec primus ſolum, ſed &
ſiſſimus ex iis, qvi huic argumento vigilias
dicatas eſſe voluerunt ſive theoriam ejus
ctes ſive Praxin, ſive regulas ſive Hiſto-
, ſive falſo ſive merito plagii ſuſpectos,
Optimus eſt omnium, qvi unqvam aliqvid
ue hac eruditis ſolis adhærente in lucem
licam protruſerunt. Qvam enim ſtupenda
hoc Opere eſt lectio? Qvantus Problema-
, obſervationum & Hiſtoriarum cumulus?
anta ſeries technarum, & colorum, a qvibus
ilia ſibi ſumunt, qvi aliena compilare ſo-
t? Qvanta ingenii & judicii ἀκρίβεια?
am labor improbus? Nullum ex tanta multi-
ine Auctorum eſſe ſcribit §. 5. qvem non
inſpexerit. Qvod & §. 172. p. 72. Con-
um Dietericum in analyſi Evangeliorum ob-
vaſſe ſcribit. Nullum axioma qvod non
egie illuſtrarit. Ac licet non ubiqve illi-
ſit ejus dictio; Plana tamen eſt & perſpi-
, & talis cujus non facile aliqvem pæniteat:

Ornari res ipſa negat, contenta doceri.

Et hoc dolendum tantummodo arbitramur in
tam præclaro opere. 1) Indicem rerum
ne deſiderari, & perſonarum vix decimam
tem eorum Auctorum exhibere, qvi in eo
nt adducti. 2) Tot & tantas eidem in eſſe
culas Typographicas, ut ſomniaſſe typothe-
tam

tam videri qveat. 3) Neminem inventum adhuc, qvi Thomaſianam hanc telam pertexere, & Diſſertationem tam bene cæptam continuare, plenioremqve & locupletiorem in lucem producere allaborarit.

XCIII.

Joh Alberti Fabri Decas decadum, ſ. Plagiariorum & Pſeudonymorum centuria. Acceſſit Exercitatio, de Lexicis Græcis, Lipſiæ 1689 Auctor eſt Joh. Albertus Fabricius, qvi juvenis erat adhuc eo tempore, annos natus non amplius viginti, ut ipſe fatetur in Prolegomenis Vincentii Placcii theatro Anonymorum & Pſeudonymorum præmiſſis p. 11. Qvod ſane prodigium videri qveat Lectoribus. Tantum enim abeſt ut juvenem referat hoc Meletema, ut potius virum ſapiat in literarum bonarum ſcientia diutiſſime verſatum. Dictio enim eſt maſcula, & luculenta, & expedita. Lectio varia, & vaſta & multivaga. Rerumqve ingens cumulus & delectus. Duas plagiariorum centurias habet Thomaſius, nec cedit Thomaſio Fabricius, qvi unam centuriam promittit tantum in indice, ſed duas præſtat, & plures fortaſſis. Siqvidem ſub uno numero interdum duo, tres, qvatuor aut qvinqve arguuntur, ut p. n. 48. Nec protrita ſunt qvæ memorat Auctor, ſed ea qvæ a Thomaſio, Almenloveenio, & aliis Plagiariorum collectoribus non ſunt obſervata. Cujus commatis etiam ſunt, qvæ de Lexicis Græcis comportavit, de qvibus præter J. H. Boec-

[..]clerum nemo ante eum commentatus eſt. [.] licet interdum a materia ſubſtrata deſciſcat; [..] excurſionibus tamen Nilum imitatur, qvi [..]arum impatiens late per plana jacentis Ægy-p[.] diffundit aqvas, ſed ita ut arva fœcundet.

XCIV.

M. Jacobi Thomaſii, Diſſert. de plagio litera-r[.], Lipſiæ 1673. *Prima* hæc eſt editio operis [T]homaſiani, eaqve Svobacenſi, antea allatæ, [po]ſtponenda quidem, ſi additamenta ſpectes, [q]væ Svobacenſi acceſſerunt; Sed præferenda, [ſi] ſphalmata typographica, qvibus hæc Lip-[ſi]enſis non ita eſt inqvinata. Et dabit nobis [l]ector benevolus hanc veniam, ut, qvam ante [p]lures annos huic editioni inſcripſimus criſin [n]oſtram, hoc loco repetamus. Scilicet, in [h]ac Diſſert. multa & profunda eſt lectio, & ac-[c]uratum judicium, & induſtria tanta, ut in [h]oc argumento ſimile opus non extet. Unde [&] egregia de eo apud omnes eruditos eſt exi-ſtimatio. Et pauca ſunt admodum & exigua, [q]væ in eo nonnulli notanda cenſent. In mo-[ra]litate plagii evolvenda Auctorem fere eſſe [π]ερίεργον, ac curioſam nimis & ſuperfluam pone-[r]e operam. Nec fures appellari poſſe, qvi hoc [fur]tio ſint inqvinati, qvod libelli in vulgus [e]diti, publici juris facti ſint, & res in illis [t]roditæ non alienæ amplius, ſed ei propriæ [i]n cujus poſſeſſionem, vel emtionis, vel alio [q]vodam jure pervenerunt. Qvod παράδοξον

Bb pe-

peculiari Diſſertatione propugnavit Joh. Co radus Schwartzius, Halæ 1701. Digna qv cum hac Diatribe componatur.

XCV.

Achilles Daniel Leopoldus a nativitate cæcu de Cæcis ita natis, Lubecæ 1726. Miratur Au ctor neminem ex eruditis adhuc de cæcis i natis egiſſe, C. 2. p. 15. Et ne indicta pl ne, & tacita prætermiſſa eſſet hæc Hiſtoriæ l terariæ particula, ipſe hac Commentatiuncu interceſſit, in qva cæcigenorum tradidit Hiſto riam, & qvædam ad eorum infantiam, juve tutem, virilem ætatem, & ſenectutem ſpecta tia problemata ita enucleavit, ut qvod ej corpori negavit Numinis benignitas, id ejus an mo liberaliter conceſſiſſe exiſtimari qveat.

XCVI.

M. Hermann Chriſt. Engelken, de Sexu qviori fama eruditionis coruſco, Roſtochii 170 Spicilegium ſe daturum promittit Auctor fœ minarum eruditionis fama clararum, qvæ v plane non, vel extremis ſaltim digitis, v non ſufficienter ab aliis memoratæ fuerunt 2. §. 3. p. 31. Sed ſpicilegium tumultuariu tantummodo, & ſuperficiarium, ut ſcribit indice, & C. 2. §. 36. p. 58. Et plane ita r tionem ducimus, ſi ruminare hoc argumentu & impenſius ad ungvem caſtigare voluiſſ præſtantiorem eum omnino eidem impert

p

uiſſe ſpeciem, cum auctores fere omnes reptaverit, qvi de fœminarum eruditione vid literarum monumentis tradidere. Vide C 1. §. 2. p. 29.

XCVII.

Joh. Laur. Mosheim, *de cauſis ſuppoſitorum orum inter Chriſtianos Seculi* I. & II. Helmſta-d 1725. Nondum ſatis perſpicue adhuc & igenter erutum & in lucem prolatum eſſe, ibit Auctor §. 1. qva re inducti fuerint non-lli primis rei Chriſtianæ Seculis, ut cenſe-nt, nihil ſe a veritate & pietate alienum fa-re, ſi ſcripta commentitia fingerent, iisqve agnorum hominum, & ipſius Chriſti, ejusqve icorum nomina inſcriberent. Atqve iccir-ſe periclitaturum, qvid in hac re efficere leat. Et ſi nihil præter conjecturas afferre eat, ſibi tamen veniam datum iri confidit; um ſatis ſit conjeciſſe in rebus arduis & per-ſcuris. Atqve in his divinationibus ejus ul-na eſt: (§.20.) Vetuſtiſſimorum qvorundam hriſtianorum animis infixum fuiſſe, & a multis erte probatum eſſe Doctoribus, qvi qvarto ſeqventibus vixerunt Seculis, in diſputatio-bus cum veritatis hoſtibus, nullam fraudem ſe vetitam, potius ſicuti vim vi, ita dolos do-s repellere licere. Adeoqve veri eſſe ſi-illimum, ab illis etiam, qvo hæreticos tan-profligarent facilius, iſtiusmodi libros con-ctos eſſe. Qvod ſi ita nude & absqve ulla ſtrictione admittatur, facile in diſcrimen ad-

 duci

duci poterit Sanctorum Patrum exiſtimati
Adeoqve pervelim uberius mentem explicuiſſ
Auctor Celeberr. & qvæ inde a religionis Chi
ſtianæ adverſariis erui poſſunt conſectaria ita ci
cumcidiſſet, ut rei Chriſtianæ fraudi eſſe n
qveant. (2.) Ejusdem, *Obſervationum Sacr. rum triga*, Helmſt. 1725. Verba Mathæi (
IV. v. 8. Diabolus adduxit Chriſtum in præa
tum montem, eiqve omnia regna mundi
eorum gloriam oſtendit, ita intelligenda eſ
vult Auctor S. V. Adverſarius Chriſtum i
montem adduxit in qvo templum erat ſitun
eiqve Procuratoris Romani gloriam, palatiun
tribunal, ſatellites, lictores, clientum tu
bam &c. oſtendit. Verum hac ratione n
unum qvidem regnum mundi obtutui Servato
ris objeciſſet malignus ſpiritus, nedum om
nia. Nec opus habuiſſet eundem a pinnis tem
pli deducere in locum alium, ſi hoc tantum
modo ejus oculis ſubjicere voluiſſet. Et glo
ria Imperii Romani ex gloria Procuratoris uniu
provinciæ non magis intelligi poterat, qvam va
ſtitas urbis Romæ ex gurguſtio. Omnis, nun
qvam idem denotat, qvod unus. Nec exem
plum ullum vel ex Sacro vel ex Profano Scri
ptore proferre potuit Auctor Doctiſſ. hujus no
tationis. Et qvanta religione & circumſpe
ctione opus eſt, ne occaſionem demus Ponti
ficiis, Socinianis &c. in explicanda S. S. ſuum
ſectandi potius ſenſum & arbitrium, qvam Spi
ritus S. (3.) Ejusdem, *de ætate Apologetici Ter tulliani, & initio perſecutionis Chriſtianorum ſub Se vero*, Helmſt. 1724. Opuſculum Chronolo
gico-

...-Hiſtoricum magna diligentia & doctrina, ...genio elaboratum. In qvo id agit Auctor ...tiſſ. ut oſtendat Tertulliani Apologeticum A.C. CXCVIII. eſſe exaratum. Chriſtiano-...ve perſecutiones ſub Severo jam dum cæ-...e, ante Imperatoris edicta, & id etiam Ter-...iani locis qvibusdam confirmari poſſe.

XCVIII.

Joh. Martini Schamelii Numburgum literatum, ...ſiæ 1727. Non defuit materiæ Auctor, qvi ...ltum, & fere nimium diligentiæ in ea ex-...ienda conſumſit; Sed defuit Auctori mate-...s. Nam qvemadmodum in ambitu vitæ ...ſtræ multa ſunt, pauca delectant, & pau-...ra pariunt admirationem; Ita in Hiſtoria li-...aria loci cujusdam multa ſe inſinuant, ſed ...rpauca ex iis ſunt memoratu digna. Sane ...hac rerum literariarum Numburgi geſtarum ...ie multæ ſunt minutiæ. Et in Doctorum ...talogo plures thyrſigeri, qvam Bachi. Dele ...im qvinqve vel ſex nomina, & habebis e-...chum Virorum non admodum celebrium in ...publica literaria. Qvo ipſo tamen laudibus ...ctoris nihil decerpitur.

XCIX.

Martini Hanckii, de Sileſiis indigenis erudi-..., Lipſiæ 1707. (2.) Ejusdem, *de Sileſiis ...ienigenis eruditis*. Eodem. Ibidem. Ornamen-...m noſtræ tempeſtatis fuit Hanckius, Vir Hi-

ſtoriam Civilem, Eccleſiaſticam, & literariam ita aſſecutus, ut pauci, & in rerum Sileſiacarum cognitione nemini ſecundus. Diligentia exqviſita, & ſummo ſtudio præditus. Apparatu etiam librorum editorum & ineditorum affluenter inſtructus. Facultate apte, diſtincte & ornate dicendi armatus. Uſqve ad A. C. 1197. Sacerdotes in Sileſia, Bohemia, Polonia, nemine prohibente uxoratos fuiſſe, ſcribit C. 3. §. 8. p. 13. Tum Literas in Sileſia ab Anno ante C. N. 333. uſqve ad A. C. 965. fuiſſe nullas; Ab anno Chriſti 965. uſqve ad Annum Chriſti 1165. aliqvas; Ab A. C. 1165. uſqve ad A. C. 1550. aliqvantulum adoleviſſe docet. Atqve hoc temporis ſpatio vixiſſe Martinum Strepum cognomine vulgari Polonum, cujus uberiore ſermone perſeqvitur vitam, mortem, Scripta, ſed oratione non attingit, ejus Compendium MSCtum qvod eſt apud nos, in membrana exaratum, & hac ratione ineditum, ſub hac inſcriptione, *Incipiunt excerpta de geſtis Romanorum Pontificum & Cæſarum, per fratrem Martinum Ordinis Prædicatorum.* In qvo tamen exulat, Hiſtoria de Johanna Papiſſa p. 151 Qvæ integra extat in Chronico hujus Martini MSCto membranaceo optimæ notæ, in Bibliotheca Z. C. ab Uffenbach olim obvio, qvod ipſe teſtatur in Bibliothecæ Tom. 3. N. 120 p. 103.

C.

M. Andreæ Davidis Caroli Würtenbergiſche Unhuld, h. e. *Apologia Theologorum Würtenbergenum contra accuſationes God. Arnoldi*, Ulm 1708. De qvo opere copioſe diſſeruimus in Catalogo Bil. Theol. p. 152.

CI.

Joh. Dav. Koelerus, *de Bibliotheca Caroli M.* Aorfii 1727. Eginhartus in Vita Caroli M. C. 31 p. m. 114. mentionem facit Bibliothecæ a Crolo M. congeſtæ, & poſt obitum relictæ, qem locum erudita animadverſione illuſtrat M Frid. Beſſelius, & poſt eum Auctor hujus Cmmentationis doctiſſimus J. D. Koelerus, qi non cubilia tantum, ſed & omnia leviter peſſa veſtigia diſcutit, ut cujus commatis fuer Bibliotheca Carolina, qviqve in ea fuerint liri Theologici, Juridici, Medici & Philoſopici, inveniat. Et licet pleraqve, qvæ pronit, conjecturis tantum & divinationibus conſent, omnia tamen ſunt pererudita & perjucnda, & ad illuſtrandam Hiſtoriam literarm ævi Carolini accommodata, & conducilia.

CII.

Valentini Henrici Vogleri Diſſertationes Qvinqe de ſtudiorum hodiernis corruptelis earumqve cauſis,

ſis, Helmſtadii 1672. Laudibus condecora ſunt hæ Diſſertationes a Dan. Georg. Morhof in Polyhiſt. L. 2. C. 3. p. 366. Et dignæ ſu etiam qvæ accurate & ſtudioſe lectitentur, incorruptam latini ſermonis ſanitatem, & di poſitionis venuſtatem, & obſervationum v riarum oportunitatem & utilitatem. Cauſas co ruptelarum in ſtudiis hodie obviarum doc eſſe primum neglectum delectus ingeniorun & προθυμίας, qva qvisqve ad hoc vel illud ge nus literarum ducitur. Tum contemtum lir gvæ Græcæ & Latinæ, & vilipendium veterun & ignobile novitatis ſtudium. Tandem do centium obſcuritatem, μετάβασιν εἰς ἄλλο γένος diſcordiam &c. Qvibus morbis qva ratione me dicinam facere qveamus, utinam ſimul adjeciſ ſet Vir doctiſſimus.

CIII.

M. Frid. Boltz. Diſcurſus Academicus, de cauſis jacturæ literariæ, Wittenbergæ 1717. Diſcurſus Auctoribus optimæ notæ non eſt ſermo, aut oratio, ſed curſus incertus, anceps ambiguus. Cujus commatis an hæc Auctoris ſit Diſſertatio iis definiendum relinqvimus, qvi ſunt ſolertioris acuminis, & excellentiore facultate odorandi pollent. Nobis ſane videtur mirum qvantum extra oleas vagari, & a cancellis, qvibus ſe circumſcripſit, diſcedere, ex rivulis etiam tantum hauſiſſe ſua, non ex fontibus. Et ſi qva ex ingenio ſuperaddidit, ea eſſe

eſt perpauca, & pervulgata, & parum concinne etiam allata.

CIV.

Vita Selectorum aliqvot Virorum, qvi doctrina, dignitate aut pietate inclaruere, Londini 1681. Viginta ſunt Biographiæ Virorum doctrina & dignitate illuſtrium, qvæ hoc volumine continentur. Atqve has, a diverſis Auctoribus ſcriptas, in unum conduxit Gvilielmus Bateſius. Vir idem non admodum clarus in civitate eruditorum; Nec de ordine ſolicitus in hac Sylloge; ſine tamen hoc inſtituto de re literaria meritus, & a collectoribus Actorum eruditorum 1682. p. 12. in ordinem redactus. Qvi has vitas commode in tres claſſes diſponi potuiſſe docuerunt. Atqve in *prima* collocari, Principes ac Viros nobiles; In *ſecunda* Eccleſiaſtica dignitate conſpicuos; In *tertia* Viros ob rem literariam maxime celebres. Atqve in his annalibus Biographicis præ cæteris lectu dignos videri vitam Hieronymi Savanarolæ, Joh. Pici Mirandolæ, Petri Bembi, Deſiderii Eraſmi, Jul. Cæſaris Scaligeri, & Hugonis Grotii. In qvo liceat nobis ac iisdem diſſentire. Qvibus vita Joh. Vincentii Pinelli p. 322-378. obvia, & a Dominis Collectoribus ne tacta qvidem, omnibus aliis videtur anteferenda. Auctor eſt Paulus Gualdus Patritius Vicetinus, qvi XX. & amplius annos familiariſſime uſus Pinello omnium arcanorum ejus fuit conſcius, (p 377.) eorum cum primis, qvæ ad rem literariam ſpectant. Qvæ

& omnia liberali manu ſpargit in hac Comme
tatione, narratqve Sectione *prima* qvantope
Pinellus eruditionem, eruditosqve amarit, q
conatu in ſcientias incubuerit, qvo delectu n
bilium ingeniorum monumenta conqviſiver
qva demum via pervenerit ad faſtigium imme
talitatis. Altera deſcribit mores ejusdem, a
miqve ornamenta, tum vitæ cultus, nobiliu
qve inſtitutorum rationes, qvibus ipſe, qvo
vixerit laudatiſſime uſus ſit. Sexcenta hic leg
notatu digniſſima de Pinelli ratione vivendi, ſt
dendi, converſandi, ratione libros conqvire
di, iisdem utendi &c. Qvibus omnibus ſubn
xum eſt luctuoſiſſimum Bibliothecæ Pinellian
fatum, dignum qvod omnibus, qvi βιβλιομαν
laborant, innoteſcat, ut tanqvam in ſp
culum inſpiciant in iſtud, & ex eo ſuma
exemplum ſibi. Nobis ſane hic tragicus caſ
concitavit animum. Atqve hæc omnia ita pe
ſecutus eſt Gualdus, ut iis, qvi Virorum er
ditorum condunt Hiſtorias exempli loco e
qveat. Sane ex hoc ungue cognoſcimus le
nem, & inde rationem ducimus, qvid ille
Pinello tradidiſſet, ſi, qvæ fati iniqvitate ſu
tracta ſunt ſubſidia, ſchedæ, adverſaria, in
ces librorum, Epiſtolæ Doctorum Virorum a
Pinellum ſcriptæ, ſuppellex notarum, obſerv
tionum, & Bibliothecæ Pinellianæ uſus, aliaqv
illi non fuiſſent erepta.

CV.

Thomæ Smithi Vitæ quorundam eruditiſſimo-m & illuſtrium Virorum, Londini 1707. Qvas hoc faſciculo legendas exhibet eruditorum tas Auctor,non ſunt,ut Bateſius collegit,tantum aliis elucubratæ,ſed qvas ipſemet arte ſua & inuſtria adornavit & expolivit. Omnesqve tales nt, qvales eſſe debent virorum doctorum Hioriæ, rebus ſelectis, & ad rem literariam ilaſtrandam & augendam ſpectantibus, refertæ. Eminet tamen in iis, & velut ſtella primæ magniudinis, in hac Sphæra fulget, Vita Jacobi Uſerii Archiepiſcopi Armachani, & totius Hiberiæ Primatis, multis nominibus illi Biographiæ præferenda, qvæ de eodem Uſſerio extat in Baeſio. Hæc enim multo eſt copioſior, & exactior, & luculentior. In qva non omittit Auctor memoranda, nec memorat omittenda. Nec laudes hujus Herois exprimit tantum, ſed & maculas. (p. 106.) Et qvod maximum hujus lucubrationis eſt ornamentum, ſcripta Uſſerii omnia in ea accurate enumerantur, non ut in Bateſio, in qvo ad calcem projecta nuda eorum leguntur nomina. Sed deſcriptioni vitæ ita intexta, ut, qvo tempore & loco, & qva occaſione qvodvis concinnatum ſit, appareat. A qvo utinam omnes ii exemplum caperent, qvi nomina eruditorum ſcriptis celebrare, eaqve chartis victuris commendare allaborant.

CVI.

CVI.

J. A. Schmidii Archyta Tarentinus, Jen 1683. (2) *Ejusdem Aratus*, Ibidem 168 (3.) *Ejusdem Archimedes*, Ibidem 1683. (4 *Ejusdem Anaxagoras & ejus Phyſiologia*, Ibidem 168 (5.) *Ejusdem Hipparchus, Theonæ, & docta Hyp. tia*, Ibidem 1689. (6.) *Ejusdem Dædalus M chanicus celebris*, Ibidem 1687. (7.) *Ejusde Anaximenes & ejus Phyſiologia*, Ibidem 1689. D qvibus J. L. Moshemius in Programmate in exe qvias Auctoris p. m. 39. J. A. Schmidius Jen opes doctrinæ & ingenii effudit, docuitqve cur applauſu, ac Diſputationes edidit, habuitqve fre qventiſſimas, qvarum paucæ tantum extan typis iterum vel uno volumine excuſæ, plure vero, qvod qverimur, latent, utut florentis hi primæqve induſtriæ fœtus, ab utilitate ſua no minus, qvam a jucunditate materiarum, ſtili qve brevitate qvam ſemper amavit, æqve ſi ubiqve commendent, &, ut ſolent talia, anno rum decurſu ſepeliri, ita nobis hodienum ſuper ſint, ut vix ac ne vix qvidem de nomine conſtent Hactenus Moshemius. Et ſane dolendum eſt multas ex Diſputationibus hujus Polyhiſtoris an norum decurſu, civiumqve in Republ. literari deſidia dicam, an invidia? Ita eſſe ſepultas u earum raro admodum fiat mentio, etiam apud eos qvi Hiſtoriæ Philoſophicæ Scriptores ex in ſtituto enumerandos ſibi ſumunt. Cum tamen exqviſitiſſima cura, eaqve arte & doctrina elu cubratæ ſint, ut conqviri omnes, & recudi

& ianu ſolicita ab iis verſarimereantur, qvi Hi-
ſtc am literariam non vulgari loco habendam
eil norunt. (8.) *Corn. Diet. Koch de Ariſtotele in ummo aureo*, Helmſtadii 1703. De num-
m in honorem & memoriam eruditorum cuſis
ag nus in idea Syſtematis antiqvitatis literariæ
p. 60. ſeq. Et in ea luculentam Girolami
O iati mentionem facimus cujus, extant illu-
ſtr im Philoſophorum & ſapientum effigies ab
ec um numiſmatibus extractæ A. C. 1567. in
4t ſine mentione loci. Qvas & Auctor in hac
D tribe commemorat his verbis: Habemus il-
lu rium Philoſophorum & ſapientum effigies ab
ec um numiſmatibus extractas, ab Anonymo
V netiis 1583. in fol. excuſas. Sed non vide-
tu viſu ſenſiſſe hanc Syllogen. Siqvidem & in
e extat Ariſtotelis imago, cum hac Epigraphe:
A ſtoteles Stagirita claruit Olymp. 103.

Magnus Ariſtoteles cauſas exqvirere rerum,
Sed qvam naturæ cauſa ſecunda patet.

Cujus rei mentionem non intermiſiſſet, credi-
m s, ſi oculis uſurpaſſet. Et qvem in hoc pro-
g mmate illuſtrandum ſuſcepit de Ariſtotele
n mmum aureum, ita comparatus eſt, ut ma-
x nam de nihilo Auctor videatur ſcripſiſſe Hi-
ſt riam. Plane enim confictus videtur index
il MSCtus nummorum aureorum, argenteo-
r n & æreorum, qvem in manus ſuas incidiſſe
ſc ibit. Confictus etiam nummus ipſe, & plera-
q e qvæ de eo affert, vicinitate nulla ad eum
p rtinent. Et qvæ pertinent conjecturæ ſunt,

&

& ſuſpiciones, & ex voluntate orti ſermones p
tius, qvam veritate. (9.) *M Joh. Gvil. Be
gerus de Libanio*, *Diſputatio prima*, Wittenbe
1696. (10.) *Ejusdem Diſputatio altera de Lib
nio*, Ibidem 1698. Diſputationes appellat A
ctor has duas Eclogas, qvæ declamationes ſu
potius. In qvibus de vita Libanii perpauca l
guntur; De ſcriptis autem ejus plane nihi
(11.) *M. Friederich Mentz de Vita & Geſtis P
trocli Martyris*, *Suſatenſium Patroni*, Lipſi
1712. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ particula no
perfunctoriis animadverſionibus illuſtrata. (12.
Luciani Samoſatenſis vita græce, Helmſtadii 166
Auctor hujus deſcriptionis eſt ipſe Lucianus, i
cujus Operibus legitur Tomo I. p. 1. ſeq. Egre
gie autem falleris, ſi putas vitam Luciani in e
contineri, ſiqvidem aliud nihil exhibet, qvam ex
poſitionem ſomnii, qvo motus a ſtatuaria, cu
a patre deſtinatus erat, tranſiit ad παιδεία
ſive eruditionem. Vitam autem Luciani con
cinnarunt Gilbertus cognatus Nozerenus, &
Jacobus Zwingerus Medicus Baſileenſis, eæqv
præmiſſæ ſunt ejus operibus edit. Baſileenſi
Henric. Petrinæ 1563. IV. Vol. 8. Extatqv
præterea vita Luciani ſcripta a Joh. Bourdelotic
qvam notis illuſtravit J. A. Fabricius inſeruitqv
Biblioth. græcæ L. IV. C. XVI. p. 485. ſec
(13.) *Ægidius Strauch de Chriſtianiſmo Seneca*
Wittenbergæ 1668. (14.) J. *A. Schmidius de
Seneca ejusqve Theologia*, Jenæ 1686. Uterqv
Strauchius & Schmidius inqvirunt in Theologiam
Senecæ, eamqve ſumtis ex ipſo Seneca colori
bus ad vivum exprimendam ſatagunt. Et uter
qv

ſane multum induſtriæ ad Meletema ſuum ficiendum contulit. Uterqve de perſona, ptis & doctrina Senecæ ſtudioſe egit. Uterq: Theologiam hujus Philoſophi exqviſite disc ſit. Hac tamen differentia, ut Strauchius, e n non fuiſſe Chriſtianum, probaverit. Schmid s autem, eum non fuiſſe pure Ethnicum. Atq e hic etiam copioſius perſecutus eſt hoc arg mentum qvam Strauchius. Majorem qvoq e librorum & eruditionis apparatum oſtentat c am ille. (15.) *M. Chriſt. Fried. Lentz Hiſto-r Petri Rami*, Wittenberg 1703. Thomam F eigium primum eſſe qvi vitam Rami deſcripſe-r , diſerte tradit Auctor §. 2. p. 4. Sed fal-l ci perſuaſione a veritate abductus eſt. Theo-p ilus enim Banoſius jam ante Freigium Rami H ſtoriam literariam monumentis commenda-t m A. C. 1576. Rami Commentario de religio-n e Chriſtiana, Francofurti apud Andream Wi-c ietum in 8vo impreſſo, præmiſit, ea diligen-t a & arte elucubratam, ut Lenzianam hanc Hiſt oriam multis partibus prævertat, ſive rerum d gnitatem ſpectes, ſive ſtructuram, ſive oratio-n is formam, lineam & colorem. (16.) *M. lricus Junius de Joh. Kepplero ejusqve ſcriptis edi-t s atqve ineditis*, Lipſiæ 1711. Vide ſupra Vo-l m. LI. in qvarto N. 17. (17.) *Jacobus Burck-ard de Joh. Reuchlini, Rud. Agricolæ & Joh. Trit-hemii Epiſtolis ab olivionis injuria vindicandis.* Wolfenbütteli 1714. Hoc conſilium jam pri-em dedit Mr. de Sainjore, h. e. Richard Si-mon in Bibliotheca Critica P. 4. Lettre 21. p. 67. ſeq. Neqve id omnino reprehendendum.

Verum

Verum & hoc ſimul recogitandum eſſe arbitr
mur. 1) Eas omnes, licet rariores ſint, attam
jam eſſe editas. 2) Non ita abundare rerum ei
ditarum, & ſelectarum, & hodie ignotaru
copia, prout perſuademur. 3) Dictione non a
modum caſta concinnatas, ſi literas Agrico
exceperis. Cujus genus dicendi minime vulg
re, ſolidum, nervoſum, elaboratum, compo
tum, qvod reſipiat Qvintilianum in eloqvendo.
deoqve conſultius videri nobis, ſi optima qvæq
ex iis enotarentur, & in publicum emittere
tur. Et editarum loco ederentur Epiſtolæ i
editæ. Qvarum adhuc magna moles in ſcrin
eruditorum deliteſcit. Et ſunt apud nos The
dori Bezæ, & Auguſtini Puchneri & aliorum no
nullæ. Et integra ſeſqvicenturia a Caſparo Pe
cero A. C. 1587. 1588. 90. 91. 92. 93. 9
97. 1600. ſcriptarum. Qvæ omnes except
paucis, latino idiomate ſunt exaratæ, miſſ
qve ad Principes Anhaltinos. Ex qvorum etia
Archivo, qvod Berenburgi eſt, ſunt deſcript
Mendoſe qvidem admodum, idqve Amanuen
vitio; Sed ita tamen ut a Lectore literarum no
imperito ſphalmata facile poſſint tolli Et qv
in ſchedis ipſis occurrunt ἀξιομνημόνευτα,
illuſtrandam civilem, Eccleſiaſticam & Hiſt. l
terariam commode adhiberi. (18) *Programm
memoriæ D. Heinrici Wideburgii conſecratum*, Helm
ſtadii 1696. (19.) *Programma in funere Hein
rici Meibomii*, Helmſtadii 1700. (20.) *Pr
gramma in exeqviis Matthiæ Waſmuthi*, Kiloi
1714. (21.) *Programma in funere Andreæ Hon
bur*

..., Helmſtadii 1714. (22.) *In funere M.* ...*fried Hoffmanns, Leich-Predigt, Trauer-Rede* ...*Programma*, Budiſſin 1713. (23.) *In Obitum* ...*ſtophori Schraderi Oratio*, Helmſtadii ...o. (24.) *Memoria Friderici Beckii*, Witten-...æ 1703. (25.) *Vita Urbani Pierii*, Bran-...5. 1714. (26.) J. *G. Leuckfeldii Hiſtoria Cy-*...*Spangenbergenſis*, Qvedlinburg. 1712. Vide ...a Vol. 87. N. 87. (27.) *Ejusdem Hiſtoria* *Spangenbergenſis*, Ibidem 1713. Vide Vol. N. 88. (28.) *In funere Conradi Carpzovii*, ...æ 1658. (29.) *Joh Tobiæ Majoris Oratio au-*...*lis*, Jenæ 1646. (30.) *M. Gottlieb Wernsdorff* ...*Fanaticis Sileſiorum*, Wittenb. 1703. (31.) *Elias Geisler de Symbolis*, Lipſiæ 1694.

CVII.

Jacobi Seguerii Oratio Romæ habita in Sacello ...*tificio ad Vaticanum in funere Heinrici IV. Regis* ...*iſtianiſſimi*, Romæ 1610. Rara, ad imaginem vete-...n adornata & Auguſtæo Seculo digna, (2.) *Aca-*...*iæ Ultrajectinæ inauguratio, una cum orationibus* ...*uguralibus*, Ultrajecti 1636. (3.) *Alexandri* ...*ri Oratio Panegyrica in Calvinum*, 1648. Vir in ...lo genere honeſtarum artium indoctus eſt Ale-...ıder Morus, Qvi eloqventiæ humanæ floſculos ...teſſeras & phaleras deſpicatus, gravi, ſacro, ...ıſentaneo & appoſito ſermone loqvitur. Et ...ımis Calvinum laudibus exornat, ejusqve ...ctrinam, vitam, ſcripta, dicta & facta, & ...icqvid eum Auctorem habet, contra Grotium ...tur. Fati nomen eundem ne qvidem uſur-

 paſſe,

paſſe, nedum ortam ex cauſarum ſerie nece
tatem, (p. 74.) Calvinum non fuiſſe Serveti
uſtorem, ſed Servetum Anti-Chriſti admi
ſtrum. (54. 67. 69.) Non Sorbonicis, non l
theranis ſatisfeciſſe, a quibus hæreſeos accuſ
& Arianismi, ſed virtutes ejus citra calu
niam arrodi non poſſe. (52.) Tres Triumvi
rum præfationes *Thuani* ad Hiſtoriam ſuam,
ſauboni ad Polybium, *Calvini* ad Inſtitution
inter decora noſtri Seculi debere putari. (2
Ejus Commentarios in utriusqve Teſtamenti
bulas a nullo ad huncusqve diem Scriptore c
qvari potuiſſe. (16.) Inſtitutiones Chriſtia
Opus eſſe immortale, cujus pretium ac digni
ab omnibus agnoſcatur, adeo ut nihil pret
ſius ab Apoſtolorum ævo, ad hoc usqve lite
& memoriæ mandatum eſſe perhibeatur, ac t
to feratur diſticho, qvodqve Vir illuſt
Claudius Salmaſius auctoritate ſua firmatum v
luerit, cum in aureo contra Grotium libel
malle ſe, dixerit, Optio ſi daretur, vel un
inſtitutionis Opus, qvam qvæcunqve
Grotio ſcripta ſunt. (11.) In qvodvis pign
ſe certare audere, judicibus etiam iis, qvi t
ab antiqvitate pendent, ſi qvid ſupereſt inge
ſanguinis, ſi modo Calvinum poſt Chryſoſt
mum & Auguſtinum tertium eſſe ignorent, ſ
ut primum renuncient, & ſolam ejus in Pſ
mos præfationem, nunqvam ſatis laudatam,
lidis aliorum lucubrationibus anteponant. (13
Apocalypſin Calvinum non attigiſſe, & n
attingendo pulcherrimum in eam Comment
rium dediſſe. (13. 49.) Libros Grotii de An

Ch.

iſto Spiritu ejus plenos, & votum pro pace
:itu Chriſti vacuum, & in Annotationibus in
&. N. T. multa ineſſe Anti-Chriſto valde
pitia. (67.) Et dignum Grotium qvi Theo-
ica tractaret, niſi tractaſſet. (p. 74.) (4.)
onius Matthæus de annulo, Ultrajecti 1639.
]va oratione eſt terſum & purum & expedi-
n loqvendi genus. Nec poterat alio ſermo-
uti Auctor, niſi voluiſſet eadem menſura,
a erga alios uſus erat, ipſe rependi. Siqvi-
n in Collegio Juris fundament. Diſput. XII.
roll. Veteres JCtos eloqvio alias præſtantiſſi-
s ſub cenſuram vocat, & Priſcianum aliqvan-
in Jure vapulare contendit, eoqve refert,
od adjuvavi pro adjuvi L. V. §. 10. de *his qvæ*
indign. Præſtavi pro præſtiti L. XXXVI. §. 1.
hæredit. petit. Tolliſſe pro ſuſtuliſſe L. III. §. 4.
acceptil. Fodiri pro fodi L. 72. §. 2. de U O.
ſidiaverint pro inſidiati ſint, L. 28. §. 11. De
ſen. ſtrixerint pro ſtrinxerint in L. 1. ad Leg.
orn. de Sicar. Fluerat pro fluxerat, in L. 56.
A. h. C. Dixerint JCti. (5.) *Ant. Æmilii*
Civili ambitione oratio, Ultrajecti 1640. (6.)
uſdem Oratio in obitum Henrici Renerii PP. in A-
demia Ultrajectina, qvi cum Renato des Cartes
xit conjunctiſſime, abdita naturæ & cæli extima
netrare ab eo edoctus, Ultrajecti 1639. (7.)
rolus Dematius de Eccleſiæ Dei ædificatione ſerio
omovenda, Ibidem 1640. (8.) *Frid. Spanhe-*
ius de officio Theologi, Lugduni Bat. 1643.
) *Paulus Bogislaus de Orzechow Orzechowski*
anegyricus poſt Bredam expugnatam, Bredæ 1643.
o.) *Lambertus Barlæus de Græcarum literarum*

præſtantia & utilitate, Lugduni Bat. 1642. (1 *Adrianus Heereboordus de recta Philoſophice diſ tandi ratione.* (12.) *Specimen tum inſcitiæ tum n litiæ in calumniis Steuartii furibundi & Revii iracu di per* Philaletium *Eleutherium*, 1648.

CVIII.

Joh. Heinr. Meibomii *Mæcenas, ſive de C. C nii Mæcenatis vita, moribus & rebus geſtis*, Lu duni Bat. 1643. *Primus* eſt Joh. Heinr. Me bomius qvi de Mæcenatis vita, moribus, & i ſtitutis ex inſtituto commentatus eſt, nec r qvisqvam ex Græcis vel ex latinis Scriptoribu qvi nomen hujus Viri ante eum celebrandu ſuſceperit, licet tantus eruditorum tutor, fa tor, & fotor fuerit, ut in proverbium abier Nam qvi a Joh. Paulo Martyre Rizo lingua C ſtiliana ſcripta eſt Hiſtoria Mæcenatis, non fidem ſcripta eſt, ſed ad vitam tantum, ut X nophontis Cyri Pædia. Hæc autem ex optim Hiſtoriæ monumentis eſt collecta, & ita apricum producta, ut loca ſexcenta veteru ſint illuſtrata, mores antiqvorum recluſa, arcana literaria & civilia reſerata. Virtut etiam Mæcenatis in theatrum productæ, & v tia ejus varia ſimul contrectata, habitus laxi & diſtinctus, caput palliolatum, mollities inceſſu, gemmarum, unionumqve ſtudium, hiſtriones, paraſitos, & pueros amor, tu adulteriorum inſimulatio, ſtilus deniqve a mo litie nunqvam abiens, ſed congruens vitæ co generqve. (p. 119-141.) Ipſa etiam Epicu

ſc

ries ; (p.31.) Sed molliori brachio, prout ſolent qvi laudes alicujus malunt volitare per ora virum , qvam maculas.

CIX.

Procli Philoſophi Platonici vita, ſcriptore Marino Neapolitano, qvam altera parte auctiorem primus edidit J. A. Fabricius, Hamburgi 1700. Procli Diadochi vitam a Marino Neapolitano Græce ſcriptam cum verſione latina primus edidit Gvil. Xylander, Tiguri 1558. 8. Sed mutilam & dimidia parte truncatam. Atqve hoc Catone contenti eſſe debuerunt eruditi usqve ad A. C. 1700. qvo J. A. Fabricius eandem edidit integram, ab H. V. Schertzero, Theologi celeberrimi τοῦ μακαρίτου filio, acceptam. Et ſi talis fuiſſet, Proclus, qvalis in his tabulis deſcribitur, Virtutibus non tantum naturalibus, & moralibus, & civilibus, ſed & theurgicis & ſublimioribus, qvæ in purificatione & contemplatione verſantur, ita præfulgens fuiſſet, ut qvi maxime. Sed Apollonii Thyanæi fabulam reduxiſſe denuo Marinum in theatrum credas, ut Chriſtianos moleſtia afficeret. Siqvidem res ejusmodi narrat, ut iisdem adjungi fides nullo modo poſſit v. g p. 15. 57. 63. 72. 78. Eximium tamen antitiqvitatis monumentum hoc eſt, ut recte judicat Fabricius in Prolegomenis. Et ipſa hæc Prolegomena ſunt eximia.

CX.

Antonii Panormitæ de dictis & factis Alphon. Regis Arragonum & Neapolis libri quatuor, cum Æneæ Sylvii collectis & Scholiis Jacobi Spigelii, Witenberg. 1685. Si, quæ in *ana* deſinunt ſcripta, jam eo tempore fuiſſent uſu recepta, inſcriptum fuiſſet forte hoc opuſculum *Alphonſiana*, usqve adeo non eſt diſſimilis argumenti, & ſtructuræ. Mixta qvadrata rotundis. Acuta tamen multa in eo & perſpicacia, cum jucunditate & utilitate legenda. Vir enim naris purgatæ erat Alphonſus, apertæqve & regiæ prorſus ingenuitatis & bilis, qvi rem facile perſpicere, & orationem rotunde & oportune pronunciare, & mala aurea in cælaturis argenteis apponere didicerat. Ex Auctoribus claſſicis præcipue magni fecit Senecam L. 1. N. 31. p. 30. Legendo Curtium ægrotus, factum eſt ut ad priſtinam valetudinem virtutemqve revocaretur L. 1. N. 42. p. 33. Gloriatum eundem, Panormita ſcribit L. 2. N. 17. p. 48. qvod Biblia qvater & decies cum Gloſſis & Commentariis perlegiſſet. Proinde illa memoria ita tenere, ut non ſolum res, ſed & verba etiam ipſa pluribus locis ſine ſcripto redderet.

CXI.

Hieronymi Cardani Somniorum Syneſiorum omnis generis inſomnia explicantes Libri IV. Qvibus accedunt ejusdem de Libris propriis, de curationibus, & pra

dictionibus, *Neronis Encomium*, *Geometriæ Encomium &c.* Baſileæ 1652. Synefius Cyrenæus circa initium Sec. V. fama inclitus Somniorum interpretationem non in ultima eruditionis parte habuit. Atqve ipſemet librum de inſomniis ſcripſit, teſte J. A. Fabricio in Bibl. Gr. L. V. C. 12. p. 225. Atqve hinc Auctori hæc interpretamenta *Somnia Syneſia* appellare placuit (vid. p. .) Qvorum initio conſcripſit libros X. qvos A. C. 1561. reduxit ad qvatuor. Et mirandum eſt, ſcribit, (de libris propriis p. 16.) tot ac tanta tam paucis chartis poſſe comprehendi, ſed plura in iis contineri, qvam in fronte ſit repoſitum. Qvod lectori definiendum relinqvimus. Qvod vero ad Commentationem de libris propriis attinet, cujus cauſa potiſſimum hoc volumen huc advocavimus, illa ad imitationem Galeni & Erasmi confecta eſt, qvi ambo librorum ſuorum Catalogum conſcripſerunt (p. 23.) varia autem ab A. C. 1537. usqve ad A. C. 1560. auctius, & tandem ad hanc rationem perducta. Lectu jucunda propter ſcriptorum varietatem, & ſtupendam multitudinem, & multiplices fortunæ caſus, qvibus inde a tenero ungue Cardanus fuit obnoxius.

CXII.

Joh. Simonis Franci de Lichtenſtein Memorabilium virorum illuſtrium & clarorum in Patria &c. Francofurti 1689. (2.) *Zeugniſſe vornehmer Theologorum, von Martini Buceri Unbeſtändigkeit in der Lehre*, ſine loco 1696. (3.) *Joh. Simonis Franc.*

von Lichtenſtein Anhang an die glaubwürdige Zeu
niſſe vornehmer Theologorum &c. Francofurt. 169

CXIII.

Conr. Sam. Schurtzfleiſchii Introductio in no
tiam Scritoprum MSCta. Qvæ Iſagoge jam pr
dem MSCta pererravit rempublicam literariar
Et a Joh. Mollero in Diatribe de Helmoldo § 2
velut inedita eſt laudata. Et licet proxime el
pſis annis plura ſub Schurtzfleiſchii nomine ſu
impreſſa, qvæ ad notitiam Scriptorum comparar
dam pertinent. Elogia Scriptorum illuſtrium, El
gia & judicia florentis olim Scholæ C. S. Schurt
fleiſchii, Notitia Scriptorum librorumqve va
argumenti, Introductio in notitiam Script
rum &c. huic noſtro volumini tamen man
ſuus honos. Et tantum abeſt ut editis illis ejusde
minuatur pretium, ut potius augeatur. Pl
nius enim eſt, qvam ea omnia exempla qvæ a
huc e prelo egreſſa ſunt. Meliori etiam ordi
diſpoſitum, & candidioribus judiciis reſperſu
Multis qvidem mendis commaculatum, idq
eorum vitio, qvi deſcribendi laborem in ſe rec
perunt; Sed qvæ ab eo facile poſſunt emenda
qvi fecilioris eſt cerebri. Et nos ante XXX.
plures annos ſexcenta eidem in margine adſci
pſimus Sholia. (2.) *Danielis Georgii Morho*
prælectiones privatæ de Scriptoribus Theologi
MSCtæ. In qvibus de Thelogia naturali tantu
& Biblico-Exegetica, Thetica & Polemic
nec de his ipſis plene ſatis aut accurate diſſe
Auctor, plurimisqve indiget ſupplementis, j

di

Joh. Mollero in Præfat. Polyhiſtori Morhof. præmiſſa §. 13. p. 19. Attamen hoc habit exſcriptæ ſunt in Polyhiſtore Tom. 3. C. V. p. 2 ſeq. ſi modos qvosdam loqvendi excepe- cis in qvibus MSCtum noſtrum diſtat ab edito.

CXIV.

Joh. Erneſti Hausmanni Notitia de Bibliothecis Hannoveranis, Hannoveræ 1725. Tres ſunt in urbe Hannoverana Bibliothecæ, qvas Auctor vocat publicas, & qvarum imaginem hac Commentatiuncula delineandam ſuſcipit. 1) *Ægidiana* vetus & nova p. 15-19. 2) *S. Crucis* p. 19-23. 3) *S. Johannis* p. 24-27. Nec omnino nihil egit in hoc Schediasmate, aut inutiliter operam ſuſumſit ſtudium. Sed tantum abeſt ut eorum, qvi librorum amore flagrant, ſitim extinxerit, ut potius incenderit & imflammaverit. Docet enim M. Joh. Ant. Strubberg in Hiſtoria reformationis Hannoveranæ p. 187. not. ** in Bibliotheca Ægidiana eſſe Codices qvi uberiorem deſcriptionem promerentur. *Es hat zwar der Herr Paſtor Hausmann von der Ægidien Bibliotheqve Nachricht gegeben. Ich weiſs aber nicht woher es kommen, daſs ſolche ſo gar kurtz und unvollkommen gerathen. Da es gewiſs, daſs in derſelben ſo ſehr viele rare Codices, die bald nach der Erfindung der Druckerey in dem* XV. Seculo *ſind gedrucket worden. - - Ich könte derjenigen, Werke ſo vor der Reformation Lutheri heraus kommen, und hie vorhanden, wohl über 200. Stück anführen, welches denen ſo die* Codices, *die* proxime

poſt typographiam inventam *gedruckt*, *ſo ſor-ſältig aufzeichnen*, *wohl nicht unangenehm ſeyn* würd *Ich muſs aber ſolche* Recenſion *bis auf eine and* Zeit *verſparen*, *oder gar einem andern überlaſſe* Qvod autem eſt ad MSCta ad Biblioth. S. Cr cis ſpectantia qvorum Catalogum Hausmann p. 22. exhibet, tanti ea non ſunt ut magnam admirationem nobis movere veleant. Sic enim Strubbergus l. c. p 218. not. *** *Herr Paſto Hausmann hat von der* Bibliotheqve *an der Creutz Kircke mit mehrern gehandelt. Es iſt auch ein be ſonderer* Catalogus in 4to *davon gedruckt. Wa aber die* MSCta *betrifft*, *davon der Hr. Hausman p. 22. den* Catalogum *mitgetheilet*, *und in dieſe* Bibliotheqve *ſich befinden ſollen*, *ſo ſind die Tit wohl* ſplendide *genug*, *und dürfften manchen Lieb haber der Gelehrſamkeit eine Begierde machen*, *auch desfals nach Hannover zu reiſen*, *aber wenn er di Schrifften ſelbſt wird anſehen*, *ſo wird er bald wahr nehmen*, *daſs viele Blätter*, *aber wenig Materi darinn zu finden*, *und das rare* MSCt. *des* M. An dreæ Stangwaldi de Conciliis *iſt gar nicht meh vorhanden.*

CXV.

Petri Jænichii Notitia Bibliothecæ Thorunenſis Jenæ 1723. Non adeo præclaræ conditionis eſt hæc Bibliotheca, nec adeo exqviſite deſcri pta ab Auctore. Qvi enim legit in MSCtorum Catalogo Num. 2. reperiri *librum Phyſicum* Num 22. *Librum Mathematicum* Num. 27. *tractatum me dicum* &c. æqve cæcutit in re literaria poſt le ctio

m qvam cæcutivit ante eam. Et ſi libros
os p. 15. ſeq. perluſtres, qvid prodeſt noſ-
ber in hac librorum officina Pſalterium
o-Germanicum Argentinæ 1507. impreſ-
m ſi qvæ præterea de hac editione notatu
ſunt, ignores? Hoc eſt theatrum ſimul
re & claudere.

CXVI.

Joh. Schmidii, vel ſi mavis, Frid. Gvil. Schützii *tatio prior Hiſtorica de combuſtione librorum hæ-* *rum*, Lipſiæ 1696. (2.) *Ejusdem Schutzii* *dem argumento Diſſert. poſterior moralis*, Ibi- 1697. Qvarum prior ſuperat poſteriorem tempore ſolum, ſed & elegantia, & venu- & varia eruditionis copia. Non enim de hæreticorum tantum, ſed & de aliis, qvo- qve caſu igne abſumtis, præclare diſſerit tor, in Hiſt. lit. & Eccleſiaſtica bene verſa- & facultate perſpicue loqvendi pollens. inutile futurum eſſet, ſi qvis hanc telam rius pertexere, & integrum Syſtema Hiſto- m de libris igne combuſtis concinnare velit, ologicis, inqvam, Juridicis, Medicis, oſophicis, Philologicis, Hiſtoricis &c. Si- lem in omnes partes eruditionis inde com- dum deflueret. Scriptores & ſcripta ſexcen- bſcura innoteſcerent. Varietas fortunæ, porum, locorum, genii hominum, cogno- etur. Et arcana plura literaria fierent ma- ſta, ſi in cauſas ſimul fatalium flammarum vireretur, & veræ a fictis, æra a lupinis,

colo-

coloresqve adjectitii a nativis accurate diſc
nerentur.

CXVII.

*Tobiæ Eckhardi Vita Alberti Stadenſis Ab
tis*, Goslariæ 1726. Hiſtoriam Criticam,
Alberto Stadenſi continet hæc Diatribe, ad e
rationem & modum conformatam, qvo H
moldi Biographiam concinnavit Joh. Moller
Ex ipſo enim Alberto, &, qvod de eo adh
ſarta tecta ſupereſt, Chronico, eſt congeſ
Qvod exqviſitiſſima diligentia ac ſumma cu
& ſolicitudine luſtravit auctor. Et qvæ in
præ cæteris obſervatione digna ſunt aſteri
ſignavit, obſcura illuſtravit, differentes lect
nes notavit. Fata etiam Chronici, &, q
in eo dominantur virtutes & vitia, candi
indicavit, & in tota hac Commentatione
ſe comparavit, ut inſtar fili Ariadnæi eſſe qve
hunc Labyrinthum Alberti ingreſſuris.

CXVIII.

*Joh. Caſelii librorum in certas claſſes diſtribut
ſecundum qvam, ſi Deo viſum fuerit, emittent
in lucem ab Henrico Ernſtio*, Hamburgi 165
De qvo juvat audire D. G. Morhofium, qvi
Polyhiſtore L. 1. C. 24. N. 42. ſeq. p. 32
Caſelio Helmſtadienſis Academia illos progr
ſus debet, qvos in ſolidioribus & elegantio
bus ſtudiis fecit. Ex ejus enim ſchola prodi
runt Viri doctiſſimi, ad genium antiqvitatis
ve

e ſapientiæ formati. Ejus opera utinam haberemus omnia uno volumine comprehenſa. Jam diu laboratum id fuit Sereniſſimis Ducibus Luneburgicis, ut omnia ejus opera prodirent utcunqve collecta, ſed hactenus res non præſtita fuit. Habuit in animo olim Heinricus Ernſtius Opus Caſelianum conſtituere, qvi indicem Scriptorum ejus imprimi curavit, cui tamen multa deſunt. Hactenus Morhoffius. Omnino imperfectus eſt Ernſtianus hic Operum Caſelianorum Catalogus. Sunt enim apud nos qvinqve ſpiſſa eorum volumina in Qvarto. In qvibus MSCta multa, eaqve inedita Græca & Latina, edita etiam nonnulla, ſed ab Ernſtio non notata, qvia non viſa, vel non cognita, qvoniam ἀνωνύμως, & ſine vocabulo Caſelii ſunt evulgata. Neqve tamen omnia hujus Viri apud nos eſſe perſvaſum nobis habemus, qvia fuit πολυγραφώτατος, & qvædam ejus plane diſparuerunt in civitate eruditorum. Adeoqve malim ut ſelectiſſima ejus tantum ſub prelum mitterentur, qvam omnia. Qvippe minima non curat Prætor. Et ſatius eſt de ciliis habere aliqvid, qvam nihil.

CXIX.

Polycarpi Lyſeri Diſſert. de ficta medii ævi barbarie, Helmſtadii 1719. Ævo medio h. e. a Seculo VI. uſqve ad Seculum XV. noctem, & caliginem, & ſpiſſam Barbariem operuiſſe rempublicam literariam inficiatur auctor, & ad

ad omnium ſcientiarum, Poëſeωs inprimis i
lulas, eo tempore luce coruſcantes, provo
Nec negari poteſt fuiſſe hoc temporis ſpatio i
las qvasdam per inane micantes, & qvider
omni ſcientiarum genere, ſed hoc ipſo ca
noctis non tollitur. Nec una vel altera hir
do æſtatem loqvitur. Et non tam pauca
rum magnarum ſunt indicia. Ex Scylla
Charybdim devolvitur, qvi ævo medio nil
barbaros vixiſſe clamat. Sed ex Charybdi
Scyllam deflectit, qvi hiſce Seculis nullos fi
ſe barbaros contendit. Qvi manibus palp
poſſunt, ſi ævum medium cum eo qvod an
cedit & ſeqvitur componas. (2.) *Joh. G*
lielmus Janus, de Barbarie medii ævi in conte
S. S. conſpicua, Wittenbergæ 1721. Ex c
temtu S. S. non tam barbaries naſcitur qv
vel Atheiſmus, vel nova Theologiæ Species,
de barbarie diſſerit Auctor in hac Diſſert.
de novis fidei principiis in locum S. S. ſubſti
tis. (3.) *C. A. Heumanni Aurora Muſis am*
Conſtantinopoli nuper orta, Allendorffii 171
Qvæ res ita ſe habet, ſcilicet relatum non ita p
dem in actis diurnis, Imperatoris Turcici præ
ctum prætorium (Vezirium Magnum ſui p
pulares vocant) ſuperatis longi temporis di
cultatibus, maximam partem a Pontifice ſu
mo, qvi Mufftius appellatur, objectis, ta
dem artem typographicam triumphali qvad
felicitate introduxiſſe non ſolum in urbem Co
ſtantinopolim, ſed in ipſum Imperatoris Pa
tium, jamqve typographos ibi ſtrenue & a
due deſcribere, vel potius exprimere lite

i dis in charta ſplendidiſſima. (4) *Joh. Frid.* *tenius*, *de erudita inſcitia*, Scheningii 1728.

CXX.

Andreæ Weſtphal, *de meritis Ducum Pomeranm in rem literariam Diſſertatio*, Gryphiswaldiæ 1 23. In qva Auctor permultis iisqve non v gatis ſubſidiis editis ineditisqve inſtructus, H toriam literariam qvaſi in nuce exhibet, doc qve primum, a Sec. VI. uſqve ad Sec. XII. P neraniam literis fuiſſe deſtitutam, tum a S . XII. uſqve ad Sec. XV. Eccleſiis, Scholi, & Monaſteriis locupletatam, & tandem S . XV. Academia Gryphiswaldenſi exornatam; & Sec. XVI. vera Evangelii doctrina colli tratam. (2.) *Rud. Aug. Noltenius*, *de merit Academiæ Juliæ in Jurisprudentiam*, Helmſtad .1728. (3.) M. *G. F. Gudius*, *de JCtorum n ritis in S. S.* Lipſiæ 1729. Qvi argumentum t c ſummo digito & qvaſi per indicem tangit t ntummodo. (4.) *G. A. Jenichen Specimen eru ditorum longævorum*, Lipſiæ 1730. Bibliothecæ e uditorum longævorum, ſecundum ordinem a phabethicum digeſtorum ſpecimen primum e hibet Auctor, qvo Macrobii, qvorum cog omina a primo elemento A. incipiunr conti i ntur. Qvod Opus ſi velit perſeqvi inpoſte i m, plus circumſpectionis eundem collatu i m, ad ipſum ſperamus p. 471. Vix enim Je ita Jeſuitam tot laudibus cumulare potuiſſet, ot ipſe Franſciſcum Aguaudam, qvem ſin ulari ſanctitatis laude eminuiſſe ſcribit, erga

alios

alios benevolum, erga ſe crudelem, flagel aculeatis ſpinoſisqve ſæpe corpus ita cæcidi ut ſangvine muſeum freqventer contaminar &c. Cœterum non ita induſtrius meritoru hujus Viri eſt explorator. Scripta enim Fra ſciſci nec omnia memorat, nec qvæ memora ſatis accurate, & in ipſo Biographiæ ingreſſu in pingit ſtatim, dum Franſciſcum Aguauda appellat hunc macrobium, qvem Nicolaus An tonius in Biblioth. Hiſp. recent. p. m 303. Fran ſciſcum de Aguado, & Philippus Alegambe i Bibl. Scriptorum Societatis Jeſu p. 112. Fran ſciſcum Aguadum nominavit, ad qvos tame Bibliothecarius noſter provocat. (5.) *J. C Busmanni collectio, de Profeſſoribus eloqventiæ Do ctoribus Ecclesiæ celeberrimis priorum IV. poſt N. C Seculorum*, Helmſtadii. (6.) *M. Joh. Bart Lenzius, Profeſſores natione Franci in Acad. Wit tenb.* Wittenbergæ 1702, Vide Vol. 47. N. 8 (7.) *M. A. J. Dornmeyer, de Regno Lydorum* Halæ 1703. Brevis illa qvidem, ſed concinn Diatribe,

Adjúncta eſt parvis interdum gratia rebus

(8.) *Schediaſma de inſtituto Societatis Philoteuto nico-Poëticæ, qvæ Lipſiæ congregatur*, Lipſiæ 1722 Plures fuerunt Societates Philoteutonicæ in Re publ. Germanorum literaria, qvæ in lingvam patriam ornandam cumprimis incubuere. - 1. Fructifera, Auctore Caſpare de Teuteleben 1617 (p. 17.) 2.) Argentoratenſis, Jeſaia Romple ro de Löwenhalt 1633. (p. 23.) 3.) Hambur

gen

...ſis Philippo Cæſio 1643. (p. 29.) 4.) Pa-
...um Pegneſiorum, *die Pegnitzer Schäffer-Ge-
ſellſchafft*, Philippo Harsdörffero 1642. (p. 33.) 5.)
C...gnorum, *die Schwanen-Geſellſchafft*, Joh. Riſtio.
1...0. (p. 39.) 6.) Columbina Laureata, Chriſt.
F...nſciſco Paulino 1717. (p. 43.) Qvibus om-
ni...us ſucceſſit, 7.) Philoteutonica Lipſienſis
1...22. Sub præſidio Joh. Burchardi Menckenii,
c...us inſtitutum Auctor hujus Schediaſmatis
d...larat. (9.) *M. Frid. Philipp Schloſſer Send-
ſc...eiben, darinnen einige Vorſchläge den Idealiſ-
m...n zu beſtreiten*, Hannover 1730. (10.) *D. F.
...heiſel Ungrund der Einwürffe wider ſeinen Trā-
ct..., de Ideis*, Halæ 1727.

CXXI.

*G. H. Götzius, de reliqviis Lutheri diverſis in
lo...s aſſervatis*, Lipſiæ 1703. In iis, qvæ velut
λ*ψανα* Lutheri ſuperſtitant hodie, & cum ſin-
g...lari voluptate commonſtrari ſolent à poſſeſ-
ſ...ibus, eſt etiam ejus annulus doctoralis, &
c...njugalis vel pronubus, qvem utrumqve in
B...bliotheca Helmſtadienſi velut cimelium aſſer-
v...i, ſcribit Hermannus *von der Hard*, in ſolen-
n...promotione trium Philoſophiæ Doctorum A.
C. 1703. habita, & illo ipſo tempore ab eo
d...ſcripta. Qvod propterea notandum eſt, qvia
...r Doctiſſ. Götzius in hac Diatribe §. 6. p.
2... annulum Lutheri doctoralem in Cime-
l...theca Electorali, qvæ Dresdæ eſt, adhuc
c...ſtodiri, eodem hoc anno 1703. ſcribit. Nec
...p. 21. affirmare audet: Num in hoc annulo

Lutheri inſignia ſive Symbolum, roſa puta, cujus medio cor cruce notatum, conſpiciat Qvod tamen diſerte ait Juſtus Jonas in epi ad Lutherum, qvæ eſt in Chriſt. Junckeri *E ren-Gedächtniſs Lutheri* p. 229. *Mein gnädi junger Herr (Hertzog* Joh. *Friderich, nachmahli Chur-Fürſt zu Sachſen,) läſſet eure Roſe in ein hüpſchen Stein ſchneiden, und in* Gold *faſſen. W ein ſchön Pitſchier. Das wird ſeine Fürſtliche Gn den euch ſelbſt überantworten.* (2.) *Herm. von Hard Solennis promotio, in qva annulus Lutheri reus doctoralis & pronubus omnium conſpectui exh bitus*, Helmſtadii 1703. (3.) *J. C. Erneſti, Euſebio Pamphili*, Wittenberg 1703. Vi Volum. LXXV. N. 31. (4.) *J. F. Poggii Epiſ la de Obitu & ſupplicio Hieronymi Pragenſis. A ceſſit LIV. Nobilium Moravia Epiſtola pro defenſ ne* Joh. *Huſs*, ſ. l. 1633. Ecce duas Epiſtol apologeticas, qvarum altera, qvæ eſt Jo Franſciſci Poggii, Hieronymi Pragenſis, A tera, qvæ eſt LIV. Nobilium Moraviæ, Jo Huſſi cauſam tuetur. Editæ autem ſunt amb & Hiſtoria illius temporis illuſtratæ a Nicol Baringio ſacerdote caſtrenſi ea tempeſtate, cu jus Biographiam exhibet M. Joh. Ant. Stubber in Hiſtoria Reformationis Hannoveranæ p. 14 ſeq. Ubi & Scriptorum Baringianorum ſubj cit Catalogum, ſed hanc apologiam oratio ne non attingit. (5.) *Memoria Fabriciana*, 170 (6.) *Juſta funebria Joh. Fabricio facta*, Helmſt dii 1728. Vid. Volum. LXXXVIII. N. 8.

CXXII.

Catalogus Codicum MSCtorum Membranaceorum & Chartaceorum, qvi in Bibliotheca Reverendiſſimi & Eminentiſſimi Capituli Eccleſiæ Magdeburgenſis Cathedralis aſſervantur, concinnatus a F. *Reimmanno* A. C. 1714. 15. 16. Ottonem M. Bibliothecæ Cathedralis Magdeburgenſis prima fundamenta dediſſe, ex Dithmari Chronico L. II. p. 33. Non inepte fortaſſis colligere qveamus, ſi velimus hos corymbos nectere; Sed miſſis iiſdem, qvi alieni ſunt a re propoſita hoc tribus verbis tantummodo dicimus. Reverendiſſimum Capitulum me A. C. 1714. Sacris in templo Cathedrali exeqvendis admotum, ſua ſponte ſimul Bibliothecæ ſuæ curandæ admoviſſe, & ſtipendium annuum uſqve ad 60. thaleros adauxiſſe. Et cum Catalogus librorum nusqvam reperiretur, me hoc mihi primum negotium datum eſſe putaviſſe, ut libros impreſſos pariter & MSCtos in Catalogum conducerem. Cum Bibliotheca ſine catalogo ſit Labyrinthus ſine filo Ariadnæo. Et horologium ſine indice. Et navis onuſta ſine acu nautica. Adeoqve initium feciſſe à MSCtis. Et ad umbilicum etiam perduxiſſem cæptum hoc opus, niſi fata interceſſiſſent. Hæc enim me A. C. 1717. Magdeburgo Hildeſiam tranſire juſſerunt, atqve adeo hanc lampada in medio curſu alii dedere, vel potius intactam relinqvere. Qvo facto, qva fieri potuit munditie, Reverendiſſimo Capitulo deſcriptum exhibui

Catalogum, qvoad ille confectus erat. A-
tographum autem mihi reſervavi, qvod h
volumine continetur.

CXXIII.

*Homeri Iliados Liber IX. Græce. Acceſſer
de Homeri vita & Scriptis collectanea, cura* Joh. Sa
deri, Magdeburgi 1661. De Scriptoribus v
tæ Homeri ſuperſtitibus & deperditis, erudi
ut aſſolet, agit J. A. Fabricius L. 2. Bibl. G
C. 1 § 1-6. Et ibidem cum laude etiam m
minit horum Sanderi collectaneanorum,
qvibus de Homeri ætate, patria, parentib
& ſtudiis, morte, ſcriptis, ſtilo, dictione, d
gnitate Scriptorum, & φιλομήροις, inſcriptio
bus etiam librorum, & ῥαψωδίαις, non omni
indocte diſſeritur, extatqve Auctoris vita in G
dofredi Ludovici Hiſtoria Scholarum P. IV.
126. ſeq.

CXXIV - CXXXVII.

*Joh. Alberti Fabricii Bibliotheca Græca. XI
Volumina*, Hamburgi ab A. C. 1705. uſqve a
1728. Omni doctrinæ genere luculenter in
ſtructus fuit J. A. Fabricius, eaqve induſtri
præditus, ut difficilis admodum & minime ex
pedita ſit deliberatio, utrum eruditione magi
an ſedulitate inclaruerit. Plurimos enim &
doctiſſimos elucubravit libros. Et ab A. C
1689. qvo orbi erudito ingenii ſui dedit pri
mi

s, uſqve ad A. C. 1736. Qvo ſpiritum it, vix unqvam rediit in gyrum tempus, ceſſit annua mora, qvo non novo momu- o literario ſibi novam famam confecerit. ummos autem in Republica literaria hono- bi aditum paravit hac *Bibliotheca Græca*, cui ruendæ XXV. annos inſumſit, qvamqve voluminibus abſolvit demum. Qvorum n & argumentum ne neſcias, accipe ſis s operis vaſtiſſimi Oeconomiam. Scilicet Auctor:

Vol. I. ſive L. 1. De Scriptoribus Græcis qvi Homerum præceſſiſſe dicuntur, ſecundum ordinem literarum Alphabeti enumeratis. Cap. XXXVI.

L. 2. De Scriptoribus Græcis ab Homero uſqve ad Platonem ordine Chronologico digeſtis. C. XXVI.

Vol. II. ſive L. 3. De Scriptoribus Græcis a Platone uſqve ad nativitatem Chriſti Philoſophicis. C. XXXIII.

Vol. III. ſive L. 4. P. 1. De Scriptoribus N. T. Philone, item Joſepho, aliisqve a Strabone uſqve ad Ælianum. C. XXI.

Vol. IV. ſive L. 4. P. 2. De Scriptoribus Græcis de nummorum doctrina, Philoſophis, Rhetoribus, Sophiſtis, Lexico-graphis. C. XXII-XXXVI.

Vol. V. ſive Libri 5. P. 1. De Scriptoribus Græcis Chriſtianis a Codice Apocrypho

N. T. uſqve ad Ephraimum Syru C. II.

Vol. VI. ſive Libri V. Parte 2. De Græc rum annalium Auctoribus, & Hiſt riæ Eccleſiaſticæ & Byzantinæ, nec n Eroticis Scriptoribus C. III - VI.

Vol. VII. ſive Libri V. Parte 3. De Script ribus Sec. IV. & V. Grammaticis Gr cis, ac Chriſtianis, Poëtis, Hæreſiol gis, Catenis Patrum Gr. in S. S. VII - XVII.

Vol. VIII. ſ. L. V. P. 4. De Philoſophis Th miſtio, Theone, Pappo, Syrian Proclo Simplicio, nec non de Eccleſi doctoribus Hæreticis, Joh. Stobæo, aliis locorum communium Scriptorib C. XVIII - XXXI.

Vol. IX. ſ. L. V. P. 5. De iis qvi vitas Sa ctorum Monachorumqve compoſuer & de Theodoris, Anaſtaſiis, Joh. Ph lopono, Photio, Svida. C. XXXII - XL.

Vol. X. ſ. L. V. P. 6. De Etymologico M gno, & cæteris Lexicis Græcis, max me vero de Scriptoribus mediæ & inf mæ Græciæ C. XLI - XLIII.

Vol. XI. ſ. L. VI. P. 1. De Collectionib Canonum veteris Eccleſiæ, & conc liorum univerſalium & particularit nec non de epiſtolis ac decretis Pont ficum Romanorum. C. I - IV.

Vol. XII. ſ. L. VI. P. 2. De JCtis & Medicis Græcis. C. VI - VIII.

Vol. XIII. ſ. L. VI. P. 3. De Medicis veteribus, & notitia collectionum ac Scriptorum Græcorum junctim editorum, Liturgicorumqve C. IX. X.

Vol. XIV. ſ. L. VI. P. 4. De Paralipomenis qvibusdam, & de Scriptis Pſeudonymis atqve ſuppoſititiis C. XI. XII. Acceſſit Index generalis in XIV. Volumina.

Hoc, hoc eſt monumentum ære perennius,
Regaliqve ſitu Pyramidum altius,
Qvod nec imber edax, aut aqvilo impotens,
Poſſit diruere. Aut innumerabilis
Annorum ſeries, & fuga temporum.

[S]ane Germanis omnibus honori, & exteris [u]niverſis ſtupori eſt. Palatium Polyhiſtoriæ, in qvo Pallas cum Muſis omnibus, & Gratiis ho[ſ]pitatur. Scriptores Græci omnes antiqvi, medii & recentioris ævi, editi & inediti in eo producuntur, & ab Homonymis accurate diſcernuntur. Scripta qvæ ſuperſunt & non ſuperſunt, integra & mutila, enumerantur. Editiones, Verſiones, Paraphraſes, Compendia, Commentaria indicantur, idqve non ex Catalogis, ſed ex *αὐτοψία*. Auctores, qvi in qvovis opere allegantur, & velut teſtes excitantur, ordine alphabetico recenſentur. Et Opuſcula

qvamplurima rariora integra inſeruntur. Tan-
topere laudandum, qvantopere illa Græco-
rum, omnium artium inventorum, ſolerti
intelligi poteſt. Laudatum etiam ab omnibus
qvi norunt qvam diſtent æra lupinis. M. J. F.
Kappio in præfat. Bibl. Moſcuenſis, hæc Bi-
bliotheca Fabriciana dicitur, theſaurus rerum
elegantiſſimarum copia refertus. D. W Tril-
lero in Dedicat. Hippocratis falſo Atheiſmi ſu-
ſpecti, Opus immenſæ frugis, & ſtupendæ
eruditionis. J. H. Ackero in præfat ad Joh.
Caſelii Thucydidæa, multarum vigiliarum
Opus. C. A. Heumannus A. C. 1728 in A-
ctu publico oratorio cum aliis etiam juvenem
Göttingæ prodire juſſit, qvi Joh. Alberto Fa-
bricio gratularetur de feliciter abſoluta, & ad
umbilicum veluti perducta Bibliotheca Græca.
Qvod enim, ſcribit in Programmate, ab ſe
exſpectari juſſerant Henricus Stephanus (in
Schediaſm. L. VI. C. 10.) Leo Allatius, (in A-
pibus urbanis p. 250. ſeq.) Joh. Conr. Dieteri-
cus, (vid. Miſcellanea Leibnitiana p. 184.) Joh.
Meurſius, (vid. Morhofii Polyh. L. IV. C. 6.
§ 17.) qvodqve Bochartus facere voluerat, Petrum
Dan Huetium, qvi & ipſe ſua (in Comment. de
vita p. 44.) & agnoſcebat, Opus tale
eſſe utile ac prope neceſſarium, id præſtitit
tandem Fabricius, & viginti qvatuor annorum
(imo viginti qvinqve annorum, Vid. præfat.
Volum. XIV) intervallo Opus exhibuit, qvod
jure vocaveris Muſeum Græciæ, qvodqve Pe-
trus Needhamus (in præfat ad Hieroclem. p. 5.)
maximum eruditionis antiqvæ theſaurum ap-
pel-

pilavit, Pfaffius Tubingenſis Academiæ Cancellarius (Introduct. in Hiſt. Theol. lit. T. I. p. ...) ſtupendæ eruditionis, lectionis, & induſtriæ ...ius. Hactenus Heumannus. Et hæc omni ad Fabricii pertinent gloriam. Nec ea eam qvæ objiciuntur ejus monetæ ſunt, ut ...næ ſplendori demere qvicqvam, nedum ut extingvere illum valeant. Rationem Operis & diſpoſitionem, prout in præfat. Vol. 1. adumbrata eſt, mirum qvantum eſſe poſtea in proceſſu immutatam. Hoc enim in cujusvis Scriptoris arbitratu eſt poſitum. Integra opuſcula veterum & recentiorum eſſe infarcta, qvæ ſeparatim rectius potuiſſent edi. Bene enim Paterfamilias Matth. XX, v. 15. An ideo tuus oculus malus eſt, qvia ego bonus ſum? Bibliotecæ Græcæ Scriptores qvam plurimos non Græcos eſſe immixtos v. g. de veritate religionis Chriſtianæ Vol. VII. p. 96. ſeq. Epiſtolas Pontificum, Bullaria, pœnitentiales libellos, Capitularia Imperatorum ac regum latina Vol. XI. Medicos etiam Arabicos Vol. XIII. Hæ enim omnes, ſi qva ſunt offenſiunculæ, jam de medio ſublatæ ſunt in præfationibus citatorum Voluminum. Multa eſſe adhuc addenda, multa detrahenda & emendanda. Nihil enim unqvam a Deo immortali hominum generi datum eſt, ex omni parte perfectum, atqve omnibus numeris obſolutum.

CXXXVIII. CXXXIX. CXL. CXLI.

Joh. Chriſtoph. Wolfii Bibliotheca Hebr. Volumen I. Hamburgi 1715. Volumen II. Ibidem 1721. Volumen III. Ibidem 1727. Volumen IV. Ibidem 1733. Edidit Auctor celeberrimus A. C. 1705. cum vix haberet annos 22. Hiſtoriam Lexicorum Hebraicorum. Atque ab eo tempore huc animum & mentem & omnes ſuas cogitationes retulit, ut *Bibliothecam Hebræam* conderet, qvod ipſe fatetur in præfat. Vol. 1. p. 18. Sed pluribus rerum aliarum oneribus oppreſſus, hoc qvod receperat prius efficere non poterat, qvam integrum decennium effluxiſſet. Siqvidem A. C. 1715. demum primum Volumen Bibliothecæ Hebrææ cum orbe erudito communicavit, cui poſtea ſubmiſit reliqva eo ordine, qvo diximus, Adeoqve Operi univerſo inſumſit XVIII. annos. ... initio qvidem animus ipſi erat, Julii Bartoloccii Bibliothecam Magnam Rabbinicam, Tom. IV. conſtantem, & Romæ 1675. 1678. 168.. & 1693. in f. editam in compendium mittere, eamqve ex R. Schabtai fil. Joſeph, aliisqve bonæ notæ auctoribus emendare, ſi qva forte minus accurate, & copioſe minus in ea tractata eſſent. Sed fato factum eſt, ut ab inſtitutæ opinionis curſu deturbatus fuerit. Delatus enim Hannoveram A. C. 1714. & ad obiter perluſtrandam incomparabilem Bibliothecam

I

vidis Oppenheimeri Archi-ſynagogi Pragen-
admiſſus, qvæ ſupra qvam credi poteſt Co-
ibus Hebraicis impreſſis & MSCtis abundat,
:aſionem nactus eſt Volumini I. ſuæ Biblio-
:çæ, cujus jam dimidia pars prelum reli-
erat, ſexcenta inſpergendi, de qvibus Bart-
cius & Schabtai nihil qvicqvam exploratum
buerant. Et interjectis aliqvot annis ad hoc
regrinandi conſilium denuo deductus, & ab
ppenheimero pleniſſimam facultatem inde-
ıs, regio ſuo librorum theſauro pro arbitra-
utendi, apis matinæ more modove, grata
cerpſit Hebræorum thyma per laborem pluri-
um, & multo ac perjucundo diſtendit ne-
are cellas. Venit etiam ad eum emtionis jure
bliotheca Chriſtoph. Theoph. Ungeri mul-
Codicibus Hebraicis antiqviſſimis & rariſſi-
is referta. Et ex Bibliothecis Pariſienſibus
dices Codicum MSCtorum nondum publice
tantes. Acceſſit oculorum fides, qva
us eſt in perqvirendis Hebræis voluminibus,
væ in Bibliotheca Academiæ Lugdunenſis in
ıtavia aſſervantur. His enim omnibus ita
nplificatæ ſunt ejus Opes Hebraico-literariæ,
Volumini primo & ſecundo, adjicere potue-
t tertium, primi & ſecundi ſupplementum
auctarium. Nec hoc Catone contentus fuit
uctor diligentiſſimus. Sed Codices Orienta-
:s rariſſimos ex Bibliotheca Uffenbachiana,
inckelmanniana, Morgenwegiana, aliisqve
ıulto ære redemtos ſibi comparavit. Johan-
iis etiam Gagnerii enarrationem MSCtorum
Codicum Hebræorum, qvæ in Bodlejana &
aliis

aliis Oxonienſium Bibliothecis habentur, uten dam accepit. Et iter per Germaniam ſuperic rem & inferiorem ſuſcepit, Hannoveramqv qvarta vice excucurrit, ad Oppenheimeri G zophylacium denuo inviſendum, cui int ſeptennium, qvo id non viderat, non parui acceſſerat. Atqve hinc natum eſt Volume IV. complectens acceſſiones & emendatione ad Volumen II. maxime, & ad totum Opu cum indicibus Auctorum & rerum neceſſarii Ut qvadripartitum hodie ſit Herculeum ho Opus, contineaturqve

Volumine I. Bibliotheca Rabbinica.
Volumine II. Bibliotheca Hebraica octipa tita. Scilicet
L. 1. Bibliotheca Biblica, de Codicibu impreſſis.
L. 2. Bibliotheca Biblica, de Codicibu MSCtis.
L. 3. Maſorethica.
L. 4. Talmudica.
L. 5. Judaica & Anti-Judaica.
L. 6. Targumiſtica.
L. 7. Cabbaliſtica.
L. 8. Hiſtorico-Literaria, de Script Hebræorum anonymis.
Volumine III. Bibliotheca eorum, qvi Vo I. ex Rabbinis, & Vol. 2. ex anonymi ſunt præteriti.
Volumine IV. Bibliotheca eorum qvi Vo 2. maxime, & in aliis etiam ſunt omiſſ

Di

ignum Opus qvod multis magnisqve laudi-
condecoretur. Nec paucis etiam aut ob-
is jam condecoratum eſt, qvorum nonnul-
blleſta deprehendes in Joh. Henr. van See-
Commentatione de vita, Scriptis, & me-
in rem literariam J. C. Wolfii p. 45. Et
Gabr. Willh. Göttenii Europa literata P. I.
54. ſeq. Aliis. Qvorum ſcrinia compilare
imus. Qvia hæc Bibliotheca laude non in-
t, & ſi indigeret, laudaret livor qvoqve.
tantummodo adjicimus, nos Volumen I. lo-
letaſſe

.) Tabulis qvibusdam, in qvibus ordine Chronologico & Epiſtemonico enumerantur Hebræorum (a) Theologi Thetici, Polemici, Exegetici, Homiletici, Aſcetici, Maſorethici, Talmudici, Cabbaliſtici, (b) Philoſophi Grammatiſtici, Grammatici, Rhetores, Logici, Phyſici, Mathematici, Optici, Geographi, Ethici, (c) Philologi, (d) Hiſtorici, (e) JCti, (f) Medici.

l.) Tabulis, qvibus Hebræorum doctores recenſentur ordine Geographico. Alphabetico. Videlicet Arabici, Anglici. Aſſyriaci, Ægyptiaci, Babylonici, Barbarici, Belgici &c.

.) Tabulis, in qvibus conſpiciuntur collecti, Hebræorum Typographi, Correctores, Bibliopolæ, Athei, Præcoces, plagiarii, fœminæ eruditæ &c.

CXLII.

CXLII.

R. Schabtai filii Joſeph Strimenſis ex Polo majore oriundus Bibliotheca Hebraica Hebraice, Aſtelodami in officina Davidis Thartas Anno 440. *qvinqve milleſimum h. e. A. C.* 1680. Hebrai inſcribitur, *Sipthe Jeſchenim* h. e. Labia Dormientium, ex Cantic. VII. 9. qvia dormien ſive mortui in ea loqvuntur, & vox Sipht cum nomine Auctoris Schabtai magnam hab analogiam, & tota libri ſtructura duabus qv valvis, altera ſcriptis ad legem ſcriptam, alte Commentationibus ad legem oralem pertine tibus, inſtructa eſt. Partes ejus ſunt qvatu Qvarum I.) eſt realis, in qva, ſi Wolfii ver noſtra facere licet, qvibus utitur in præfat. Bi blioth. Hebraicæ Vol. I. p. 13. Sectione pric decem capitibus, recenſitis librorum Biblicor ordine, titulis, paraſchis & capitibus, libros e merat omnes qvi ad SS interpretandam, Commentarios in eandem ab aliis ſcriptos nuo illuſtrandos pertinent, precatorios it rythmicos & varias ſcientias alias tradent Sicut in poſteriore poſt recenſionem Operis T mudici, omnes ad Miſchnam & Gemaram tumqve jus forenſe & rituale Judæorum rel commemorantur. II.) Altera ſecundum M thodum Buxtorfianam titulos librorum cum gumento Auctore & editionibus variis repræſ tat. III.) (a) ſub titulo *Schaar bath Rabbim* ctorum nomina ſecundum literarum ſeriem, dita ſubinde ſingulorum ætate, & citatis pa

ſec

ſecundæ paginis, in qvibus diverſi eorum libri in[illegible]niantur, proponit (b) Doctores cum Miſchnicos tum Gemaricos. Sed utrosqve ſeorſim, ordine Alphabetico ex Juchaſin, deinde vero ex Zemach David eosdem Doctores una cum Seburæis, & Geonæis ſecundum temporis ordine collocatos in ſcenam producit. IV) Sub titulo: *Schaar-Hachizon* occurrunt nunc tituli librorum, nunc Auctorum nomina, qvi, cum Chriſtiani eſſent, Hebraicos libros vel converterint, vel qvidqvam ad res Judæorum pertinens literis ſive Hebraicis, ſive aliis tradiderunt. Hactenus l. c. Wolfius. Et id qvidem primum Auctor fertur dediſſe operam in Actis erudit. 1682. p. 201. ut, in eorum gratiam, qvi Rabbiniſmi adeo non gnari ſunt, hic ejus liber Amſtelodami in LL. transferretur; Qvod J. C. Wolfius l. c. p. 14. ita interpretatur; Guſtavum Peringerum a Lilienblad A. C. 1681. Lugduni conjunxiſſe cum R. Schabtai operam, & intra novem menſes verſionem abſolviſſe, & tres qvatuorve phyliras, textum Hebræum & interpretationem latinam in oppoſitis ſibi columnis exhibentes, in lucem edidiſſe. Sed maturum Peringeri ex Belgio abitum continuationem impediviſſe. Unde poſtea Chriſtianus Wormius Epiſcopus Seelandinus verſionem latinam Commentario illuſtrandam promiſerit. Sed, qvod dolendum, & hæc pollicitatio, & plures aliæ hujus commatis, qvas memorat l. c. Wolfius, in fumum abiere. Nec hodie extat latina translatio hujus Auctoris, qvi pleniſſimus dicitur Joh. Chriſt. Wagenſeilio in Exercit. Va-

rii

rii argumenti N. 2. p. 77. Et Joh. Georg Abichtio in præfat. Comment. R. Eſaiæ in J ſuam, ſolers ſcriptorum ſuæ gentis obſervato Et Joh. Frid. Meyero in Biblioth. Biblica Diſſer 2. p. 22. Vir qvi incredibilem diligentiam pr ſtiterit in conqvirendo omni genere ſcriptoru qvæ unqvam a Judæis edita ſunt, promiſſa qv qve & latentia non raro indicans, ac ne qv accuratæ copiæ deeſſet, non tantum multipli ſuſcepto itinere omnes fere Synagogas, præſta tiſſimorumqve Rabbinorum Bibliothecas perm ptavit atqve excuſſit, ſed nec Chriſtianos rel qvit inconſultos, uti laudata ab eo Buxtorfi Hottingeri, Plantavitii & Bartoloccii nomin indicant. Et ne omne tuliſſe punctum exiſtime audi doctiſſimum Wolfium l. c. de eo diſſerer tem: Schabtai Richardo Simoni Buxtorfium e rantem ſecurius dicitur ſecutus, qvod me qv qve hinc inde obſervare memini. Sicut & i indice Auctorum Alphabetico, qvi in calce B bliothecæ extat, aliqvoties libros Scriptoru vel ex parte vel penitus ὁμωνύμων confudit. I terdum etiam ex uno duos fecit Scriptores, i univerſum vero eo per inſtituti & methodi mo risqve Judaici rationem defectu laborat, qvo nec in ætatem, nec in ſcripti rationem critic inqvirat. Qvemadmodum de Karæis plura no attulit, qvam ex MSCtis Bibliothecæ Leidenſi & uno loco libri נובלות חכמה haurire potui

CXLII

CXLIII.

Catalogus derer Hebræiſchen und Rabbiniſchen *er derer Gebrüder Gumpertz und Iſaac Behrens,* *e 1722. zu Hannover öffentlich verauctioniret* *en.* Ad qvos pertinebat hæc Bibliotheca raica erant duo fratres, qvi ex hæreditate ntum aliqvot centena millia nummorum ac- rant, *etliche Tonnen-Goldes.* Sed qvæ negli- ia, luxuria, libidine, & vitæ ratione mi- moderata ita diſſipaverant, ut A. C. 1721. re bonis cogerentur, nominibus ſolis cir- ventis ſuis creditoribus relictis. Qvi in car- m detrudi eosdem, & in eqvuleum imponi verant, ſi forte, qvæ erat ſuſpicio, pretio- vædam abſcondidiſſent, futuris ſuis rationi- conſulturi. Sed nihil tale ex iis elici potuit n carnificis manu. Unde qvæ ſupererant a voce preconis haſtæ ſubjecta, & publice um data ſunt, & in iis etiam hæc Bibliothe- Cujus Catalogus vel eam ob cauſam inde- s habendus eſt, qvia auctiones ejusmodi li- um Hebræorum perraræ ſunt apud nos, & nargine hujus deſignationis notatum eſt, qvo io unusqvisqve liber venerit.

CXLIV. CCXI.

Acta Eruditorum Lipſienſia ab A. C. 1682. *ve ad 1737. cum IV. indicibus generalibus, &* *nis IX. ſupplementorum Volumina LXIX. Qvo-* *i volumen qvodlibet ſeparatim ligatum, ea ratione*

qvæ apud Gallos in uſu eſt. In Frantzöiſchen Ba
Hiſtoria Actorum eruditorum Lipſienſium c
conſiliis & eventibus, deſideratur adhuc in re
blica noſtra literaria. Digna qvæ a Viro doc
na, prudentia & induſtria excellente monum
tis nunqvam intermorituris commende
Qvæ enim Chriſtianus Junckerus in Schedias
te Hiſtorico de Ephemeridibus eruditorum N
p. 142-165. de iis prodidit, perpauca ſ
& ad primi decennii tantummodo ſpectant lin
Nec deſunt ſcripta levioris momenti, de qvi
peculiares annales proſtant. Et hoc Opus
ea pertinet, qvæ coloſſicotera ſunt in orbe
rario, ut Vitruvii voce uti liceat, & omn
eruditorum oculos in ſe convertunt. Siqvi
non βιβλος eſt, ſed integra Bibliotheca & l
rum multorum congeries. Conſtans volum
bus LXIX. qvorum unumqvodqve volum
plus qvam 150. librorum novorum compreh
dit epitomas, ut univerſa hæc librorum Syll
novem millium librorum, & qvod excurrit,
dullam complectatur, & Hiſtoriam rei lit
riæ noviſſimam, eamqve fere univerſam
dat. Qvo nomine recte ſibi placent Doctiſ
Collectores in præfat. anno 1688. præm
Atqve hic coloſſus literarius cæptus eſt A C. 1
duce potiſſimum & auſpice Ottone Mencke
P. P. Lipſienſi, opem ferentibus eidem,
Benedicto, & Friderico Benedicto Carpzo
Joachimo Fellero, Joh. Oleario, Valent
berti, Adamo Rechenbergio, Thoma Itt
&c. Qvo primo directore A. C. 1707. ex
poris carcere exempto, ſucceſſit Joh. Burc

Menckenius in Academia Lipſienſi P. P. & Poloniæ a conſiliis aulicis, &, hoc rurſus r. ex hac vita evocato, Fridericus Otto ckenius J. U. D. & Potentiſſimo Polonia. Regi ab aulæ conſiliis, ut per integros 50. s Menckenii ſummum & altiſſimum honoradum obtinuerint in illuſtri hac ſocietate ria. Neque hic animo eorundem aut conſcopus fuit, ut Acta eruditorum Lipſien colligerent tantum; Hanc enim ſuſpicio deprecantur in Præfatione Anno 1690. niſſa, omniqve aſſeveratione affirmant, ſe ſua, ſed virorum eruditorum per Europam iem diſperſorum Acta congerere, hoc eſt, a literaria, inventa, obſervata, ſcripta ologica, Juridica, Medica, Phyſica, Manatica, Geographica, Hiſtorica, Philoſoa, Philologica &c. nec ullis ſumtibus par, ut libros etiam apud exteros excuſos, & fficinis Germanorum rariſſime extantes conerentur, (Præfat. ad annum 1717.) & oribus cognitos facerent. Ut iis conſulere, qvibus integrum non eſt comparare ſibi os ejusmodi, vel otium iis perlegendi non etit. (Præf. anno 1688. præmiſſa.) Et iime facilis hæc res erat initio, qvia modia tantum Auctoribus cum exteris erat comrcium, & exoticorum librorum apparatus in cinis librariis Germanorum pertenuis (Præ. primo indici generali præmiſſa.) Sed mutaa eſt hæc rei literariæ conditio, poſteaqvam Bliopolæ, qvid apud exteros in re literaria peſtaretur, didicerunt, & de libris qvi extra

Germaniam, in Italia nimirum, Gallia, A-
glia & Belgio prodierant, comparandis cæ
runt cogitare. (Præfat. ad annum 172
Acceſſerunt poſtea libri novi ex Luſitania (P
fat. ad annum 1727.) & Hiſpania (Præfat.
annum 1731.) Imo nec Ruſſia, olim barba
aut ipſa Turcia, excuſos apud ſe libros nega
(l.c.) Atqve horum omnium Calendis ſin
lis Auctores recenſum dederunt, qvantum fi
potuit accuratum. Et initio qvidem abſolu
demum decennio, indicem ſubjecerunt rei
notabiliorum generalem. Sed ab anno 169
ſingulis etiam annis ſuperaddiderunt ſpeciale
Qvos poſtea omnes elapſo decennio in uni
generalem compegerunt. Et qvia ob locor
diſtantiam aliasqve cauſas qvædam monume
interdum erant præterita, qvæ cum maxi
memorari debuiſſent, hiſce meſſibus ſuis
creverunt ſpicilegium, & Tomis editis ſubſti
runt qvædam ſupplementa, qvæ tamen pro
bitrio vel dederunt vel repreſſerunt. Qvib
omnibus acceſſerunt 1712. Acta eruditorum G
manica. Qvæ cum latinis non eſſe eadem co
tendunt qvidem Auctores noſtri in præf. ad a
num 1712. Non tamen negant, ſe eorunde
eſſe Architectos. Imo fatentur in præfat.
annum 1717. ſe inde ab anno 1715. nova liter
ria lingua vernacula in lucem emiſiſſe, ſub
tulo: *Neue Zeitungen von gelehrten Sachen*, & a
no proxime inſtanti bis ſingulis menſibus lati
idiomate publicaturos nova literaria. Nova
etiam hederam ſuſpenderunt huic antiqvo vin
& A. C. 1732. hæc Acta ſua inſcripſerunt, *N*

ɛta eruditorum. Sanɛte tamen & religioſe dent in præfat. nec ſibi animum eſſe a priſcribendi norma temere deflectere, neqve rem qvidqvam his novis actis additum vel um deprehenſurum, præter voculam in ɔ vel titulo, reliqva enim omnia cum andentibus eſſe unius coloris. Et ſane non defuit lia procax, & lucri ſitibunda cupiditas, qvæ re hoc Opus de ponte deturbare conata eſt, l diſerte profitentur Collectores in præfat. nnum 1733. Sed tamen gloria ejus per nnos intemerata perduravit. Neqve id imto. Dictio enim maximam partem eſt pu- ornata, & plena jucunditatis, & clariſſimi loris. Selectus librorum recitatorum præ- is. Recitatio etiam ipſa ita comparata, ut guſtum non omnem perdidit, faſtidire eam poſſit. Recitant enim Hiſtoricorum more, imenta librorum, ſed de iis non judicant. judicant, id faciunt raro, idqve inprimis oſterioribus voluminibus, & verecunde, & niſi urgente ſumma neceſſitate. Atqve illæ criſes de editionibus Auctorum Belgi- extrinſecus ſplendidis, & intrinſecus paropibus & facultatibus inſtructis (Præfat. ad um 1727.) Item de verſionibus Scriptorum ecorum & Romanorum Gallicis, a veteri eletia ſua prorſus alienis, (Præf. ad annum 1733.) ſubſcriptionis etiam invento, ante paucos ios in rempublicam literariam introducto, fit, ut res libraria, qvæ antea omnibus uit nunc fiat paucorum, eorum nempe, qvi- pecunias profundere pro libris volupe eſt,

Ee 3 de

de qvorum pretio judicare nondum valent qvos nec viderunt, nec forte viſuri ſunt qvam. (Præfat. ad annum 1729.) His e ſtomachum fecerunt nonnullis, & crabrc contra ſe excitarunt, Bibliopolarum inprim Gallia & Belgio. Qvi datis literis de injuri bi illata conqveſti, rogarunt ut Lipſienſes lil rum a ſe impreſſorum mentionem nullam fi rent in ſuis actis. Sed reſponſum tulerunt in illis condendis non id curare qvod typog phorum & Bibliopolarum intereſſet; Sed q lectorum doctorum potius, emtorumqve. (Pr ad annum 1727.) Atqve hi etiam pleri hos annales literarios laude debita mactarunt A. Fabricius in Bibl. Græca L. 1. C. 28. p. 1 Acta eruditorum qvæ Lipſiæ cum magno re terariæ fructu jam pridem colliguntur. J Georg. Pritius de Republ literaria § 20 p. 51. N ſtræ inprimis patriæ debetur iſta laus, qv eruditorum Acta ſtudioſiſſime, per omnes t angulos noſtræ reipublicæ conqviſita, mag judicio ex libris voluminibus qve, ſcriptis Epiſto aliisqve ſubſidiis qvam plurimis excerpta & lata, admirabili eloqventia, & diligentia in feſſa conſignata jam inſpicere poſſit, qvi rerum præclariſſimarum cognoſcendarum ducitur ſ dio. Chriſtianus Junckerus in Schediasmate I ſtorico de Diariis eruditorum N. 9. §. 18. p. 1 ſeq. producit etiam Elogia Bailleti, Roqvii, E lii, Blountii, Morhoffii, Meibomii, Felk Valentini, aliorum. Qvibus nos addimus v ba Mr. de Vigneul Marville dans les Melang d'Hiſtoire & literature T. I. p. 298. Les Jo na

… de Lipſie ont toujours eu de la Reputation, … ien des gens pretendent, qve ce ſont ceux … ous qvi aprochent de plus pres de la metho… du ſtile qv'il faut garder dans ce ſort d'ecrits. … en pouroit retrancher pluſieurs prefaces, qvi … ouvant ſans neceſſite a la tete des qvæſtions, … peuvent paſſer qve pour de pieces hors d'oeu… Item Heinrici Ludolphi Benthemii in præ… *des Engelländiſchen Kirchen-und Schulen-Staats* … 13. *Die* Acta eruditorum Lipſienſia *werden* … ſtili elegantiam, relatorum fidem, & cenſu… modeſtiam *durchgehends von denen Engellän*… *n hochgeachtet.* Diffundunt ſe omnino inter… n ultra ripas (ut 1684, menſe Julii p. 313.) … cum fœcunditate, ut oſtia Nili. Nec Au… rum mentem ubiqve ſatis aſſeqvuntur vel ex… munt, ſed ne ipſi qvidem diffitentur, hoc fieri … andoqve poſſe, cum, qvi actis hiſce colligendis … umbunt, publicis muneribus diſtineantur, … gotiisqve aliis non minimis, qvæ libris novis … rluſtrandis & excerpendis non niſi ſubceſivas … ras indulgeant. (Præfat. ad annum 1690.) … ctum eſt etiam interdum ut Eriſtica qvædam, … athematicorum inprimis ſcripta, inſerta fue… nt. Sed factum eſt collectoribus invitis ac ſe… repugnantibus, qvi fidem dant publice in … æfat. ad annum 1721. minime ſe paſſuros de… ceps, ut acrius depugnantibus palæſtra in actis … ſce pateat. Cæterum ad illa referri non poteſt, … vod Vir Doctiſſ. J. C Wolfius ſcribit in præ… tione Vol. IV. Bibl. Hebrææ, Diaria literaria … e Judæorum ſcriptis plerumqve altum ſilent. … t ſi qva interdum afferunt, ita fere agunt, ut,

 niſi

niſi librum ipſum inſpiciendi copia detur, cu
errantibus erres, vel ſaltim neceſſaria non
neas. Docet enim αὐτοψία, ſæpius in iis men
rari ſcripta Judæorum, maxime in Tomis pr
ribus, & ea ſatis accurate recenſeri. Et qv
ægre ferunt nonnulli: Scriptorum exoticor
in iis magis rationem haberi qvam domeſtic
rum, id in laude ponendum eſt potius qv
in vitio, qvia hæc Diariorum prima virtus e
ſi panduntur in iis, qvæ non cuivis patent.

CCXII. CCXIII. CCXIV.

Bibliotheca Antiqva, Jenæ 1705. 170
1707. Volumina III. Auctor eſt Polyhiſtor
nenſis Burchardus Gotthelf Struvius, qvi ex
tatus exemplo Photii, Pauli Colomeſii, & ali
rum, Acta eruditorum antiqvorum ea ratio
condenda ſuſcepit, qva Lipſienſes Acta erud
torum recentiorum tradere ingreſſi erant. A
qve hinc A. C. 1705. ipſis Calendis Janua
hanc telam exorſus, usqve ad menſem Martiu
Anni 1707. eandem pertexit, ſcriptaqve va
Theologica, Juridica, Politica, Medica, Ph
ſica, Hiſtorica, Philologica &c ante ortas Eph
merides literarias in Europa excuſa, & non a
modum in vulgus nota, enarravit, eorumq
argumenta in Compendium miſſa lectori l
ſtranda exhibuit. Qvod laudandum omni
erat inſtitutum. Siqvidem dantur etiam in an
qvis Scriptoribus, qvibus meliori de luto fin

pr

præcordia Titan, memoratu digna ſed negotium hoc non erat unius Viri, nedum tot occupationibus implicati. Atqve iccirco in herba occidit.

CCXV. CCXVI.

Acta literaria Sveciæ, Anno 1720. 1721. 1722. 1723, 1724. Volum. II. Impreſſa Vpſaliæ & recuſa Roſtochii & Lipſiæ. Auctor eſt Ericus Benzelius Epiſcopus Gothoburgenſis. Qvi animadvertens in Diariis exterorum ſubinde recenſeri juvenum Suecorum ſpecimina Academica, in iisqve qvædam non ſatis amuſſitata, unde ſiniſtra de Muſis Suecanis apud alienigenas poſſit oriri opinio, huc cogitationes ſuas referendas eſſe cenſuit, ut, inita cum aliis literarum amatoribus Societate, huic malo medela fieret, & qvid agerent viri docti in Suecia iis etiam, qvi extra eandem degunt, & Muſarum Sacris operantur, ſingulis trimeſtribus denunciaretur. Atqve hic Actis hiſce literariis ſuppeditavit anſam, in qvibus Suecorum ſcripta, ſcilicet qvæ in Suecia excuſa ſunt, (365.) Experimenta, obſervata, Elogia, Epiſtolæ etiam ineditæ, & Diſputationes in Academia Vpſalenſi & Lundenſi habitæ, qvæqve ad rem literariam illuſtrandam facientia judicantur, ſed ſine addita Epicriſi, omiſſo etiam indice perſonarum, & rerum memorabilium. Et licet animo ſe concepiſſe, ſcribat in præfatione Vir ſumme Rev. Benzelius, hæc Acta diu duratura; Durarunt tamen qvinqvennium tantummodo, poſt qvod vel continuata non ſunt, vel in Germania non amplius recuſa, idqve do-

lentibus univerſis reipublicæ literariæ Teuton cæ civibus, qvibus hac ratione occaſio dem eſt, Muſarum Suecarum arcana cognoſcendi.

CCXVII - CCXVIII.

Nachricht von denen Büchern und deren U hebern in der Stolliſchen Bibliotheqve. Der I. II. II *Theil* Anno 1733. 1734. Jenæ. Non ſemel diu nis recitationum Operis diſtrictus fuit Auctor qvibus Auditoribus de Bibliothecæ ſuæ libris no titiam Hiſtorico-Criticam impertivit. Qvo & Joh. Fabricium olim Altorfii & Helmſtad feciſſe accepimus. Cuius filum ita ſecutus e Stollius, ut qvæ intra privatos parietes diſſe ruit de ſuppellectile ſua libraria, poſtea ſub pre lum miſſa in vulgus diſſipaverit, adjiciendo iis dem qvæpiam, & emendando, & decerpend Atqve hinc natus hic de Stolliana Bibliothec Commentarius, in qvo, qvæ in ea continean tur ſcripta, enumerantur, additis ſubinde obſer vationibus Hiſtoricis & Criticis, ad lectoren inſtruendum & præmonendum, & cautioren in re literaria reddendum. Et dignæ lectu ſun ejus Diſſertationes de Scriptis & Scriptoribus Criſes liberæ, ſed moderatæ. Narrationes bre ves, ſinceræ, perſpicuæ, nec omnibus nota Qvibus tamen ſexcenta ſuperaddere poſſemu ex noſtra Bibliothecula, ſi id ageremus, ut hui Chronico pararemus Paralipomena. Extan enim apud nos M. Tulli Ciceronis, de qvo co pioſe agit Auctor P. 2. p. 153. ſeq. Opera

1.) *Impreſſa*, emendata ſtudio Jani Guilieln & Jani Gruteri, impreſſaqve 1618. Han

bu

burgi in f. Vol. II. Qvæ editio J. Alberto Fabricio in Bibl. latina p. 144. luculenta dicitur, & capitibus diſtincta, emendataqve diligenter, & *reliqvis univerſis quæ extant præferenda.* Scilicet ob Penu Tullianum ſ. Indicem decemplicem, a G. L. Frobenio collectum, & A. C. 1619. huic editioni additum. Qvi qvare editionibus poſtea recuſis non ſit additus, comminiſci non poſſumus. Cum ſtupendi ſit laboris, & inſignis plane, & nunqvam laudandæ ſatis utilitatis.

I. MSCta (1.) *inedita.*

(a) *Sixti Gvarini* Comment. in M. Tullii Ciceronis Catonem, in Codice chartaceo in 4. Sec. XV. ſcripto.

(b) *Ejusdem Guarini* Comment. in Macrobii libros ſuper ſomnium Scipionis. In Codice eodem.

(2.) *Edita.*

(a) *Ciceronis Lælius, Cato Major & Paradoxa*, In membrana cum notis quibusdam marginalibus, & emendationibus Petri Scriverii.

(b) *Ciceronis ſomnium Scipionis*, & Macrobius in ſomnium Scipionis, in Codice membranaceo.

(c) *Ciceronis ſomnium Scipionis*, & Macrobius in ſomnium Scipionis in Codice chartaceo.

(d) *Ciceronis Orationes in Verrem*, & *Oratio pro lege Manilia* in membranis, ex Bibliotheca Juſti Lipſii.

CCXVIII.

CCXIX.

Monumenta Pietatis & literaria Virorum in publica literaria illuſtrium Selecta, Francofurti Mœnum 1701. Qvi collegit & in lucem e[illegible] ſit hæc monumenta eſt Ludovicus Chriſtiar[illegible] Miegus SS. Th. D. & PP. Marpurgenſis eo te[illegible] pore, poſtea Heidelbergenſis; cui opem tuli[illegible] dicitur Dn. Nebelius Medicinæ in Acad. M[illegible] purgenſi Doctor. Et dolendum omnino eſt co[illegible] juncta in hoc faſciculo, qvæ adeo inter ſe ſunt d[illegible] ſimilia; Indice etiam perſonarum & rerum ha[illegible] conlectanea eſſe deſtituta, & mendis typogr[illegible] phicis ita fœdata ut, qvid velint Scriptore[illegible] qvid minus, conſtet parum. Cæterum collect[illegible] tamen eſt egregia, qvia qvæcunqve in ea co[illegible] tinentur ſunt eximia & inedita; Et qvidem co[illegible] tinetur

P. I.

(a) Catalogus MSCtorum Græcorum i[illegible] Bibliotheca Palatina confectus a Frid[illegible] rico Sylburgio. Macilentus is qviden[illegible] & præter Codicum inſcriptiones nih[illegible] continens, non vulgari tamen loco a[illegible] numero habendus, qvia Bibliothec[illegible] ipſa A. C. 1622. Romam eſt deportata.

(b) Hiſtoria Eccleſiaſtica Palatina Heinric[illegible] Altingii ab A. C. 1400. usqve ad A. C 1580. In qva de reformatione Eccle ſi[illegible]

ſiæ & Reipublicæ literariæ multa egregia, ſed & multa ſtudia partium olentia.

(c) Antiqvitates Palatinæ. In qvibus incerta qvædam & fabuloſa & falſa; Mutila etiam qvædam & decurtata; Verum & acta nonnulla, & monumenta Hiſtorico literaria perutilia.

II. Hypomnemata plurima inedita. In qvibus præcipue eminent Epiſtolæ Caſparis Scioppii p. 415-458. In his enim dici non poteſt, qvot & qvanta arcana comprehendantur de Scioppii

(a) *Perſona.* Sic enim ille p. 435. 'magno ſum hic (Patavii) in periculo, ita ut ipſe Dux Venetiarum me monendum curarit, etiam atqve etiam me cuſtodire meminerim. Et ex ipſis D. Marci procuratoribus, qvi ad me viſum venerant, mihi magnopere Auctores fuerunt, etiam de feneſtra multum in vias proſpicere caveam, ne qvam inſidiatoribus occaſionem præbeam, ea in me deſignandi, qvæ adverſus me inimici potentiſſimi machinantur. Itaque domo pedem nunqvam effero, cum præſertim domum habeam ampliſſimam, cum horto ſpatioſiſſimo & amœniſſimo, & contubernalem Pierruccium, cum duobus fratribus mei amantiſſimum &c.

(b)

(b) *Scriptis.*

(a) *Exegeticis*, p. 436. Sapientiæ clave[m] qvamprimum publici juris fieri ex[o]ptant (Pierruccius cum fratribus) eam[q]ve ad rem, impenſas de ſuo face[re] paratiſſimos ſe oſtendunt, qvoniam e[a] Pierruccius oſtendit, qvi ea clave ut[a]tur omnia V. & N. T. oracula qvib[us] præterita, præſentia & futura Eccl[e]ſiæ eventa prænunciantur, nullo n[e]gotio intellecturum.

(b) *Polemicis*, p. 455. Antipharifæicoru[m] meorum ſpecimina, ſcribit Scioppi[us] ad D. Toſſanum viſa tibi puto (præt[er] Piſcatum & Apoſtolatum Jeſuiticum in arcanis Societatis Genevæ editis, i[n] Anatomia Societatis, in Fr. Junipe[ri] de Ancona conſultatione, in Alphon[ſi] de Vargas Monarchia Jeſuitica, ſu[nt] omnino 36 Opuſcula, qvæ pluribus T[o]mis diſtincta certatim ſcio ementur, [&] legentur. In illis eſt vox populi, v[ox] Dei, hoc eſt, Infamia Jeſuitica, ipſ[o]rum Jeſuitarum confeſſionibus, ſu[m]morum Pontificum, Cardinalium, [&] inſigniorum Europæ Academiarum, S[a]crorumqve ordinum religioſorum ſe[n]tentiis & decretis, ſummorumqve [vi]rorum libris, ac tabulis conteſtata.

(c) *Politicis*, p. 412. Conſtitueram Politi[ca] qvædam edere, cum ejus rei Poteſt[ati]

m[...]

mihi a Venetis facta eſſet annitente eodem, qvem dixi, P. Fulgentio; Sed Cæſariani, & Hiſpanici miniſtri, tantum non mare cœlo miſcuerunt, ut ea ſupprimerentur, qvod in iis Cæſaris & Hiſpani in imperando oſcitantiam, & otioſam innocentiam ſugillari, dicerent, tametſi idem Fulgentius, & ipſe inqviſitor conteſtarentur, ne unum qvidem verbum a me poſitum, qvod ad principes illos pertineret.

(d) *Editioni paratis*, p. 424 - 430.

(c) *Doctrina*, p. 416. Intra qvadriennium Deum ſe ea docuiſſe, qvalia ab Apoſtolo diſcribuntur, qvod auris non audivit, qvod in cor hominis non aſcendit &c. p. 414. Ad ſalutem animæ ſatis eſſe, unum verum, ſolum Deum noviſſe, & qvem ille miſit J. C. atqve hanc notitiam vitam æternam eſſe. Cætera omnia credere, etiam qvi ea ignoret, ſi veritatis caritatem habeat. Teſte enim Apoſtolo, veritatem omnia credere.

(d) *Dictis* p. 416. Ex Catholicis Pontificis auctoritatem, qvam ſibi ſuper Concilia arrogat, neminem acrius & ſolidius oppugnaſſe & convulſiſſe, qvam Jacobum Almainum Doctorem Sorbonicum. Sed libros ejus de poteſtate Eccleſiæ nuſqvam in Italia inveniri, cum tamen Venetorum intereſſet, eum paſſim extare ac legi. Ibidem

dem, Operæ pretium eſſe ex Annalibus A-
ragonicis Hieronymi Suritæ deſcribi cap
illud, qvo narratur actio Conſalvi Cord
bæ magni Ducis, cum Alexandro VI. P
pa, qvem Ferdinandi Regis ſui nomi
hortatus eſt, impuriſſima vitæ ſuæ eme
dationem inſtituere p. 415. Tres eſ
cum ſuæ Monarchiæ cupiditate fundi Chi
ſtiani calamitatem, Papam, Hiſpanur
& Jeſuitarum Patriarcham, qvorum an
bitioni intercedere, & fibulam imponer
hoc eſſe de Eccleſia & republica Chriſti-
na præclariſſime mereri.

(e) *Arcanis* Jeſuiticis, qvæ talia ſunt, ut a-
mus meminiſſe horreat, & tremore
refugiat. Vid. p. 419. ſeq. & 455. 456.

CCXIX.

Joh. Georg Leucfeld Hiſtoriſche Nachricht von 55. gelehrten Männern, die entweder in dem 55 Jahr ihres Alters, oder wenige Zeit hernach geſtorben, Halberſtad 1723. (2.) Ejusdem, *Hiſtoriſche Nachricht von 79. gelehrten Männern, welche 80. bis 90. Jahr gelebet &c.* Ibidem, eodem (3.) *Paul Chriſtoph Höpfner*, Bonum omen &c MSCtum & ineditum. Annum egreſſus eram ætatis 55. cum J. G. Leucfeldius, Vir doctus induſtrius, & in Hiſtoria patria cumprimis peregregie verſatus hunc mihi mitteret indicem LV. Theologorum, LV. ætatis ſuæ anno denatorum, Qvi mecum ejusdem tunc erat ætatis.

ti nunc vero feliciorem agit vitam in cœlis. Ave hujus veſtigia ſecutus, Vir mihi itidem οι λιξ P. C. Höpfnerus affinis dulciſſimus, ſpiſſi multo elucubravit Opus, de iis qvi in annis ominoſis vel climactericis lucis uſuram amiſerunt, mihi parvo, qvod Leucfeldius fecerat, de anno LV. feliciter exacto gratulationem facturus. Et hoc qvidem *ἀνέκδοτον* eſt adhuc, & in MSCto deliteſcit apud nos, ſed magni omnino æſtimatur, qvia ipſa Auctoris manu exaratum eſt hoc exemplum, qvi multis nexibus mecum conjunctus eſt, & cujus fidei & doctrinæ ſemper plurimum a me eſt delatum.

CCXX.

Godofredus Schultzen, Catalogus Librorum, cum Continuatione I. uſqve ad X. Hamburgi 1668. uſqve ad 1676. Officinalis qvidem eſt hic Catalogus in uſum eorum confectus, qvi mercaturam librorum exercent; Verum & iis perutilis, qvi notitiæ librariæ impendent Operam. Atqve id ob Scriptorum in eo deſignatorum. 1) *Varietatem*, qvi ſunt Græci, Latini, Hebraici, Gallici, Anglici, Italici, Hiſpanici Germanici. 2) *Multitudinem*, & eorum etiam, qvi rariores alioqvin extant in tabernis Bibliopolarum, copiam 3) *præclaram Oeconomiam.*

CCXXI.

Chriſt. Thomaſii Cautelæ circa præcognita J risprudentiæ, Halæ 1710. (2.) Ejusdem, *Ca telæ circa præcognita Jurisprudentiæ Eccleſiaſtic* Ibidem 1712. Commentarius hic eſt in d ctrinas fundamentales, (*Grund-Lehren.*) An 1699. ab Auctore idiomate Germanico edit earumqve Partem I. & Partis II. ſex vel ſepte priora capita. Adeoqve huc ſpectat, qvod doctrinis fundamentalibus jam alibi diximu hoc uno adhuc ſuperaddito, in Jurispruden Eccleſiaſtica h. l. ita mutata eſſe omnia, ut indice rerum in doctrinis fundamentalibus o viarum, & ex G. Arnoldi H. E excerptaru integrum fere Opus Hiſtorico-Eccleſiaſticu factum ſit, in qvo hoc potiſſimum eſt πρῶτ ψεῦδος; E ſtatu Eccleſiaſtico omnia mala em naſſe, & hinc in alios ſtatus ſe diffudiſſe.

CCXXII.

M. Joh. David Dietericus, *de non adæqva eruditionis in qvatuor facultates diviſione*, W tenb. 1730. Non ſpernendus Auctor, ſed probandum id, qvod ſuſcepit nec ſatis locupl nec ſolidus, nec ingenioſus aut argutus. omnibus enim eruditionis partibus verſatu eſſe oportet, qvi eruditionem vel bene vel m le partitam eſſe probare connititur. (*Franſc. Wokenius*, *de Profeſſorum Lingvarum Orie*

ta im Academiæ Wittenbergenſis in Philologia Sacra m itis, Wittenbergæ. 1730. Qvam Diſſert. ſi p luſtraveris, intelliges, qvantum ſit, qvod r unico hoc Hiſtoriæ literariæ punctulo adhuc ig oremus, cum omne in ea tuliſſe punctum n bis perſvaſum habeamus. (3.) *Joh. Gottlieb K uſius, de Theodorico Buzicio ejusqve genere & pr ia*, Wittenb. 1730. Argumentum ne: v gare, nec vulgari ratione traditum.

CCXXIII.

J. F. *Reimmanni Hiſtoria univerſalis literaria*, M Cta & inedita. In qva exhibetur Libro I. H toria univerſalis Theologiæ Judaicæ & Eth- n æ. L. II. Hiſtoria univerſalis qvatuor artium p pularium. L. III. Hiſtoria univerſalis om- n um lingvarum Aſiaticarum, Africanarum, E ropæarum. L. IV. Hiſtoria omnium diſcipli- n rum inſtrumentalium, Grammaticæ, Lexico- g aphiæ, Rhetoricæ, Poëſeωs, Logicæ, Her- m neuticæ, Mnemonicæ. L. V. Hiſtoria diſci- p narum principalium theoreticarum, Phy- ſi æ, Metaphyſicæ, Pneumaticæ, Matheſeωs e um in genere, & in ſpecie Arithmeticæ, G ometriæ, Opticæ &c.

CCXXIV.

J. F. Reimmanni Hiſtoria literaria Babyloniorum MSCta & inedita.

CCXXV.

Ejusdem, *Hiſtoria qvatuor facultatum, & Sc lárum* Hebraicarum , Græcarum , Latinaru Germanicarum , Gallicarum, Brittannicaru Ægyptiacarum , Chaldaicarum , Arabicar MSCta & inedita.

CCXXVI.

Ejusdem, *Introductio in Hiſtoriam vocab rum Græcorum* , in duas Partes diviſa, qvar prior continet Genealogiam vocabulorum Gr corum ante C. N. Poſterior Genealogiam vo bulorum Græcorum poſt C. N. MSCta & edita.

CCXXVII.

Ejusdem , *Diatribe de Grammaticis lin Hebraicæ*, Græcæ, *Latinæ & Germanicæ rariori* MSCta & inedita.

CCXXVIII.

Baconis de Verulamio Opus, de dignitate & mentis ſcientiarum, in tabulas breves & lucul tas redactum. Item, *Opus perrarum de princ Philoſophiæ antiqviſſimæ & recentiſſimæ , nec* P. Poiret *Opus Oeconomiæ divinæ in tabulas r ctum*, MSCtum & ineditum.

CCXX

CCXXIX.

J. *F. Reimmanni, Syſtema Syſtematum Theologi-*
, Judaicorum, Ethnicorum, Muhammeda-
ı, Chriſtianorum, Atheiſticorum qvoqve plu-
um. MSCtum & ineditum.

CCXXX.

D. E. Baringii Clavis Diplomatica. 1737. Bi-
hecæ regiæ Hannoveranæ præfectis, jam
ab A. C. MDCCXVIII. manus admini-
porrigens Auctor (p. 6.) Codices MSCtos
paucos, & diplomata qvamplurima ha-
, vel deſcribenda, vel cum editis conferen-
l. c.) Unde oblata ipſi occaſio hæc Scriptu-
n medii ævi ſpecimina colligendi. Qvæ
non poteſt, qvantum utilitatis ſuppedi-
iis, qvi in MSCtis medii ævi verſandis oc-
ti ſunt. Siqvidem ex ignorantia artis Gram-
ſticæ, qvæ Seculis barbaris uſitata fuit,
enta monſtra nata ſunt in Hiſtoria (p. 15.)
i & Eccleſiaſtica. Nec parum diligentiæ,
buit Auctor Scripturarum compendiaria-
peculiare Lexicon concinnandi, iſtudqve
peciminibus locupletandi, qvot convaſare
it; Sed tantum abeſt, ut abſolverit hunc
ſſum, ut primas ejus lineas vix ducere po-
it. Eſt enim apud nos Conradi Halberſta-
is tripartitum Morale MSCtum & ineditum,
Sec. XIII. vixit, & cujus lineolas nonnul-
Auctor Tabula XV. in æs incidi curavit, in

 qvo

qvo tot Scripturarum compendia occurrunt, in primis ſex lineolis minimum ſex reperiatur, de qvibus in Lexico Baringiano, nec vo extat nec veſtigium. Qvæ omnia lectoris oculis ſubjiceremus, niſi typorum inopia prohiberemur.

CCXXXI.

Caſparis Thurmanni Bibliotheca Canonicarum Halæ 1700. De qva, qvid exiſtimemus, Catalogo Bibl. Theol. p. 104. diximus.

CCXXXII.

Piis manibus D. Simonis Friderici Hahnii, ſupremum officium perſolvit Joh. Frid. Chriſtoph Hahnius, Magdeburgi 1729. Vir præcocis ingenii multorum Scriptorum, varia etiam eruditione commemorabilis erat Hahnius. Qvi brevi annorum ſpatio, vix enim 37. ætatis exceſſit annum multa ex ſe promſit minime vulgaria; Nec imparem, virtutis ſuæ præconem poſt fata invenit fratrem, qvi ejus vitam, mores, ſcripta, controverſias, & inſtituta ita enarravit, ut fratris veſtigiis inſiſtens, paucis etiam multa complexus ſit.

CCXXXIII.

Carol. Joh. Fogel, Nachricht von gelehrten Hamburgern. Ingleichen *Theod.* Jacobi, *und* Joh. *He. Fogel Verzeichniſs einiger gelehrter Hamburger.*

Chriſt. Krüſicke, von eben derſelben Materie,
burg 1738. In qvo trifolio primum de-
um eſt a Fogelio patre, ſecundum, a
us ejus filiis, tertium ab amico ομοτεχνω,
ſtoriæ literariæ bene perito. Et ſi non in-
um lectu eſt primum; Secundum ſane
ignius, & tertium digniſſimum. *In iſto*
qvædam non ſatis accurate ſunt examina-
g. p. 12. Joh. Georgium Pfeifferum fuiſſe
othecarium Domini de Hundsburg; Non
Bibliothecarius fuit Domini de Hunds-
, ſed anagnoſtes & rei literariæ admini-
Joh. Frid. de Alvensleben, Domini in
desburg &c. *In illa* qvidem multa dicun-
denuo, qvæ in præcedente jam dicta ſunt
s, v. g. de Franſciſco Ennone Friccio, Joh.
Jantzio, Bernh. Walthero Marpergero,
ta tamen afferuntur etiam παραλειπομενα.
oc autem non pauca, ad accuratiorem Hiſto-
trutinam revocantur.

CCXXXIV.

Nic. Hieron. Gundlings Collegium Hiſtorico-li-
rium, Bremen 1738. Qvod Collegium Hi-
ico-literarium barbaro vocabulo appellatur
is; Prælectiones continet Hiſtorico-literarias,
undlingio in Cathedra Academiæ Hallenſis
as. Nec male convenit in eas qvod C. IX.
2. p. 926. dicitur: Profeſſores olim qvatuor
as ad præparationem lectionum adhibuiſſe,
s hodie fundant ex tempore, *die ſie itzo aus-*

dem Ermel ſchütteln. Pleriqve enim ſermor qvi in hoc volumine continentur extempora ſunt, in qvibus oeconomia parum exacta, n rationes qvædam de Scriptoribus & Scri abruptæ, judicia præcipitata, ἀσυςατα eti nonnulla, & ab hoc inſtituto aliena, præte non pauca, & ſæpius repetita, & qvæd ſubobſcura &c. Verum & præclara multa, iis tantum nota, qvos intra velum Muſæ doc runt, v. g. C. 2. §. 14. p. 403. *Es iſt eine Ku* Scriptores Italos *kennen zu lernen, indem ſie ül aus rar ſind*, l. c. §. 15. p. 408. *Spaniſche Büc bekömmt man ſelten zu ſehen.* §. 20. p. 456. monis Okolsky orbis Polonus, *iſt nichts ana als* notitia Procerum Poloniæ, *ein rares und k bahres Buch*, wie *alle Polniſche Bücher ſind.* §. p. 465. Dalmatiæ Scriptores *ſind ſehr rar.* §. p. 467. *Von denen Türcken haben wir nichts, d ſie haben nicht einmahl eine Druckerey* §. 25. p. 4 *Die Hiſtorie von der groſſen Tartarei iſt rar.* C. §. 8. p. 777. *Ueberhaupt ſind* Scioppii *Bücher bereits rar.* §. 9. p. 778. *Die mehreſten Sachen* Naudæi *ſind rar.* §. 15. p. 785. *Des* Joh. St mii *Sachen ſind mithin alle rar und zu recommen ren*, l. c. p. 786. *Alle Sachen, die der* Petr Victorius *geſchrieben, ſind zu recommendire Allein ſie ſind rar.* §. 30. p. 805. *Alle Sachen* Pauli Baſii, *beſonders der* Commentarius *über* Digeſta, *ſind mithin rar*, &c.

CCXXX

CCXXXV.

Joh. Gerh. Voſſius, de Philoſophorum Sectis, cum contin. & ſupplem. J. J. a Ryſſel, Lipſiæ 1690. Qvod Voſſii Opus eſt poſthumum, cæptum qvidem ab Auctore; Sed ultra principia non productum. Hiſtoria enim philoſophica poſt ejus diſceſſum mirum qvantum eſt exculta, omnesqve ejus receſſus, incredibili ſtudio diſcuſſi. Atqve hinc facile fuit P. Bælio Tomo I. Epiſt. Select. Ep. 1. p. 2. aliisqve, varia in eo deſiderare. Nec res laborioſa admodum J. J. Ryſſelio, huic telæ qvædam addere, & eandem uſqve ad ſua tempora pertexere. Manet tamen hæc laus illuſtri Voſſio, qvod *primus* fuerit e recentioribus, qvi Hiſtoriam philoſophicam e ſitu & ſqvaloribus eruit, & eandem candidiore orationis genere deſcripſit, eaqve ratione adornavit, ut pleriqve qvi poſt eum huic argumento manum injecerunt, ejus ſe plumis veſtierint, ſed ſuppreſſo ejus nomine.

CCXXXVI.

Theſaurus Bibliothecalis, d. i. Verſuch einer allgemeinen auserleſenen Bibliotheqve. Erſter und anderer Theil. Nürnberg 1738. Habes hic novum Commentarium Ephemerologicum. Singulis enim hebdomadis duæ plagulæ é prelo emerſerunt. Atqvé ex earum congregatiōne hic theſaurus Bibliothecalis coaluit. Cujus auctorem G. G. Zeltnerum fuiſſe auguramur, qvi

nuper 1738. die 18. Julii, ex hoc ignoranti diverſorio, in illud ſcientiæ Emporium diſce ſit, ubi *βιβλιογνωσία* qvidem nulla; Sed Pi lyhiſtoria Angelica, omnem πολυμαθειαν hu manam infinitis paraſangis poſt ſe relinqven. Hic enim ſemper in ore habuit, qvod in i dice monuit: *Libros recte noſſe, eſt dimidium a diciſſe.* Triginta etiam annos in colligendis ex cerptis hiſce literariis conſumſit. Et ſub Theophi Sinceri nomine jam plures Eclogas de libris r rioribus, eadem methodo concinnatas, qv hæc Bibliothecarum Bibliotheca, in lucem pu blicam prodire juſſit. Nec obſtat, ad Zeltne ri & Sinceri tabulas provocari interdum in hiſ tabulis; (p. 36. in Nota.) Siqvidem non inuſit tum eſt hoc eruditis, a ſemetipſis ſumere teſt monium, inprimis ſi ſub alio nomine, qva dam e prelo exire permiſerint. Et licet, qv in hoc theſauro enumerantur monumenta, no omnia reperiantur in Bibliotheca Zeltneri, om nia tamen ab eo ſunt oculis uſurpata, & accu rate perlecta. Nec aliunde accepit hæc conle ctanea, ſed ſuo Marte congeſſit, & hoc no mine ſe omnino laude dignum præbuit. Et ti qvas in has lucubrationes irrepſiſſe contenda maculas, hæ fortaſſis nominari poſſunt. Scil cet, Orationis diſcolor habitus. Oeconomia Bibliothecæ ineſſe debitæ, omnimodus negle ctus. Librorum non accuratus ſelectus. Mul enim qvi a raritate commendantur, plane no ſunt rari, & ſi rari, vix digni, qvorum in ho dierna republica literaria fiat mentio, nedum

qv

i theſauro Bibliothecali annumerari merean-
; Ille dapes non ardenti decoxit aheno,

Aut verubus, longum uſqve adeo tardum-
qve putavit,
Exſpectare focos, contentus corpore crudo.

CAPUT III.

DE
CRIPTORIBUS SPE-
CTANTIBUS AD HISTORIAM LITERARIAM IN GENERE.

In Octavo.

I.

ompendiöſes gelehrten Lexicon, Leipzig 1715.
Prima hæc eſt Editio hujus Operis, cui ante
iginti annos inſcripſimus ſeqventia: Qvi huic
Lexico (ſi fas eſt hac voce uti, qvæ in anti-
ıvis Auctoribus omnibus, Latinis non tantum,
ed & Græcis exulat,) concinnando deſudarunt,
ıvantum id nobis compertum eſt, fuerunt M.
acobi Magdeb. M. Menckenius, Lipſ. & M.
chöttgenius, atqve horum triumvirorum la-
bo-

bores ita moderatus eſt J. B. Menckenius, & ipſe ſimul manum Operi injecerit, & Scriptoribus Anglicis, Italicis, aliisqve qv rum copia abundat, qvædam addiderit & eme darit. Atqve hinc decus eſt atqve nitor, q eminet ac excellit. Viginti millia eruditor in certum ordinem coacta, hic Lectori luſtra da exhibentur. Fata eorum & Scripta brevi enumerantur. Nec pauca in compendio h Hiſtorico traduntur, qvæ in vaſtis alioqvin S ſtematis qværuntur fruſtra. Atqve hæc ſu qvæ ad laudem libelli valent. Qvibus opp nunt alii, qvæ faciunt ad maculam. Nomi qvædam illuſtria omiſſa. Qvædam parum opp tune allata. Qvædam ſine ulla ratione repetit & bis poſita. Et qvod præcipue in Enchi dio obſervari debuiſſet, nec perſonarum n rerum ſelectus ubiqve ita eſt habitus, ut pr ſtantiora a minus præſtantibus fuerint accura ſegregata. Qvibus omnibus tamen venuſt Operis non imminuitur.

II.

Compendiöſes gelehrten Lexicon, Lipſiæ 171 Secunda hæc eſt Editio hujus Lexici, vel mavis hujus Indicis realis literarii, ad norma elementorum in Alphabeto ſibi ſuccedentiu digeſti, cui 1733. ſucceſſit tertia. Nec qv ſemel appoſuimus cramben criticam hoc lo repetemus. Qvia qvæ prima vice commend tione novitatis utcunqve tolerantur, ea ite ta haud ferendum adferunt faſtidium. Hoc t

m

n indictum prætermittere non poſſumus, C. Jöcherum, qvi editioni ſecundæ accurandæ efuit ea fere omnia in Prolegomenis judicio › approbaſſe, qvæ nos in editione prima tanda eſſe duximus, qvædam etiam ſervationibus noſtris Criticis addidiſſe. Sciet. 1) Plurima in iſthac editione ex rivulis e hauſta, neglectis fontibus. 2) In Hoffunno, Buddeo, Königio, Wittenio &c. nium fiduciæ a collectoribus eſſe conſtitutum. In deſcribendis perſonis ac rebus, multa miſſa qvæ minus ſunt neceſſaria, & omiſſa onnulla qvæ magis erant talia. 4) In primo atim articulo ex nomine loci factum eſſe noen perſonæ. Qvi enim in eo dicitur Aalburg Nicol. Michaelis) Aalburgo fuiſſe oriundum, ppellatumqve Nicolaum Michaelis. Atqve æc, & plura ejus monetæ, in hac editione ſtuioſe a ſe eſſe emendata. Memoremqve ſemet gratum fore omnibus, qvi, qvid in hac litione adhuc in vitio cubet, indicandum ſibi ımant. Inde enim & nos audaciores facti, & orde calido inſtructi in re frigida, libere prounciamus, qvæ ſunt apud nos, & manſiſent forte, alta mente repoſta. Scilicet

(1.) *Errata qvamplurima antiqva ex priore editione in hanc poſteriorem eſſe transſumta*, v. g.

(a) Antonium Poſſevinum a Gregorio III. in Sveciam, Poloniam & Moſcoviam eſſe miſſum, cum, qvi Poſſevino Legato

gato uſus eſt, Gregorius fuerit XII non Gregorius III.

(b) Proclum Philoſophum Platonicum ſpe culis uſtoriis de muro Byzantino ſuſpen ſis Vitaliani claſſem combuſiſſe. Cum jam ante 30. & qvod excurrit anno hæc fabula rejecta ſit, a Joh. Alb. Fa bricio in Prolegomenis Procli vitæ, Marino Neapolitano ſcriptæ, præmiſſis.

(c) Chriſtophorum Heidmannum fuiſſ Helmſtadienſem, cum fuerit Boden verdenſis origine, teſte J. C. Böhme ro in memoriis Profeſſorum Eloqven tiæ, qvos habuit Academia Helmſta dienſis, p. 8.

(d) R. Sehem Tov Hiſpanum Legionenſem ſcripſiſſe de ponderibus, *von Gewicht* cum ſcripſerit de metro, *von Abmeſſung der Verſe*, referente J. C. Wolfio in Bibl. Hebr. p. 1129.

(2.) *Errata non pauca iis, qvæ ſunt in antiqvi editione, ſuperaddita*, v. g.

(a) Thomam Browne ſcripſiſſe Pſeudodo xiam Epidemicam, miſcellanea, de ur nis, de erroribus vulgaribus, &c. Ne qve enim duo hæc ſunt ſcripta Pſeudo doxia Epidemica, & de erroribus vul garibus, ſed unicum. Et in Editio ne prima unius tantum ex his duobus facta eſt mentio.

(b) Abu

(b) Abudacnum Barbatum & Joſephum fuiſſe duos Scriptores cum unus fuerit, teſtificante hoc Joh. Henr. *von Seelen*, in Hiſtoria Jacobitarum vel Coptorum, p. 6. Et in editione priore unus etiam tantum fuerit productus, Abudanus tamen dictus, pro Abudacno.

(c) Pauli Colomeſii Melanges Hiſtoriqves in Collectione opuſculorum Colomeſianorum a J. A. Fabricio, Hamburgi 1709. edita, non comparere. Qvod in editione prima non dicitur, nec etiam, niſi reclamante veritate, dici poteſt.

3.) *Scriptores qvosdam notatu digniſſimos omiſſos*, v. g.

(a) Henricus *von Rheden*, qvi Auctor eſt horti Malabarici Operis ſplendidiſſimi. Vid. Polyc. Leyſeri Diſſert. de Origine eruditionis ab Indis repetenda, p. 47.

(b) Salomo Stepnerus, qvi edidit laurum Lipſiacam, h. e. Inſcriptiones veteres & recentiores, qvæ Lipſiæ viſuntur. Lipſiæ 1691. 4.

(c) Heinricus Bodinus P. P. Halenſis multis ſcriptis inclytus.

(d) Claudius Sorellus, qvi vulgavit Bibliotheqve Françoiſe, & Science Univerſelle, & alia.

(e) Chri-

(e) Chriſtophorus Hendreich, cujus extā Pandectæ Brandenburgicæ.

(f) Jonſtoni omnes, qvorum qvatuor en merat G. M. Königius in Bibl. V. & N

(g) Philippus Jac. Mauſſacus, Vitus Di tericus, Wolfgangus Gundlingi Jacobus Bolduccius, Caſparus Cörb rus, Theodorus Janſonius ab Almel veen, Chriſtianus & Joh. Conrad Knaut, &c. Interdum etiam qvida ſunt præteriti, qvorum nomina indic ta, Lectorqve ſpe luſus inani, qvā eosdem loco alio deſcriptos ſit repe turus, cum appareant nuſqvam, v. Theodorus Cornhertzius, Jon Schlichtingius, &c.

(4.) Res qvasdam allatas,

(a) Non ſatis accurate, v. g. Leonhard Leſſius, (extat hoc p. 1547. P. I.) *e Jeſuite zu Antwerpen, gebohren zu Brec in Braband* 1554. 1. Octobr. *Hat zu L ven die* Philoſophie *und* Theologie *g lehret, auch die* Medicin, Mathematiq *und Hiſtorie verſtanden*, de juſtitia jure, de perfectionibus moribusqve d vinis, de poteſtate ſummi Pontifici &c. *geſchrieben. Und iſt* 1623 *den* 5. *Ja geſtorben.* Sed Leſſius nunqvam fu Antwerpiæ. Mortuusqve Lovanii 162 die 15. Jan. non die 5. Et ſcripta mu

ta elucubravit qvæ poſt ejus mortem duobus Tomis comprehenſa, Antwerpiæ typis Plantinianis 1626. & 1630. ſunt edita. Aliaqve præterea, ac in iis de poteſtate Pontificis ſummi Opus, impreſſum qvidem; ſed certis de cauſis ſuppreſſum, teſte Philippo Alegambe, in Bibliotheca Scriptorum S. J. p. 305. qvi multis, & pluribus qvam ſolet verbis, agit de eo, l. c. Neqve conſpirat cum veritate qvod p. 76. dicitur Lambertum Alardum fuiſſe Hildeſienſis Eccleſiæ Paſtorem; Siqvidem non Hildeſiæ, ſed Brunſvigæ verbi divini miniſter fuit, ut recte docet Nicolaus Alardus, in Decade Alardorum, p. 23. not. d.

b) Non ſatis copioſe. Sic enim J. J. Moſerus in Bibliotheca Juris publici qveritatur, Articulum de Kulpiſio eſſe nimis attritum, & circumciſum, & macie qvaſi pereſum.

acemus qvæ J. C. Wetzelius, in Hiſtoria tionum paſſim, & Joh. Frid. Bertramus in Hi- a eruditionis P. 2. C. 2. §. 15. p. 128. ſeq. alii- plures notarunt. Nos enim ea tantum in- mus, qvæ a nobis ſunt animadverſa. Et iſſe hæc in editione tertia jam emendata . Qvam nondum oculis uſurpare licuit. imus tamen P. V. *der Heſſiſchen Heb-Opffer*, o 1734. p. 515. in notis. *In der allerneueſten*

Edition *dieſes* Lexici, de Anno 1733. P. I.
1744. *ſtehet*, *daſs der Herr Chriſtian Lange*, *mahliger* Moralium, Logices & Metaphyſices P
ordinarius *in Giſſen*, *itzo* Doctor *und* Gene
Superintendens *zu Itzſtein*, 1723. *in dem Jahr ſeines Alters geſtorben*, *da er doch biſs Stunde noch lebet und geſund iſt.*

III.

Burchardi Gotthelfii Struvii Introductio in titiam rei literariæ. Acceſſit Diſſert. de do impoſtoribus, & Supplementa, & Oratio meritis Germanorum in Hiſtoriam. Jenæ 1 Precibus cum Struvio egerant ſtudioſi non li, qvi Hiſtoriæ literariæ amore ducebantur ſibi viam, qva pervenire poſſent ad hanc ſciplinam, ejusqve penetralia luſtrare, c monſtraret. Qvorum deſiderio facturus ſ hanc Introductionem in notitiam rei liter elucubrandam ſuſcepit, qvæ tantum adhu republica eruditorum valuit, ut poſt *primam* tionem, qvæ A. C. 1704. comparuit, ſta 1706. cum ampliſſimis ſupplementis *ſecund* 1710. *tertia*, & 1729. *qvarta* prodierit cum Chriſt. Coleri, & Michaelis Lilienthalii, Joh. Chriſt. Köcheri analectis & animadver nibus. Qvod non ſpernendum boni libri Criterium. Sed plura ſunt ex qvibus præſ tiam ejus conjicimus. Argumenti novitas cunditas, amœnitas. Ordinis concinnitas. ctionis perſpicuitas. Rerum utilitas, & ill brevitate ubertas. Hæc enim omnia ita Le

præſtrinxerunt oculos, ut, qvæ ſcriben-
efelliſſent, h. e. qvid demi, vel addi, vel
dari debeat, perſpexerint parum. Ne-
nim eſt Introductio in notitiam rei lite-
Sed Introductio in notitiam Scriptorum,
ibus peti debet notitia rei literariæ. Nec
a rei literariæ tangit capita, ſed qvædam
ixat. Et qvæ de iis tradit pleraqve acce-
fert Auctor Morhofio, qvem ita ſeqvi-
ut in primæ editionis præfatione ſcribat,
qvæ Morhofius in elegantiſſimo ſuo Poly-
re plenius expoſuit, deſcripſiſſe brevius,
æ ab eodem vel obiter, vel plane non
ata, prolixius exhibuiſſe. Perutilis inte-
eſt libellus, & rationibus eorum, qvi Hi-
e literariæ cupiditate trahuntur, egregie
nmodatus.

IV.

B. G. Struvii Introductio *ad notitiam rei lite-*
, & uſum Bibliothecarum, acceſſit Diſſert. de
is Impoſtoribus, Jenæ 1704. Introduce-
rem latinius dicitur, qvam introducere *ad*
Neqve enim introducit in rem, qvi ad
ducit tantum, & qvi uſqve ad urbem du-
eſt, extra eam eſt adhuc, non intra. Adeo-
rectius Auctor in poſterioribus editionibus
ſuum opuſculum inſcripſit: *Introductio in*
iam, &c. (2.) *Baptiſtæ Gvarini Veronenſis de*
ie docendi, & ſtudendi libellus, cum præfatione de
andorum ſtudiorum ſcriptoribus, editus a B. G.
vio, Jenæ 1704. Cujus libelli præfatio-

nem ſi legeris admirationem movebit mult
do eorum, qvi de ſtudiis formandis comm
tati ſunt; Si libellum ipſum, Auctorem eo
culo vixiſſe putabis, qvo Sermonis latini m
dities regnavit in Italia, non qvo barbarie

V.

Acta literaria ex MSCtis eruta. Faſcic
I. II. III. IV. V. VI. Jenæ 1706-1709. Au
eſt Burchard Gotthelf Struvius. Qvi huic
ficio nov-antiqvo, velut veſtibulum qvod
præmiſit, Schediaſma de MSCtorum Latino
Græcorum & Germanicorum criteriis. Præ
rum illud qvidem, & ad omnes erudit
partes fructuoſum; Sed inchoatum tantum
autem confectum prorſus. Qvæ enim
MSCtis latinis attulit, mirum qvantum
ſunt locupletari, etiam ex ipſo Mabillonio.
maxime adjutus eſt Auctor in hoc negoti
qvæ de MSCtis Græcis eorumqve criteriis
geſſit, lacunoſa ſunt omnia, & rimarum
na, ſi cum Palæographia Græca Bernhar
Montfauçon conferantur, qva Auctor eo
pore, qvo hæc ſcripſit cum maximo in
ſui damno caruit.

VI.

J. C. Coleri Analecta ad B. G. Struvii
ductionem ad notitiam rei literariæ, Jenæ
Qvibus carere non poteſt commode, qv
nuductione Struviana cum emolumento

væ in Analectis hiſce illuſtratur, locu-
ır, emendatur, dijudicatur. Calamum
præcurriſſe memoriam arbitramur eo
ıre, qvo p. 28. ſcripſit: Nos de Galleſii
traitè des plus belles Bibliotheqves du
e, pleniorem dediſſe guſtum, in Idea
natis antiqvitatis literariæ p. 354. Siqvi-
ıvem l. c. laudamus eſt Bernhardus Mont-
ıius, non Joh. Galleſius.

VII.

Bibliotheca Acroamatica, h. e. *recenſio ſpecia-
nium Codicum MSCtorum Bibliothecæ Cæſareæ
bonenſis*, *a* Petro *Lambecio & Daniele Neſſe-
n congeſta*, *& in Epitomen redacta a J. F.
nanno*, Hannoveræ 1712. Cramben ean-
cum faſtidio Lectoris apponeremus, ſi de
ɔpuſculo plura verba facere velimus. De-
t nos ab hoc inſtituto ſpatioſa, qvam eidem
uiſimus, Præfatio. Et qvæ ſupra, ubi de
logo MSCtorum latinorum, qvæ in Bi-
heca Vindobonenſi reperiuntur, egimus,
i licet manu de eodem jam ſparſimus. Ad
enim loca Lectorem amandantes, hoc di-
s tantum: Nos præter tres indices impreſ-
ıic exemplo ſubjectos, Synopticum, Hi-
co-literarium, & Pragmaticum etiam elu-
ıſſe qvartum, Epiſtemonicum. In qvo
ımenta omnia in hoc Catalogo Lambecio-
eliano enarrata, ſecundum facultates, &
tatum ſcientias, accurate digeſta ſunt. Sed
b feſtinationem Bibliopolæ, qvi eo tem-

 pore,

pore, qvaſi ignem calcaret, properab nundinas, typis excuſus non eſt, & de ſcit adhuc apud nos in MSCto, dignus præ teris, qvi huic Bibliothecæ Acroamaticæ cederet.

VIII.

Barth. Chriſtiani Richardi Hiſtoria Biblio Cæſareæ Vindobonenſis, Jenæ 1712. Qvi qvinqve paginas exceperis, (p. 101. usq 110.) qvibus Danielis Neſſelii & Joh. Ben cti Gentilotii merita in hanc Bibliothecam ſcribuntur, tota e P. Lambecii L. 1. Comm de Bibl. Vindobonenſi eſt deſumta, ipſis verbis Lambecii conſervatis, docente id αὐτ & Auctore ipſo hoc diſerte confitente in fatione ad lectorem. Atqve in eo nihil a diſtat Auctor, qvi eodem anno 1712. Bi thecam Acroamaticam in publicum prodir ſimus, in cujus libro 1. Bibliothecæ Vind nenſis continetur Hiſtoria, eadem ratio Lambecii Comment. excerpta. Qvam t ſi compoſueris cum hac Richardiana, depr des Auctorem interdum omiſiſſe qvædam tu non indigna, & ex ipſo Hiſtoriæ Lamb næ contextu nonnulla extruſiſſe, ac rejeci ſubjecta Scholia.

IX.

Michaelis Neandri Erotemata linguæ cum præfatione Phil. Melanchthonis, & nova

ris, Baſileæ per Joh. Oporinum 1565.
e ſunt editiones hujus Grammaticæ qvarum
1 A. C. 1553. prodiit Baſileæ ex Joh. Opo-
fficina, cum annum ætatis 27. Auctor
xpleſſet. Et ibidem poſtea recuſa eſt ſæ-
, diſtractis ſemper celeriter exemplaribus,
e ſcribit, in indice ſuarum lucubrationum,
erotematis ſubjecto p. 403. Non tamen
nibus editionibus reperitur Præfatio illa
iſtorica ipſius Auctoris, qvæ eſt in hac
a. Qvam J. C. Colerus in analectis ad B.
ruvii Manuductionem p. 8. præcipitanter
A. C. 1565. excuſam eſſe inficiatur, cum
ſtra eo temporis Articulo ab Oporino for-
xſcripta ſit, & Neander in indice citato
3. Oporinum illam poſtremum recogni-
A. 1565. ſub prelo habere adſeveret. At-
hinc in fine adjecit Auctor Scriptorum ſuo-
editorum & edendorum Catalogum, Con-
Lycoſthene & Johanne Oporino id flagi-
. In qvo, cum multis aliis etiam p. 416.
hittit Pandectas literarios, qvos ipſis ejuſdem
is deſcribemus: Referuntur, inqvit, in iis
10 Bibliothecæ inſigniores ac inſtructiores,
ab initio in mundo fuerunt, & ſi qvæ ad-
hodie maxime celebratæ ſunt, omneqve
1s Scriptorum publicatorum, & in Biblio-
is etiamnum ubicunqve terrarum latentium,
poris etiam injuria deperditorum, eorum
n qvorum vel nomina ſolummodo apud ve-
s reperiuntur. Horum omnium ſcripta ac
referuntur ſecundum materias ac argumen-
qvæ tractarunt, ſecundum Artes, ſcien-

 tias

tias, profeſſiones ac facultates, indicato eti[am] tempore qvando floruerint, ſimul etiam qv[an]do, & ubi locorum cujusqve ſcripta ſint exc[u]numero qvoqve chartarum in plerisqve indi[ca]to, qvo facilius de pretio fiat judicium. C[en]ſuris etiam doctorum Virorum additis, ut ſc[ia]tur, qvo loco cujusqve ſcripta ſint haben[da]: omnibus ordine ſuoqve loco poſitis, ac diſ[tri]butis, in qvacunqve arte ac qvacunqve ma[te]ria ſcriptorem reqviras, mox qvæſito loco [p]uno innumeros reperias, ut adhibito judicio [po]tiorem, & qvem ſeu ipſe maxime probes, [ſeu] aliis præcipue probatum fuiſſe intelligas, po[tiſſimum] deligas. *Hactenus Neander* l. c. Ex cujus [de]ſcriptione patet, præfationem illam luculent[am] huic Grammaticæ præmiſſam eſſe pandectar[um] illorum qvaſi Prodromum. In qva, ſi ver[bis] ejus denuo uti liceat, tum multa alia copi[oſe] dicuntur, tum præcipue narratio copioſa [&] longa inſtituitur de Bibliothecis vetuſtis, te[m]poris varia injuria vaſtatis & conſumtis. De [li]bris deperditis innumeris (p. 535.) ac optimis [in] omnibus linguis, artibus, diſciplinis & facult[ati]bus. Commemorantur etiam Bibliothecæ, [qvæ] etiamnum ætate rara librorum MSCtorum [ſu]pellectile, in variis orbis terræ locis inſtru[ctæ] ac hoc nomine celebratæ, cum indicati[one] Auctorum & librorum, qvi MSCti in ſing[ulis] illis Bibliothecis adhuc ſerventur. Comme[mo]ratione etiam Auctorum & librorum præcip[uo]rum latinorum & Græcorum, veterum ac [re]centium, extantium adhuc & publicatorum, [di]ſtributis ſingulis optimo ordine, ſecundum

um, artium, diſciplinarum ac facultatum ra, ubi de Auctore, & argumento & ora- s genere, ac qvo loco qvilibet Auctor haben- it, plerumqve adoleſcentes admonentur. s, *ipſius Neandri verbis*, *qvantus* divitiarum ulus in hac aurifodina ſit reconditus. Nec ſſe erit in ejus laudes diſcedere, cum ſe- pſam laudet, & jam ſatis ab aliis laudata V. H. Voglero in introductione &c. C. V. . D. G. Morhofio in Polyhiſtore L. I. C. 18. 16. B. G. Struvio in Manuductione &c. , §. 8. p. 8. Ipſo etiam Phil. Labbeo in Bi- theca Bibliothecarum p. 271. qvi Neandrum heranum petulantiſſimum vocat. Et huic vitio ſtatim annectit hoc Encomium, ipſum iothecam qvandam univerſalem præfixiſſe mmaticæ ſuæ Græcæ. Unde mirum nemi- idebitur nos indicem Auctorum rerumqve his prolegomenis occurrentium confeciſſe, demqve huic noſtro exemplo adjiciendum aſſe MSCtum.

X.

Martini Simonii de literis pereuntibus libellus, annotationibus Joh. Hermanni ab Elswich, ncof. 1716. Perrarus in Germania ante A. 1618. qvo cum Franciſci Sanchezii libro, *d nihil ſciatur*, prima vice impreſſus eſt in his ionibus, teſte Caſpare Barthio in animadver- ibus in Papinii Statii Sylv. L. 2. p. 447. Cui lignus judicatus eſt l. c. qvi ubiqve innoteſcat. *imius* etiam dictus poſtea a Joh. Hoornbeckio

in Diſſert. de controverſiis Theol. Summæ co
troverſiarum præmiſſa p. 31. Et L. 3. p. 18
Libellus elegans. Nec indignus eſt hoc encomi
In qvo Ciceronis elegantia tincta apparet orati
Et ſeptem cauſæ enumerantur, qvæ literis all
turæ ſint perniciem. 1.) Diſcentium deſidia 2
2.) Bellorum calamitas 37. 3.) Literatoru
contentio 41. 4.) Eorundem copia 73. 5.) J
ſta Dei pæna 86. 6) Perverſa vulgi de literat
opinio 103. 7.) Omnium rerum viciſſitu
127. Atqve ad hunc rivum multi, qvi poſt A
ctoris tempora, falcem in hanc meſſem imm
ſerunt, aqvationis cauſa acceſſerunt. Sicut
ipſe ex Dialogo Taciti, vel Qvintiliani, ſi m
vis, prata ſua irrigavit, an ſui Seculi Orator
antiqvis & qvare concedant.

XI.

Joh. Clericus de cauſis pereuntium literaru elegantiorum, Jenæ 1714. Legitur Tomo Parrhaſianorum, cujus Auctor eſt Joh. Cleric p. 225. ſeq. Commentatio *de la decadence d Belles lettres*, h. e. de cauſis propter qvas tant de literis humanioribus indies fit diminuti Qvam in linguam latinam transferre Operæ pre tium duxit, J. H. Kromayerus, cujus manib ut bene ſit, ὁλοψύχως exoptamus. Atqve in e meliores literas indies aliqvid detrimenti cape re, docet Auctor: 1.) Qvod Auctores, qv claſſicos Gellius appellat, Græci latiniqve d ſtituantur annotationibus & indicibus neceſſari & ſufficientibus. Verſionibus etiam. Et Lexic

ſuc

ios habeant nævos. 2.) Qvod Critici in iis udandis, & ad aſtra tollendis ſæpius modum ccedant. 3.) Qvod proficientes in literis ejusiodi non raro in moribus deficiant. 4.) Qvod vi præſidio eſſe debeant, eas negligant interum. Atqve hanc cauſam more ſuo orat Clecus, perſpicue, ſplendide, luculenter. Nois variorum ab iis ut plurimum conqviſitas, qvi npares fuerint huic negotio, atqve hinc pro ptimis arreptas eſſe leviſſimas. Nomina Autorum omiſſa. Mentem Scriptoris perverſam. ndices meliores & breviores factos, procul duio, ſi vocabula communiſſima eſſent omiſſa &c. Forte qvi in Gallia præfuerint procudendis in ſum Delphini Auctoribus, diffiſi illis, qvi faiendis indicibus Operam ſuam locarant, veriiqve ne omitterent aliqvid qvod abeſſe haud leberet, juſſiſſe, ut promiſcue vocum omnium aberent rationem, necqvicqvam præterirent. Notarum Auctoribus injungendum fuiſſe iſtum aborem, cui omnino pares debuiſſent haberi, i ſuſtecturi conſcribendis notis viſi fuiſſent. Hactenus Clericus. Sed pretium eſt Operæ audiſſe etiam partem alteram, & in ea cumprimis P. D. Huetium cujus nutu & arbitrio totum hoc negotium confectum eſt. Sic autem ille in Commentario de rebus ad eum pertinentibus L. V. p. 288. Qvod ſinguli Auctores in uſum Delphini editi prodierunt ſuccincti indicibus, non vulgaribus illis, qvi eximias tantum res aliqvas aut verba, ſed qvæ vocabula omnia univerſe repræſentant, me uno Auctore factum eſt. Jam pridem enim rei utilitatem magno

meo

meo commodo fueram expertus, in pertracta[n]dis indicibus, qvi ab eruditis hominibus in Græ[cos] cos Romanosqve Auctores fuerant concinnati, Wolfgango Sebero in Homerum, a Daniele Pa[reo] reo in Muſæum, a Nicolao Erythræo in Virg[i]lium, ab Horatio Tuscanella in Catullum, T[i]bullum & Propertium, ab eodem Pareo in Lu[cretium] cretium, a Thoma Trettero in Horatium, [a] Joſepho Langio in Martialem, Juvenalem, & Per[ſium] ſium, a Pompejo Pasqvalino in Ovidii Meta[morphoſin] morphoſin, alios ab aliis. Imprimis vero lon[go] go compereram uſu, qvantum emolumenti per[cepiſſent] cepiſſent viri ſacrarum literarum ſtudio dediti ex indicibus, qui ſub Concordantiarum titulo in Ebraica, Græca, & vulgata Sacrorum libro[rum] rum exemplaria lucubrati circumferuntur. At propterea ſi in ſcriptoribus ſaltem latinis latiu[s] pateret ea ratio, qvæ tractabiles efficeret Au[ctores] ctores, & ad uſus noſtros accommodaret, oportu[num] num hoc futurum iis judicabam, qvi in literi[s] verſantur. Sed & illud qviddam longe maju[s] in his parandis volvebam animo, nempe pura[e] latinitatis finium, ac veluti pomæriorum cir[cum] cumſcriptionem. Qvæ cum omnis Scriptorum Claſſicorum contineatur libris, ſi unicuiqv[e] ſuus ſubjungeretur Index, qvo continerentu[r] univerſa ipſius vocabula; Tum deinde ex ſin[gulorum] gulorum privatis indicibus Generalis conflare[tur] tur index, futurum id erat totius latinitatis in[tegerrimum] tegerrimum penu, & qvidem ita compoſitum ut qvæcunqve ſe vox offerret, ejus ortum uſum, interitum vel progreſſum, indicis huju[s] [illegible] gene[-]

neralis ope, facile cognoviſſemus. Adde Hue-na N. 37. p. 92. ſeq.

XII.

Caſpar Hoffman de Barbarie imminente, Franc. ad Oderam 1578. Qvi unde barbariem iminentem auguratus ſit, audi ſis eundem ipſum ſſerentem: Philippus Melanchthon, ait, ſtu-a ad fontes revocavit, & ad methodum Ari-otelicam viam juventuti ſtruxit, planam & ex-editam, magnaqve dexteritate *primus* qvodam-odo rationem oſtendit, qvomodo artificioſa ſethodo liberalium artium ſtudia ad qvascun-ve diſciplinas accommodanda ſint. Id referre obis pueris ſolebat, Valentinus Trozendorpius cholæ Goltbergenſis moderator, optimus in-ſtituendæ pueritiæ artifex, præceptor meus eru-itiſſimus, grata memoria ſemper celebrandus. udiebam, inqviebat, tradi artes, ut tum tra-i uſitatum erat, & Ariſtoteles enarrabatur pro emporum illorum ratione, cæterum de accom-nodatione verbum nullum. Præcepta inculca-antur, ſed ſine uſu, qvem nec tenebant illi, vi eruditionis culmina videbantur. Aliqvot igi-ur noſtrum collecti impetravimus *primi* a Præ-ceptore, ut accommodatio artium nobis oſtende-etur, qva nos nunc multo lucidiore fruimur. olebat etiam Vir Cl. D. Gvarus Weigandus, ocer meus amantiſſimus, hunc ſuum precepto-em & hoſpitem, formatorem ingeniorum ap-pellare, cujus ſane expolitionis exempla innu-nera ſunt, & infiniti vivi teſtes. Sed hujus fu-rioſi

rioſi Seculi prorſus barbarica ingratitudo eſt, a
verſus Virum tanti nominis, optime de ſtudi
& ſtudioſis meritum, cui acceptum referre c
gimur artes, & doctrinam illuſtratam, noſtr
rumqve ingeniorum cultum & humanitate
omnem, qvoqve Magiſtro didicimus qvæ ſc
mus. - - Eſt hoc confuſionis doctrinæ & ba
bariei in ſtudiis ſecuturæ indicium, qvod ſum
mos iſtos rei literariæ duces in Scholis loco mo
vere, & de gradu deturbare conantur homines
qvi viventibus in conſpectum prodire non ſuſti
nuiſſent. - - Barbariem iſta magis & oſtent
in cælo portendunt. Nihil opus erat Ariſtote
lis aliorumqve bonorum Auctorum ſcripta car
pendo inviſa reddere, & e Scholis extermina
re, cum alioqvin juventus adigi non poſſit, u
artes ex fontibus, aut ex rivis ad fontes vian
oſtendentibus hauriat. Hactenus Hoffmannus. Qv
infauſtum omen melioribus literis imminere ju
dicavit, qvod eruditi in verba Ariſtotelis jura
re detrectent. A qvo in omnia alia diſceſſit Joh
Franciſcus Buddeus in orat. de bonarum litera
rum decremento, noſtra ætate non temere me
tuendo, Hildburghuſæ cum nova ibi ſedes do
ctioribus Camænis, feliciſſimis auſpiciis, con
ſecraretur, ab eo dicta.

XIII.

Conradi Samuelis Schurtzfleiſchii introductio i
notitiam Scriptorum, Pars I & II. Wittenbergæ
1736. Qvi formis æneis deſcripſit hoc opuſcu
lum bipartitum, diligentiam nullam ad offici
un

ſuum contulit. Qvi vero ſumtus ſuppedi-
it, lucri privati fuit cupidior, qvam utilitatis
nmunis. Et qvi Schurtzfleiſchii nomen huic
toni præſcripſit, nec rem literariam intelle-
e, nec Schurtzfleiſchii famam magni feciſſe,
qvid ille de notitia librorum unqvam diſſe-
auribus vel calamo excepiſſe videtur. Tam
um hic unguis leonem inuſitatæ virtutis re-
t. Permixta qvadrata rotundis. Eccleſiaſti-
literariis. Latina Germanicis. Bona malis.
perſa etiam hac illac oppido falſa, obſcæ-
, mimica. Capita qvædam de alliis inſcripta,
æ agunt de cepis. (P. I. c. 2.) Multa qvæ
e diametro adverſa. Qvædam ſine ratione
etita. Cujus monetæ & ea ſunt qvæ extant
I. c. 3. Nam ea lectu digniſſima ſunt in hac
roductione, (ſiqvidem introductio eſt, qvæ
a qvanta eſt, eſt tumultuaria) ſed hæ dapes
n appoſitæ ſunt a God. Wagenero qvi A. C.
29. Schurtzfleiſchii Elogia ſcriptorum illu-
ium edidit.

XIV.

C. S. *Schurtzfleiſchii notitia Scriptorum*, Wit-
ıb. 1735. Qvod Auctor C. I. §. 6. p. 4. de
trologia Joh. Gerhardi judicat. *Sie hätte bil-
nicht ſollen aufgeleget werden, denn er hat das Col-
ium privatum gehalten, und nicht daſs es ſolte
blice ediret werden;* Hoc ſibi etiam dictum pu-
re merito debuiſſet is, qvi hanc notitiam ſcri-
orum publicandum ſibi ſumſit. *Es hat dieſes
llegium der Herr Schurtzfleiſch privatim gehalten,*
nicht

nicht daſs es ſolte ediret werden. Und dahero [illegible] man die unreiffen Sachen nicht zu Marckte brin[illegible] und ſie unter ſeinen Namen verkauffen ſollen. [illegible] licet hæc βιβλιογνωσία magis conſpiret [illegible] Schurtzfleiſchiana Iſagoge in rem literari[illegible] qvam illa introductio in notitiam Scriptor[illegible] qvæ 1736. ſub nomine Schurtzfleiſchii in lu[illegible] protruſa eſt; Attamen tota mutila eſt, & [illegible] cumciſa, & hiantia verba recenſet. Plura [illegible] pita conducta nonnunqvam in unum. Un[illegible] diſcerptum in plura. Nullum ad maturita[illegible] perductum, Criſes extemporaneæ. Narra[illegible] nes mancæ.

Cæca parit properato acalanthis tinnula nix[illegible].

XV.

Conradi Samuelis Schurtzfleiſchii Elogia S[illegible] ptorum illuſtrium Seculi XVI. collecta a Godofr. [illegible] genero, Wittenbergæ 1729. Excerpta ſu[illegible] C. S. Schurtzfleiſchii collegio Hiſtoriæ litera[illegible] Et *introductioni in notitiam Scriptorum*, aliis [illegible] opuſculis hujus monetæ Schurtzfleiſchii vo[illegible] bulo inſignitis, præferenda, qvia magis an[illegible] ſitata ſunt qvam illa. Elogia etiam ſeveriori[illegible] judiciis interdum temperata. Et Hiſtorica q[illegible] dam interſperſa, non cuivis lippo & ton[illegible] nota. Et rem gratam feciſſet eruditis Auc[illegible] ſi & Seculi XVII. Scriptorum elogia, hiſce [illegible] peraddidiſſet. Siqvidem & in eo fuerunt n[illegible] nulli multa eruditionis copia inſignes, & v[illegible] laudibus condecorandi Viri.

XVI.

Elogia & judicia florentis olim Scholæ C. S. *tzfleiſchii de Scriptoribus variis, qvæ collegit us Sincerus*, Wittenbergæ 1731. Tu- uarium eſt hoc opuſculum, ſine ordine, via, ne, diſtributione. In qvo plura judicia n elogia, eaqve graviora, & notabiliora. litiones librorum magis notatæ, qvam argu- ta eorum, ipſaqve rei literariæ notitia vix pri- ligitis eſt contrectata, tantum abeſt ut ſit ex- ta. De ſolis enim ſcriptis Biblicis agit Au- , & Patribus, & paucis qvibusdam recen- bus.

XVII.

Nic. Hieron. Gundlingii Entwurff eines Colle- über die Hiſtoriam literariam, Halle 1703. hum hoc eſt ſpecimen Gundlingii, qvod edi- le Hiſtoria literaria, qvo ipſo, qvid valeant ac diſciplina humeri, fecit periculum. Di- m qvod legatur, qvia multum in eo eſt ſalis, eporis, & judicii. Atqve id inprimis ſi præ- onem ſpectes, in qva de Hiſtoriæ lit. utili- & neceſſitate diſſerit Auctor ea ratione, ut nam eandem judicarit Gottlieb Stollius, qvam m Bibliothecæ ſuæ Tomo 2. p. 121. ſeq. in- ret. Opuſculum autem ipſum in ſex capita ribit Auctor, diſſeritqve C. 1. de Typogra- e Origine, & claris Typographis. C. 2. de Bi- thecis illuſtribus, C. 3. De Scriptis & Scri-

ptoribus ad notitiam librorum pertinentibus. 4. De Scriptoribus juridicis. C. 5. de Theologi C. 6. de Philoſophicis. Sed erotemata po tantum, & rerum noſcendarum punctula, q parum proſunt iis, qvi Auctorem different non audiverunt, aut Diſſertationes ex ore e calamo exceptas non viderunt. Qvarum p ticulam Tomo I. C. 2. §. 16. p 137. ſeq. leg dam exhibet, qvi Hiſtoriam eruditionis Gun lingianam nuper qvatuor ingentibus Volumi bus vulgavit. Cum qvo conjungendus Pflemi qvi Collegium Gundlingii Hiſtorico-literari 1738. Bremæ excuſum in publicum prod juſſit. (2.) *Ejusdem Collegium über die Hiſtori literariam*, Halle 1713. De qvo Vir doct Gottlieb Stollius in Hiſt. erudit. Diſſert. Proœn nali: Anno 1713. *hat der Herr Prof. Gundl. zu Halle einen neuen Entwurff eines Collegii über Hiſt. literariam zu ediren angefangen, darinn er z gen wollen, in was vor Ordnung ein Studioſus Ju und politiſcher Menſch, alle ihm nöthige Diſcip nen und Wiſſenſchafften vernünfftig erlerne auch was derſelbe vor Bücher und Schrifften erke nen, und ſich bekant machen ſolle, dafern er e weder ſolid, oder auch nur cavallierement ſtudir will. Ich habe aber bis dato von dieſen netten und gelel ten Entwurffe mehr nichts als 4. Bogen zu ſehen beko men.* (3.) *Ejusdem dritter Entwurff eines Collegii üb die Hiſtoriam literariam*, ſine die & conſule, n non ſine capite & calce. In qva delineatione pr miſſis Prolegomenis Sect. 1. C. 1. agit. De Biblio thecis in genere & in ſpecie. C. 2. De aliis ſu ſidiis ad notitiam literariam. C. 3. de ſtilo, C.

Hiſtoria Philoſophica in genere. Sect. 2. de
ilosophia Barbarica ſpeciatim Hebraica. Sect. 3.
: Philoſophia Ægyptiorum. Sect. 4. De Philo-
phia Chaldæorum. Sect. 5. De Philoſophia
rſarum. Sect. 6. De Philoſophia Arabum.

XVIII.

*Petri Lotichii Secundi Opera omnia, qvibus ac-
ſit vita ejusdem deſcripta per Johannem Hagium,*
pſiæ 1594. Omnibus eſt melli Lotichiana
elys. Morhofius in Polyhiſt. L. 1. C. 19. §. 40.
244. Mira in Lotichio eſt ſuavitas & con-
nnitas carminis, & vix imitabilis, ut mihi ſu-
rare interdum ipſum Ovidium, ac Virgilia-
m in Eclogis ſuavitatem unus exprimere vi-
atur. Plures autem Operum Poeticorum ſunt
litiones, atqve in iis prima fortaſſis Pariſienſis,
æ ex officina Vaſcoſani via Jacobæa 1551. in
vo prodiit, hæc tamen Lipſienſi multis modis
ferior. In hac enim plura ſunt carmina & cul-
ora qvam in illa, in qva juvenilis incuriæ plu-
veſtigia. Qvod autem ad vitam Lotichii at-
net a Johanne Hagio Medico deſcripta, dictio
idem eſt ποιητικώτερος, & ornatu qvodam ver-
colore nitet, lectu tamen longe eſt digniſſima.
qvidem in ea multorum virorum eruditorum
currit mentio, de qvibus altum alioqvin eſt
entium. Multa etiam de iis nuntiantur ſingu-
ria. Et tota fere illius ævi narratur Hiſtoria
eraria. Et licet extra oleas interdum feratur
uctor, & terminos transſcriptos transgredia-
r, & qvædam referat ad vitam Lotichii non

attinentia; Excurſiones tamen jucundæ ſun ctu, & utiles, & lauta ubiqve lectori appoi tur bellaria.

XIX.

Præſidiorum Hiſtoriæ literariæ recenſio tabul Halæ 1724. Veritatis imaginem vix oſtend videtur J. C. Wolfio in Bibl. Hebr. Tom. 807. Qvod ſcripſimus in introduct. in Hiſt. li genere p. 141. fuiſſe qvi perſuaſum ſibi habu in Joh. Henrici Othonis Hiſtoria doctoi Miſnicorum, eruditos recenſeri, qvi Miſn patriam agnoſcant; Sed ecce! Præſidiorum ſtoriæ literariæ Auctorem, qvi p. 16. Ad xoniæ ſuperioris ſpeciatim Miſnicæ Hiſt. lit riam generatim, ſcribit, ſpectat; Othonis H rici Hiſtoria doctorum Miſnicorum. Amſt dami 1698. Atqve ſic bonus etiam interd dormitat Homerus. Vir enim alioqvin ſatis e ditus, & in Talmudicis etiam non parum ex citatus eſt hujus recenſionis architectus J. Call *** qvi proximis hiſce annis non vulgar laudem conſecutus eſt, ex eo, qvod de Jud e tenebris ad lucem divinam revocandis ma me fuit ſollicitus.

XX.

Chriſtoph. Aug. Heumanni conſpectus Reipu cæ literariæ editio tertia, Hannoveræ 1733. T tia hæc eſt editio hujus libelli, vel ſi faſt editionis vocabulum hoc ſignificatu, tertia v ex

ex ıſum vides hunc libellum, eundemqve hoc
a tu dimidia parte auctiorem, qvam fuit 1718.
jv primum in lucem exiit. Nec invidemus
au:ori, qvod in præfat. p. 14. ſeq. de ſe præ-
dic t, ſe *primum* eſſe qvi Hiſtoriæ literariæ uni-
ve ſalis ſcripſerit compendium; Miramur magis
qv e hoc ſuum opuſculum non ita inſcripſerit,
qv i iſtac epigraphe non eſt indignum, & iis
on ibus, qvi tale qvippiam conati ſunt, antefe-
re lu.n. In dictione enim Venus cum Minerva
eſt onjuncta, puritas cum perſpicuitate, & cum
lu edine virilis decor & elegantia. Nec in diſpo-
it ne qvicqvam eſt, qvod vel intempeſtivum
it vel *ἄτκοπον*. Et qvod in hoc agello literario
ve ſeritur vel metitur, oportunum eſt, &
fr ctuoſum, & ita comparatum, ut J. C. Cole-
ri udicio reſpondeat, qvi in analectis ad Stru-
vi manuductionem C. i. §. 25. p. 26. ſcribit:
E guus qvidem libellus eſt conſpectus hic
H umanni, ſed habet tamen nonnullas obſerva-
ti nes, conſilia, & monita admodum proban-
d & qvæ alibi vix reperias. Adde etiam judi-
c . In qvibus ea libertate uſus eſt Auctor, ut
n Patrum qvidem auctoritate ſibi os ſubliniri
p ſus ſit, (Vid. p. 79. 80.) (æterum hic con-
ſp ctus totus ex Heumanni ſcopo eſt dijudican-
d s. Qvi C. 2. §. 18. p. 26. Qvod ad me at-
t et, ſcribit, rudimenta & primas lineas Hi-
ſt riæ literariæ Criticæ deſcribendas hic ſuſcepi,
i ſingulis hujus Hiſtoriæ partibus præcipua enar-
r urus, deqve Auctoribus & eorum libris, iis
q idem, qvos ipſe ſatis novi, laturus judicium,
viam tironibus præiturus ad majora enitenti-

 bus,

bus, nec vulgari aut perfunctoria eruditi contentis. Hactenus Heummannus. Et ex præmonitione reſponderi facile poteſt, ad qvæ eidem objiciuntur ab iis, qvi limis oc adſpectare ſolent hunc conſpectum. Perm ſcilicet Hiſtoriæ literariæ momenta eſſe præ rita. Hoc enim ipſe in præfatione fatetur. unius Viri eſt tantum Oceanum exhaurire, palma conprehendere hunc orbem, & in co pendium, vel compendiolum tot tantasqve redigere. Paradoxa etiam nonnulla tuetur v C. 3. §. 14. p. 42. De punctorum & accentu novitate apud Hebræos. Thelogis etiam obl re infenſus videtur C. IV. §. 36. not. x. p. 1 Sed prius cum multis noſtratium habet comn ne. Et poſterius hoc ipſo disjicitur, q ipſemet SS. Theologiæ Doctor hodie & Pro ſor eſt. Nec fucum facit lectori Marti Schmeitzelius, *im Verſuch zu einer Hiſtorie* *Gelahrtheit* C. 7. § 3. not. 8. p. 101. ubi ſcri *Herr Heumann hat in ſeinem* conſpectu Reipu cæ literariæ *ohnſtreitig die beſte Abſchilderung* *ben*, *was zu der* Hiſtoria literaria univerſali *höre*. Siqvidem dignum viſum eſt hoc Comp dium Polyhiſtori Halenſi Nicolao Hieron. Gu lingio, qvod fundamenti loco ſubſterneretu prælectionibus Academicis, qvibus auditori viam ad Hiſtoriam literariam aperire non mi re concurſu qvam applauſu, allaborabat. C commentationes Gundlingianæ, ſed multis ceſſionibus Anonymi locupletatæ hodie t exſcriptæ proſtant, qvatuor ſpiſſis Volum bus in 4to. Qvorum primum & ſecundum 17

tium 1735. Qvartum 1736. Francofurti & ...ipſiæ impreſſum eſt. Nec inficiandum mul... bonæ frugis in iisdem contineri. Qvippe ...is cerebri erat Gundlingius, & cum in ſci...is aliis, tum in re literaria eximie verſatus; nec negari poteſt multa in iis legi, qvæ a ...tate prorſus ſunt aliena. Qvod enim Vol. I. ... 2. §. 17. p. 178. ſcribit: Me Magdeburgi ...a Mathematice concionari voluiſſe, h. e, ...ba facere ad populum Methodo Mathema...digeſta; Id tam falſum eſt, ut nihil poſſit falſius. Cum de hac re nec unqvam cogi...erim, nec cogitare potuerim. Qvi diſci...iarum Mathematicarum non magis peritus ...a, qvam linguæ Japanicæ vel Sinicæ, & ...thodi Mathematicæ non magis amicus, qvam ...Seneca, cujus egregium de ea judicium extat ... 88. p m. 517. Nec diſſimilis eſt comma... qvod Vol. IV. C. 6. p. 6068. legitur: Me ...Hiſtoria Atheismi, omnes in Catalogum ...heorum adſciviſſe, qvi unqvam a qvodam ...hei appellati ſint, ſive jure id factum ſive in...ia. Patet enim ex fronte libelli ſtatim, me ...eo exhibere & falſo & merito Atheismi ſu...ctos. Et docet exergaſia tota, Atheismi ...iculam e tot virorum doctorum nominibus a...e fuiſſe elutam, ut ægre ſuſtinuerint nonnul... hanc meam ἐπιείκειαν. Et qvod prodigium ...i videbitur, Sect. 2. C. 22. §. 2. p. 161. ...atonem non fuiſſe Atheum contra ipſum ...undlingium aſſerui. Unde liqvet, aut Virum ...ctiſſimum in hoc collegio literario diſſeruiſſe ...icqvid in buccam, aut eos qvi calamo exce-

 pe-

perunt ejus ſermones ſcripſiſſe, non
pronunciata, ſed ſua ſomnia. Vitio etiam n
dat Vol. IV. C. IV. §. 11. p. 6052. qvod
mus Auctorem claſſicum latinum notis Ger
nicis illuſtrarim. Sed hoc alii laudandum in
jam pridem judicarunt. Et Gundlingius i
l. c. dum hoc novum inſtitutum, linguæ lati
non ſatis gnaris ſalutare eſſe ſcribit, eo i
momento me laudat, qvo maculat. Præter
alios hujus generis cypariſſi fructus, & o
ſubventanea. Certæ enim huic Viro ration
erant, propter qvas me qvacunqve data occ
ſione maledictis collutulandum cenſebat, qv
in vulgus ſpargere in præſenti nihil attinet.

XXI.

Chriſt. Aug. Heumanni Conſpectus Reipubli literariæ, Hannoveræ 1718. De qvo antea.

XXII

Franciſcus Baco de Verulamio de dignitate & au gmentis ſcientiarum, Argentorati 1654. Opu
ſculum aureum, gemmeum, adamantinum,
qvo carere nemo poteſt, qvi rei literariæ inde
lem rite perſpectam habere cupit. Et nos qvi
dem jam ante 30 annos idipſum, libris noven
conſtans, in novem tabulas redegimus, iisdem
qve tabulam Iſagogico-Criticam ſubjecimus
qvam & h. l. inſeremus, qvia qvicqvid de ea
eſt ſcitu neceſſarium uno qvaſi oculi nictu in
tuen

In Baconis de Verulamio opere de dignitate & augmentis. *Scientiarum notanda,*

I. *Cauſa efficiens.* Quæ eſt Franſc. Baco de Verulamio, Vice-Comes S. Albani, & Summus Angliæ Cancellarius. Cujus obſerv.

- I.) *Dignitatem* nominis cum inſigni eruditione conjunctam. Erat enim longa experientia edoctus, & per multos munerum gradus ad ampliſſimum Magiſtratum favore Regis Jacobi indulgentiſſimo evectus. Quem Magiſtratum per annos Quatuor integros tunc geſſerat, cum huic operi manum injiceret. Et quod majus eſt, Regiæ Majeſtatis mandatis & colloquiis per annos XVIII. continuos aſſveverat. Ut ipſe ſcribit de ſe L. 8. c. 3. p. m. 445.
- II.) χρηςοφιλίαν Singularem, Sic enim ſcribit,
  - L. VII. c. 1. p. 348. Ego in iis quæ nunc edo, & in iis quæ inpoſterum meditor Dignitatem ingenii, & nominis mei, ſi qua ſit, ſæpius ſciens & volens projicio, dum commodis humanis inſerviam. Quique Architectus fortaſſis in philoſophia & ſcientia eſſe debeam; Etiam operarius, & bajulus, & quidvis demum fio. Cum haud pauca, quæ omnino fieri neceſſe ſit, alii autem ob innatam ſuperbiam ſubterfugiant, ipſemet ſuſtineam & exequar.
  - L. IX. c. ult. p. 497. Ego optaverim etiam inventa mea ab aliis in poſterum ſuperari.
- III.) *Modeſtiam* etiam admirabilem, quæ ex l. c. abunde conſtat, Item εἰρηνοφιλίαν l. III. c. ult. p. 371.

II. *Materia.* Quæ verſatur in eo, ut oſtendat in antiquo orbe ſcientiarum.

- 1) *Quid deſit.* Ubi non tantum indicat quid deſideret in Εγκυκλοπαιδεια noſtra, ut Hiſtoriam literar. l. 2. c. 4. p. 90. Sed etiam docet qua ratione defectus illi comode ſuppleri queant l. 2. c. 13. p. 113.
- 2.) *Quid ſuperſit.* Et quidem
  - ὁλικῶς
    - Poëſis; quod docet L. VI. c. 1. 278. l. II, c. 19. 114.
    - Metaphyſica Scholaſtica L. III. c. 1. 139.
  - Μερικῶς in
    - Theologia
      - Naturali L. III. c. 2. p. 545.
      - Didactica L. IX. c. 1. p. 496.
      - Polemica l. c.
    - Logica L. V. c. 4. p. 260.
    - Hiſtoria Eccleſ. L. 3. c. 11. p. 106.
    - Ethica L. VII. c. 1. p. 346.
    - Grammatica L. VI. c. 11. p. 279.
- 3.) *Quid adſit.* Sed non
  - *Diſtinctè*, ut tractatio philoſoph. de animæ functionib. L. IV. c. 3. p. 218.
  - *Accurate*, ut Poëſis Parabolica L. II. c. 13. 112.

II. *Forma* in qua not. Oeconomia.

- Verborum S. ſtilus qui
  - Αρχέτυπος fuit Anglicanus. Ex idiomate enim Anglicano à Viris quibusdam diſertis translatum eſt hoc opus, & propria Baconis recenſione caſtigatum. Ut eſt in præfat.
  - Ἔκτυπος Latinus qui
    - Laudandus, Quia
      - Vivax & maſculus. Ut Baco ipſe in præfat. L. 2. p. 69. gloriatur.
      - Alluſionibus creberrimis & oportuniſſimis exornatus.
      - Tropis & Schematibus & ſententiis elegantibus diſtinctus.
    - Vituperandus ob
      - Μακροκωλιαν.
      - Frequentes Parentheſes.
      - novas voces, v. g. Bonum ſuitatis. L. 2. c. 7, p. 357. vocum ſignificationes. Quo nomine tamen ſe excuſat Baco L. 2. c. IV, p. 148.
- Rerum in exemplari
  - *Anglicano.* Ubi duæ tantum hujus operis partes ſunt, & duo libri fuerunt. Vid. præfat. & L. I. c. 1. p. 3.
  - *Latino.* Ubi ſunt libri IX.

IV. *Finis.* qui

- Primarius, ut defectus Scientiarum indicaret, & ſuppleret. L. 2. p. 78. & c. 13. p. 113. L. IV. c. 1. p. 185.
- Secundarius, ut inutilia recideret, & utilia, ſed male ordinata diſponeret.

undum ſiſtit. Scilicet notanda eſt in hoc Baccius Opere

XXIII.

Danielis Hartnaccii Anweiſender Bibliothecaris, Hamburg 1690. Non ſpernendus plane, &in imum ſubſellium detrudendus Auctor. Habet enim obſervationes nonnullas perutiles, monita etiam & conſilia qvædam ab iis non flocci facienda, qvi ſtudiorum cupidine flagrant. Nec defuit aliis inſerviendi ſtudium; Sed defuit fati benignitas. Qva factum, ut inopia preſſus procedere in honorum via non potuerit. Fluctibusqve perpetuis jactatus (Vid. præf. & p. 124.) locum morari, & ingenium habere in numerato, & literis ſine ſolicitudine vacare neqviverit. Unde ſexcenta incommoda. Dictio ſubmoroſa, & venuſtatis expers. Oeconomia ſibi non ſatis conſtans, judicia qvædam deproperata, frigida, partium ſtudium olentia. v. g. Bartholomæum Keckermannum fuiſſe Ramiſtam p.100. Spenerum in Catechismo Syncretiſtis ſuffudiſſe frigidam p. 201. Valentinum Frommium a nobis tranſiiſſe ad caſtra Pontificiorum p. 130. Et qvæ præ cæteris in hoc Bibliothecario lectu digna nobis videntur, ſunt ea, qvæ tradit Auctor de Scriptoribus Logicis p. 88. ſeq. & Metaphyſicis p. 123. ſeq.

XXIV.

Martin Schmeitzels Verſuch zu einer Hiſtorie der Gelahrtheit, Jenæ 1728. Qvod ab Auctore doctiſſ. inſcribitur; Tentamen Hiſtoriæ eruditionis, opuſculum, non Hiſtoriæ eruditionis, vel Hiſtoriæ literariæ tentamen eſt, ſed deſignatio qvorundam capitum eruditionis, ſyſtematice digeſtorum, & ita adornatorum, ut præparationis loco ad Hiſtoriam literariam univerſalem eſſe qveant. Hiſtoria enim eruditionis in eo nulla eſt. Vel rara admodum. Summa autem indicantur capita, qvæ in ea ſint pertractanda. Et Scriptores qvi conſulendi. Et corollaria qvæ elicienda. Et hæc omnia dictionis perſpicuitate, & ordinis venuſtate, & eo nomine ſe commendant potiſſimum, qvod qvem ortum & progreſſum ſcientiæ in Germania habuerint cumprimis inqvirendum eſſe ſvadet Auctor.

XXV.

Bibliographia Hiſtorico-Politico-Philologica Curioſa, Germanopoli 1696. Secunda hæc eſt editio hujus libelli, qvi jam 1677. Germanopoli eadem forma octo foliorum ἀνωνύμως e prelo egreſſus erat. Auctorqve ejusdem eſt Joh. Heinr. Boeclerus, qvod monet in Diatribe de Helmoldo §. 21. Joh. Mollerus. Et poſt Mollerum Joh. Gottlieb Krauſe in præfat. noviſſimæ editioni præmiſſa, argumentis qvibusdam ſpe-

ſpecioſis ita aſſeruit, ut verum putari poſſit. Et nos ante 30. annos id animo agitavimus, ut eundem noſtris curis retractatum, h. e. auctum, emendatum, & illuſtratum denuo in lucem prodire juberemus; Cujus rei luculentum teſtimonium exhibent additamenta MSCta, cum indice copioſo Auctorum inedito, qvem huic noſtro exemplo addidimus. Sed intercesſit poſtea Vir doctiſſ. Joh. Gottlieb Krauſe, & nobis fecit otium. Hic enim univerſum hoc opuſculum 1715. ita recuſum dedit, ut novum prorſus videri qveat. Omiſit autem Orationem Boecleri de ſtudio politico, huic editioni præmiſſam, & qvæ qvaſi appendicula eidem in fine ſuperaddita eſt, Bibliothecam Politicam contractam. Et hoc qvidem eam ob cauſam, qvia non Boecleri, ſed Joh. Andreæ Boſii fœtus eſt hæc Bibliotheca, prout luculenter idipſum probatum dedit Krauſius in præfat. edit. poſtremæ p. m. 31. ſeq. Iſtud autem qvia non intaminata eſt, & intaminatior extat Tomo Boeclerianarum Diſſert. 3. Et qvod in ea de libris politicis legitur, Krauſianæ editioni ſuo qvodlibet loco inſertum eſt.

XXVI.

Joh Henrici Boecleri Bibliographia Critica aucta & edita a Joh. Gottlieb Krauſe, Lipſiæ 1715. Plures fuerunt qvi de Bibliographia Boecleriana emendatius edenda cogitaverunt, Joh. Fridericus Pfeffingerus, Hieronymus Auguſtus Groſchuvius, alii, ut de nobismet ipſis nihil dicamus,

mus ; Sed in herba ſuppreſſa ſunt horum omnium conſilia , ſoliqve Krauſio licuit eſſe tam felici , id ipſa re præſtare qvod animo conceperat. Nec adverſa fortuna in hoc labore uſus eſt. Siqvidem nihil tale cogitanti oblatum eſt MSCtum prælectiones Boeclerianas complexum , e qvibus Bibliographia hæc initio prognata eſt. Unde firmatus in propoſito primum omnia Opera Boecleri cæpit perluſtrare , & ex iis qvicqvid ad hocopuſculum illuſtrandum, locupletandum & emendandum faceret , enotare. Tum ſanare contextum , & in eo cumprimis Scriptorum nomina fœdiſſime corrupta. Deinde oeconomiam immutare , & Operi faciem induere a priore plane diverſam. Poſt integra capita adjicere. Et tandem Diſſertationem de ſtudio politico , & Bibliothecam Politicam contractam reſecare. Qvibus rebus ita transfigurata eſt Bibliographiæ hujus forma, ut ſi hanc editionem cum priore compoſueris, qvovis pignore certare auſis , librum hunc ab iſthoc plane eſſe diverſum , & nihil cum eo habere affinitatis. Utinam placuiſſet Auctori qvas p. 827. ſeq. adjecit animadverſiones ſuis locis inſerere , & largiores de iis apponere dapes , ut, qvi in hoc Compendiolo adhuc ſuperſunt hiatus, expleri magis potuiſſent. Sic enim , v. g. de Scriptoribus Hiſtoriæ literariæ pleniorem fortaſſis haberemus deſignationem qvam qvæ C. XXV. p. 396. ſeq. legitur. Qva oſſa tantum nonnulla arefacta , & exeſa de hoc corpore præclaro exhibet, eaqve perpauca admodum & male cohærentia , tantum abeſt u

ſceleton bene ordinatum, & ſuis partibus conſins conſpiciendum præbeat.

XXVII.

Juſti Lipſii, de Bibliothecis Syntagma. Sine loco. 1627. De qvo qvid ſentiamus ſincere, & ex animo diximus, in Idea Syſtematis antiqvitatis literariæ Sect. IV. Num. 18. p. 347.

XXVIII.

Johannes Lohmeier, de Bibliothecis, Ultraӗcti 1680. De hoc etiam vide criſin noſtram c. Sect. IV. Num. 19. p. 348. ſeq.

XXIX.

Gottlieb Stollens Anleitung zur Hiſtorie der Gelahrtheit, Halle 1718. Vide ſis qvæ ſupra diximus de editione ſecunda hujus Operis in Catalogo librorum, qvi formam referunt plagularum in qvatuor folia complicatarum Num. 6. p. 116.

XXX.

Joh. Alberti Fabricii Bibliotheca Latina, Hamburgi 1712. (2.) Ejusdem, *Bibl. Lat. Supplementum ſive volumen ſecundum*, Ibidem. Eodem.

XXXI.

XXXI.

J. A. *Fabricii Bibliotheca Latinæ volumen tertium ultimumqve*, Hamburgi 1722. Opus totum pragmaticum, & ad utilitatem factum. In qvo Auctorum omnium veterum Latinorum non Eccleſiaſticorum, a Plauto uſqve ad Jornandem, ſcripta enarrantur, genuina a dubiis & ſuppoſititiis, edita ab ineditis, qvæ ſuperſunt ab iis qvæ perierunt diſcernuntur, editiones, verſiones, collectiones, fragmenta, indicantur. Indices Scriptorum, qvi in iis allegantur, Herculeo labore conqviſiti, proferuntur, & totius Latii opes literariæ in unum conductæ Lectorum oculis ſubjiciuntur. Exceptis ævi medii ſcriptis & Scriptoribus, qvos ſciens & volens prætermiſit Auctor, (p.787.) qvi Chriſt. Aug. Heumanni judicio, in conſpectu reipubl. lit. C. 7. §. 5. p. 355. in hoc ſtudio Voſſii induſtriam non æqvavit ſolum, ſed ſuperavit, hodieqve principatum tenet inter Hiſtoriæ literariæ Profeſſores, & Bibliothecarius reipublicæ literariæ optime meritus vocari meretur, & cujus Bibliotheca Latina pariter & Græca merito pro monumentis habentur immortalitate dignis. Atqve hinc non imminuunt, ſed augent perelegantem hujus corporis venuſtatem levidenſes, qvæ in eo deprehenduntur maculæ, v. g.

I. Volumine 1. L. 2. C. 13. p. 412. ſcribit Auctor, Epitome Plinii a Rainoldo, qvodam compoſita Oxoniæ in Biblio-

theca Collegii Balliolenſis MSCta aſſervatur, teſte Voſſio de Hiſt. Lat. Sed in Catalogo MSS. Angliæ Anno 1697. f. nullam potui ejus mentionem reperire; Verum reperitur omnino diſertis verbis hæc Rainoldi Epitome Plinii in Catalogo MSCtorum Angliæ Part. 2. p. 10. N. 418. Et Tomo 2. p. 48. N. 1855. memorantur Excerpta ex Plinio per R. Criobladenſem Priorem de Oxenf. dicata Henrico Regi Anglorum. Qvod nomen vitioſe ſcriptum corrigitur p. 247. N. 8591. Ubi extat Roberti Crickladenſis defloratio naturalis Hiſtoriæ Plinii. Atqve hic Crickoladenſis (qvaſi Græcoladenſis ab oppidolo prope Oxonium, ubi qvondam Gymnaſium Græcæ lingvæ erat) eſt ille, qvi ante Rainoldus, & Criobladenſis eſt vocatus. Dictus alias Robertus Canutus, & uberius deſcriptus a Joh. Balæo Cent. 3. de Scriptoribus Brittannicis p. m. 213. Atqve hujus *deflorationes Hiſtoriæ naturalis Plinii a Balæo*, l. c. eidem adſcriptæ, & adhuc ineditæ, ſunt apud nos in membrana nitide ſatis exaratæ, ex Bibliotheca Uffenbachiana ad nos delatæ, & manu Uffenbachii hinc inde notatæ, ſed imperfectæ.

I. Volumine 3. Extat in titulo, Accedit p. 761. Aurelii Cornelii Celſi Rhetorica, ex unica Sixti Popmæ editione. Qvam in

in præfatione ad Lect. & in ipſo oper
p. 758. eam ob cauſam huic volumi
inſeruiſſe totam ſcribit, qvod perra
occurrat, & Qvintiliani judicio n
ſine cultu & nitore ſcripta ſit, &
Franſciſco Pithæo in collectione an
qvorum Rhetorum omiſſa, qvæ Pa
ſiis excuſa eſt 1599. 4. Sed fallitur V
doctiſſ. dum putat, hoc, qvod Biblio
thecæ ſuæ inſeruit Compendium Rh
toricum in Pithæi collectione non r
periri. Legitur enim ibidem p. 30
312. & qvidem iisdem verbis qvib
extat in Vol. 3. Bibl. Fabricianæ
759-772. Sed non ſub Celſi, veru
ſub Julii Severiani nomine. Atq
hunc etiam verum eſſe hujus fœt
parentem non Celſum, multa ſu
qvæ faciunt, ut credamus. Nullo eni
argumento a Fabricio probatum eſt, C
ſum hujus Rhetoricæ eſſe architectu
nec, qvi eandem ante Fabricium e
dit, a Sixto Popma, nec extat etiam h
in Qvintiliano. Et qvi ante Popma
excudi fecit, (non enim ſolus Pop
edidit, nec primus,) & poſt eum F
terius, & Pithæus, & Labbeus om
nomen Severiani eidem in MSCtis
notatum invenerunt. Et digna ex
mamus lectu qvæ Vir doctus, & i
literaria præclare verſatus, nobis
tem nec de nomine notus, nec de
tria, (Baſileenſem tamen ſe profit

tur, & per menſes fere VI. in urbe noſtra moratus, noſtra Bibliotheca, & conſvetudine utebatur freqventer) *ἀνωνύμως* hac de re in ſchedula qvadam ad nos perſcripſit, *primus*, qvantum ego ſcio, Syntomata (hæc enim eſt inſcriptio hujus Opuſculi in Pithæi collectione) edidit Curio, (annus me fugit) *ſecundus* Popma, ſed ſub titulo Celſi, & qvaſi primus, nec qvicqvam de Curionis editione ſciens A. C. 1569. *Tertius* Fruterius aut rectius Douſa 1584. *Qvartus* Pithæus. 1599. Curionis, Douſæ, & Pithæi editiones ſunt pleniores editione Popmæ. Itaqve hac potius caruiſſemus qvam illis. Sed nomen Cornelii Celſi fucum fecit celeberrimo Fabricio, ut plenioribus neglectis minus plenam, ut cimelium qvoddam Bibliothecæ ſuæ Lat. Vol. 3. insereret. Sed hoc vel maxime mirandum eſt, qvod idem Fabricius Vol. allegato p. 750. dicat, Celſi Compendium Rhetorices inter Pithæanos Rhetores non extare. Nam ſi ut nomen Auctoris, ita & libri initium, mente geſſiſſet, dum Pithæanos Rhetores evolveret, inveniſſet utiqve, Syntomata artis Rhetoricæ Severiano, non Celſo auctore, eſſe vulgata. Habeo Popmæ editionem notatam manu, fortaſſis Cujacii, item Apographum MSCti, multum a vul-

gatis editionibus diverſum, ex qvo
teſcit qvibus temporibus vixerit S
rianus, Gratiani Imperatoris tun
ventis mentionem faciens. Hacte
Vir ille doctus, qvicunqve etiam
rit, Tros, Rutulusve. Mirum e
qvantum ſe abſcondebat.

XXXII.

Ludolphi Küſteri, *Hiſtoria Critica Hom*
Francof. ad Viadrum 1696. Magno ſtudi
judicio congeſta, cum ex Scriptoribus aliis,
ex Euſtathio præcipue; Sed qvæ multis in
cis locupletari & emendari poteſt, ex J. A.
bricii Bibl. Græcæ L. 2. C. I-VII. p. 253-3
Qvi & ibidem C. I. §. 6. p. 257. ſcribit, a
maſſe ſibi Küſterum, ſe hanc Hiſtoriam lo
locupletiorem, variisqve præclaris obſerva
nibus ex monumentis ineditis adauctam,
rum prelo ſubjecturum. Verum morte im
ditus datam hanc fidem præſtare non potui

XXXIII. XXXIV.

Bibliotheqve Critiqve *ou recueil de dive*
pieces Critiqves, *publiees par Mr. de Sainjore.*
mus I. & II. Amſterdam 1708. (2.) Ejusd
Tomus III. Ibidem, Eodem. *Tomus* IV. 17
Hunc Sainjorium eſſe Richardum Simonium
ctorum eruditorum collectores 1710. Me
Junii p. 279. accepiſſe ſe ſcribunt. Et Sc
diasmata pleraqve in hac Bibliotheca ab em

chardi manu eſſe profecta res ipſa loqvi-
Sed ea ab ipſo etiam collecta & in lucem
acta, vix impetrare poſſumus a nobis ut
mus, ob ea qvæ hinc inde legimus, v. g.
C. 27. p. 379. On a vu dans Paris qvel-
copies Manuſcrites de ce Diſcurs, qvi eſt
remment a Mr. Simon. Verum qvomodo-
ve ſe res habeat Bibliotheca hæc ejus eſt
natis, ut in hoc genere vix ulla eidem
erri, paucæ pares putari qveant. Dictio
s, venuſta, liqvida, in brevitate perſpi-
Ea qvæ ab Auctore congeſta T. I. II. III.
pita. T. IV. in Epiſtolas ſunt digeſta. Et
omnia

Linenda cedro, aut lævi ſervanda cu-
preſſo.

guta, docta, polita, ſingularia, perpau-
iſa, lecta, audita.

1.) De Scriptorum charactere, indole, genio, firmitate, infirmitate, laudibus, maculis.

2.) De Scriptis editis, ineditis, profanis, ſacris, Latinis, Græcis, Hebraicis, Syriacis, Armenicis, Rabbinicis, Caraiticis, Cabaliſticis &c.

3.) De editionibus optimis & rariſſimis S. S. V. & N. T. Patrum Græcorum & latinorum, integris & corruptis.

4.) De rebus Orientalium & Occidentalium theticis, polemicis, Criticis, Hiſtoricis.

(5.) De Richardo Simonio ejusqve ſc
controverſiis, amicis, inimicis.

Atqve in his ea ut plurimum moderati
fide & candore uſus eſt Simonius, ut ir
bus veritatis locum habere mereatur; I
enim, ut ex multis perpauca tantum
mus, ſcribit,

(1) Tomo 1. C. 17. p. 258. Rome eſt
où l'on a le plus inprimé de peres
au commencement de l'impreſſior
il eſt de notoriete publiqve, qve c
mieres Editions de Rome ſont fo
exactes. Jean d' André Evêqve
ria, qvi a eté le reviſeur d' une
des Manuſcits, ſur leqvels elles
faites, temoigne dans, qvelqvun
prefaces, qv'il les a retouchez exp
qv'il les a rendus plus clairs & plus
ligibles pour la commodite, de ce
les liroient dans les imprimez.

(2) L. c. p. 263. La plupart des Com
tes religieuſes ont crû avoir le droit
former leurs Ecrivains. Les Domi
en ont même fait un ſtatut. Les J
ont auſſi prit cette liberté de ret
leurs Auteurs.

(3) T. 3. C. 35. p. 415. Vous ne
pas non plus oublier dans Votre
(ſcribit ad Le Longium Bibliothec
cram apparantem) ou Catalogve

ginal de verſion latin de Sainte Jerome, qv' on pretend garder à Rome, & d'ont Valla, qvi l'avoit vûe & examinée a eu raiſon de ſe moqver.

ex Auctorum & rerum omiſſus eſt, qvem omo ultimo ſubjecimus, noſtro ſtudio atum, manuqve noſtra exaratum.

XXXV.

ibliotheqve Choiſie. Tomus I. & II. Amſter-714. Cujus Auctor, ſi meliorem par-ectes, præfatione teſte, eſt Mr. Barat, ii Mazariniani ſocius, vel, ſi Baſnagium in præfat. Hiſtoriæ Judaicæ §. 13. p. 19. dus Simonius, cujus ſtilus, genius, & ter vivide in ea expreſſus eſt. Sed cha-Simonii eſt, oſtentare artem Criticam, rum Orientalium notitiam, MSCtorum iorum copiam, qvæ parum occurrunt Bibliotheca; Multa tamen cum Biblio-Critica, cujus pars potiſſima debetur Si-habet communia, Methodum, Libro-ectum, veritatis profitendæ ſtudium,

C. 2. p. 29. Un traducteur exact ne oit jamais alterer, en qvoi qve ce ſoit, les uteurs qvi traduit, non pas meme dans s endroits, qvi ſont contraires à la fois. peut ſeulement faire des notes ſur ces adroits la. Cependant cet un defaut

aſſez commun à ceux qvi ont traduit ouvrages des Peres Grecs, ſur tout en lie, comme on le peut voir dans le p mieres verſions Latines, qve nous av de Livres Euſebe. On a retranché d Demonſtration Evangeliqve tout ce paroiſſoit appuyer l'Arianisme & qv qves autres erreurs, & meme jusqve preſent nous n'avons point de verſ exacte & ſincere de cet excellent vrage.

L. c. C. 31. p. 254. Duo tantum Sacrame ta à Chriſto eſſe inſtituta reliqva ex S. probari non poſſe.

T. 2. C. 12. p. 217. Novam verſionem A bicam S. S. factam ſub Innocentio X. inutilem hunc eſſe laborem, nec hor ris qvicqvam adferre huic præſuli, c ad normam verſionis vulgatæ facta Qvaſi neceſſarium ſit, Orientales gen ſubdere Latinæ vulgatæ.

XXXVI.

Freymüthige Gedancken aus der Hiſtorie, Critic, und zumahl der Literatur, Cöln 1731. La Satura, ad imitationem miſcellaneorum, ut detur, adornata, qvæ ſub ficto Marvillii n mine ſunt edita. Pari ſane induſtria Auctore corrogata, qvi teſtibus novel literariis Hamburgenſibus eſt Dominus Scheib nius, Conſiliarius Cameralis Iſenacenſis. S majore fœcunditate ingenii, judicii, doct

ꝫ. Cognitione etiam lingvarum & ſcientia- m uberiore. Et apparatu Scriptorum exotirum rariſſimorum & ſeleċtiſſimorum tanto, abſconditiſſima Muſarum adyta perreptaſſe inc Polyhiſtorem appareat.

XXXVII.

Traitte Hiſtoriqve des plus belles Bibliotheqves l'Europe par le Sieur le Gallois. Pariſiis 1680. omen Auctoris eſt, Antonius Maſſa Galleus. Et hunc B. G. Struvius in Introductione notitiam rei literariæ C. 2. §. 1. p. 46. pleiqve ex Joh. Lohmeieri opuſculo de Bibliothecis deſcripſiſſe refert. Nec alienum a veriate eſt, eundem hoc libello mirum qvantum djutum; Sed primam tantummodo editionem idit, qvæ 1669. excuſa eſt. Siqvidem poſterior, qvæ priore multo eſt auctior, eodem nno, qvo hæc Galleſii Diatribe, e prelo exiit. Vide ſupra N. 28.) Multa etiam qvæ a Lohneiero erant præterita addidit, v. g. C. 14. p. 21. de Bibliothecis Gallicis. Item C. 15. p. 137. le Bibliothecis Sinicis, Japanicis, Arabicis, Perſicis, Turcicis, Æthiopicis, &c. Nec nonen Lohmeieri prorſus ſupprimit, ſed p. 158. ejus mentionem facit. At, qvod laudare non poſſumus. 1) Extra chorum ſaltat Auctor ſæpius, & ſepta argumenti ſui tranſiliens integra capita profert de typographia, & typographis, & libris primis impreſſis, & caritate librorum ante inventam typographiam. 2) Ordine utitur diſſoluto admodum & indecoro. 3)

In inſcriptione promittit amphoram Lectori, poſtea eidem vix exhibet urceum.

Eſt nimium parvus, nec bene cultus ager.

XXXVIII.

Danielis Maichelii Introductio ad Hiſtoriam literariam de præcipuis Bibliothecis Pariſienſibus, Lipſiæ 1721. Galleſius in Tr. de politiſſimis Galliæ Bibliothecis C. 15. p. 121. Plus qvam 50 Bibliothecas enumerat Pariſiis adornatas, e qvibus duodecim tantum deſcribendas ſibi ſumſit Auctor. Sed præcipuas & maxime illuſtre Et in hujus unius deſcriptione plus eſt ſucci ſangvinis, qvam in iſtius omnibus. Nec enim in otio conſumſit novem menſes qvibus fuit Lutetiæ (præf. p. 7. tr. p. 178.) ſed in negotio, omnesqve Bibliothecas, & has duodecim præ cæteris, ſtudioſe perreptavit, & virorum eruditorum conſvetudine uſus notavit

(1.) Bibliothecarum ortum, progreſſum, ſtatum.

(2.) Librorum in iis obviorum cum MSC-torum tum impreſſorum numerum.

(3.) Eorum qvibus cura Bibliothecæ commiſſa eſt, & aliorum doctorum Virorum Characterem, indolem & genium.

(4.) Co

(4.) Codicum qvorundam editorum antiqvitatem, raritatem, diſcrimen, v. g. In Bibliotheca Eccleſiaſtica Dupinii priorum Seculorum, qvæ Anno 1693. & ſeqventibus luci expoſita eſt, deficere multa, qvæ antea ibi extabant, atqve inter alia ejus ſeqventia de Neſtorianiſmo, qvod ſit mera λογομαχια, qvam Anno 1693. retractare coactus eſt. P. 2. C. 2. p. 140.

(5.) Codicum nonnullorum MSCtorum, conditionem minime communem, v. g. P. I. C. 1. p. 18. Codicem MSCtum S. S. in Bibliotheca regia in qvo Scriptura antiqva deleta & eraſa Opera S. Ephræmi Syri ſuperſcripta & in ejus locum ſubſtituta ſunt. De qvo reſcribendi modo veterum, vel potius Scriptorum ævi medii, egimus in Syſtemate antiqvitatis literariæ p. 590. Et poſtea plura de eo legimus in Palæographia Græca Bernhardi de Montfauçon L. IV. C. 8. p. 310. Ludolphi, Kuſteri præfatione in N. T. Millii Sviceri theſauro Eccleſ. voce βιβλιοκάπηλος.

XXXIX.

Laurentii Lundii Compendium Bibliothecæ Græcæ, Hafniæ 1704. Qvod ſi ordine Chronolo-

gico vel Syſtematico digeſtum eſſet, lectu jucundius procul dubio fuiſſet Hiſtoriæ literaria deditis, & ad augendam ornandamqve doctrinam oportunius, qvam Alphabetico. Siqvidem Methodus κατα ϛοιχεια eſt αμεθοδος, ſi ad res accommodetur, qvæ juſſa Grammaticorum capeſſere detrectant. Medela tamen aliqvantulum huic malo facta eſt, indicibus Chronologicis & Syſtematicis, qvi Alphabeticæ Scriptorum deſignationi ſunt adjecti. Tuum erit addere qvæ deſunt, in hac curta ſuppellectile, in qva ad Auctorum vitas, ſcripta, eorumqve editiones ſexcenta poſſunt adjici Paralipomena. Et emendare qvæ parum accurate dicta videbuntur. Qvippe non omnia ſunt εκ τȣ τριποδος, Ludolphus ſane Neochorus (vel potius Neocorus, aut Kuſterus) non eſt Cantabrigienſis, qvod p. 132. dicitur, ſed Weſtfalo-Lippienſis. P. D. Huetius non omnia Opera Origenis Græce & latine edidit, qvod p. 108. legitur; Sed exegetica tantum; Et qvod p. 21. proditur Antonium Gvevarram Hiſpanum inſigni plagio Opus Marci Antonini Aurelii de ſeipſo ad ſeipſum ſuum feciſſe, ſub titulo: *Horologii Principum*, id tam alienum eſt a veritate qvam qvod maxime. Diſerte enim in Proëmio ſpeciali Gvevarra ſcribit, unde hauſerit, qvæ ſpargit in Horologio. Ex omnibus qvæ legi, ecce ejus verba, nihil me magis qvam M. Aurelii doctrina ſtupefecit, cum tantum ſapientiæ theſaurum a Deo pagani ori creditum conſpicerem. Cum autem pleraqve Græce, nonnulla etiam latine ſcripſerit. Græ-

ca

amicorum ope adjutus, latina proprio Marte vernaculam linguam tranſtuli. Cogitet jam isqve qvanti laboris fuerit, Græca in latinam, latina in vulgarem Hiſpanicam linguam, & hac rudius dicta in ſermonem elegantem nvertere.

XL.

Bibliotheca Aproſiana ex lingua Italica converſa Joh. Chriſtophoro Wolfio, Hamburgi 1734. an. Georg. Morhofius in Polyhiſt. Libr. I. C.V. . 14. p. 40. Qvomodo Bibliothecam ſuam ngelicus Aproſius Auguſtinianus inſtituerit, non qvet; Nam nihil ejus, qvod ſciam eſt editum. cilicet usqve adeo rarus erat hic libellus ea mpeſtate, & incognitus in his oris, ut Morofius, librorum rariſſimorum, ſi qvis alius, inefeſſus indagator, eundem nunqvam typis excriptum exiſtimarit. In qva hæreſi iſthoc ævo iri docti plurimi in Germania fuerunt, & foraſſis adhuc hodie in ea perſiſterent, ſi J. C. Wolfii cura hanc heterodoxiam non ſuſtuliſet. Hic enim ex Chriſtophori Theophili Ungeri Bibliotheca exemplum nactus, qvod 1673. ononiæ in 12mo e prelo exierat, idiomate Italico concinnatum, in LL. illud tranſtulit, inroductionem reſecando, qvæ nihil continet, præer Aproſii vitam, itinera, ſcripta &c. de qvius, qvantum ſatis eſt, diſſerit Wolfius in præfatione huic verſioni præmiſſa; Et digreſſiones qvasdam inutiles & Parentheſes, velut luxuriantes ramos, in arbore feraci circumcidendo.

Nec

Nec male poſuit operam Vir Celeberrimus Qvippe multa ſunt in hac Bibliotheca, de Viri in Italia doctis & illuſtribus, ſcriptisqve eorum & actis literariis, qvæ alibi vix invenias. Sed qvod dolendum, Auctor in eorum deſcriptione diſtentus eſt cumprimis, qvorum liberalitatem expertus erat, & a qvibus libros qvosdam dono acceperat, Bibliothecæ ſuæ inſerendos, qvorum ètiam ut plurimum Catalogum lectori conſpiciendum ſubjicit. Excurſionibus etiam ita indulget, ut inſtituti ſui memoriam interdum prorſus amiſiſſe videatur. Nec ordinem ullum ſervat niſi Alphabeticum in nominibus Scriptorum propriis. Et qvod maximum hujus Alphabeti mendum eſt, deficit illud ſtatim in limine, & procedit tantummodo usqve ad elementum C.

XLI.

Theod. Janſonii ab Almeloveen Bibliotheca promiſſa & latens, Gaudæ 1692. Scripta promiſſa & latentia ſe prodituram recipit in inſcriptione Auctor, ſed in commemorandis promiſſis parcior eſt, qvam debebat, & in latentibus liberalior. Etenim de Petro Lambecio p.28. unicum adfert tantummodo, qvod promiſerit; Et nos in præfat. Bibliothecæ acroamaticæ §.22. p. 43. ſeq. attulimus XXV. qvæ in ſolo Comment. de Bibliotheca Vindobonenſi ſe editurum ſpopondit. Thomam Reineſium p. 46. promiſiſſe notas in Gruteri inſcriptiones refert. Sed non addit eundem Syntagma inſcriptionum condi-

diſſe qvarum omiſſa eſt recenſio, in vaſto Ja. Gruteri Operè, iſtudqve jam 1632. Lipſiæ Francofurti conſpexiſſe lucem. Bibliothecam ngeli Aproſii (qvi Aprotius appellatur in hoc puſculo p. 2.) jam 1673. Bononiæ in 12mo ccuſam antea diximus; Qvam Almeloveenius 692. adhuc latentibus annumerandam exiſtiavit. Et ad hunc modum ſæpius contra veitatis canonem deliqvit.

XLII.

M. Rudolphi Martini Meelführeri acceſſiones ad Theod. Janſonii ab Almeloveen Bibliothecam promiſim & latentem, Norimbergæ 1699. Qvi in oſdem lapides, in qvos Almeloveenius impegit, npingit. Chriſtianum Junckerum Hiſtoriam ocietatum per Europam literariam promiſiſſe cribit, p. 44. qvæ jam anno 1692. impreſſa ſt. Tot etiam promiſſa a Viris eruditis prætelita, ut acceſſiones hæ novis acceſſionibus Opus habere videantur. Et qvod in præfatione de MSCto Statii inſpergit, qvo uſus olim fuerit oh. Tritthemius, & ex qvo amicus obſervaiones qvasdam novas in Statium ſit daturus; ſtud hodie eſt apud nos, & Operæ eſt pretium le eodem ὡς ἐν παρόδῳ qvædam appoſuiſſe. Scilicet Codex nitide compactus formæ oblongæ eſt, ut cantionum Eccleſiaſticarum libri eſſe olent. In cujus prima pagina hæc verba antiqvo charactere ducta leguntur.

Sta-

Statium hunc dono, Domino Johanni d
Trittenheym,
Abbati Spanheimenſi Bybliothecæ no
pryvatæ applicandum.

Jacob V. Sletſtad
Manu propria Anno Dn
M. CCCC. XCIII.

C. F. Paulini Hoch- und Wohl-gelahrtes Teutſ[ch]es Frauenzimmer, Franckfurt 1705. (2.) [J]*oh. Caſp. Eberti eröffnetes Cabinet des gelehrten [Fr]auenzimmers.* Ibidem 1706. Eodem fere t[e]mpore ad deſcribendas fœminas eruditas ſe [a]ccinxerunt hi Duumviri, eodemqve uſi ſunt i[d]iomate, & diſpoſitionis modo, ad literarum [or]dinem diſtributo; Sed Eberti ſtilus eſt com[p]tior Pauliniano. Nec in Germanorum fœminis [p]ercenſendis ſubſiſtit tantum, ſed & exteras [p]erſeqvitur. Plus etiam ſtudii & diligentiæ [ad]hibuit qvam Paulini, & melioribus ſubſidiis [e]ſt uſus. Utriqve tamen fœminis eruditis in[ſ]ruerunt multas, qvæ vel naturæ beneficio [d]otati tenue potuerunt fundere carmen, vel [u]na cum ſermone cum lacte materno inſtillato [q]vodammodo intelligere alium. Multas etiam [c]ratione non attigerunt. Et dijudicandum le[c]tori permittimus, annon rectius feciſſent, ſi [M]ethodo ſcientifica uſi indicaſſent, qvam qvæ[q]ve artem & ſcientiam præ cæteris excoluiſſent, [&] qvid protuliſſent ad eam in melius provehen[d]am. Adde etiam literas ſexum ignorare, ut[p]ote qvi eſt in corpore, non in anima, qvæ eru-

eruditionis eſt domicilium. Adeoqve in c
tate literaria non tam id ſpectari, cujus ge
ris aliqvis ſit, qvam cujus ſcientiæ &
ctrinæ.

CLVI.

Joh. Caſp. Eberti eröffnetes Cabinet des Ge lehrten Frauenzimmers, Franckf. 1706.

CLVII.

Heinrici Muhlii convivium eruditum, Kil 1693. Qvam A. C. 1692. die 8. Julii G dæ in ædibus ſuis inſtituerat accubationem pularem variorum eruditorum Theod. Jan nius ab Almenloveen, eam depingit carm latino Henricus Muhlius, cui & præfation præmiſit, & alia de ſuis Poëmatis velut me ſam ſecundam ſuperaddidit. Et qvidem n admodum liberalis eſt auctor Doctiſſ. in ſerm nibus pandendis; qvi in illuſtri hoc conſe ab eruditis de rebus eruditis ſparſi ſunt, qv tum cupidine æſtuat cum primis Lectoris a mus; ſed convivium ipſum dictione venu & ſplendida deſcribit. In præfatione aute de Enthuſiaſmo poëtico luculenter & perer dite diſſerit; Verum ita, ut dulcedine arg menti abreptus fere plus tribuat huic, neſc cui, qvalitati occultæ, qvam Chriſtianorum r gulæ permittunt. (2.) *Joh. Henr. Boecleri M ſeum*, Argentorat 1671. Nihil cum Muſis

is commune habere oporteret, cui Muſeum diſpliceat, in qvo de Thuano (p. 10-30.) nno, (p. 31-41.) Salmaſio, (p. 41-48.) tnero, (p. 77.) aliisqvè, tanta orationis ve- ate, tantoqve mentis acumine, & ratio- gravitate ac pondere diſſeritur, ut non leri; Sed Ciceronis, vel Taciti, vel alte- cujusdam antiqvi auctoris, ſcientiæqve umanitatis Principis, hunc eſſe fœtum exi- are qveas.

CLVIII.

Juſtus Chriſt. Böhmerus, *Herm. Conringii as errantes diſperſas collegit ediditqve*, Helm- ii 1708. Scilicet carmina Hermanni Con- ii cum edita tum inedita, uno volumine prehendit Auctor, typisqve exſcribi cura- Qvorum non admodum multa ſunt qvi- n, nec Virgilii majeſtatem, aut Ovidii dul- inem referentia; Sed ex qvibus judicari en poteſt, qvid in hac parte eruditionis ſtare potuiſſet, ſi eidem totum ſe dare vel uiſſet, vel potuiſſet. (2.) *J. C. Böhmeri In- ptiones ſepulchrales Helmſtadienſes*, Helmſta- 1710. Ubi legenda præfatio cumprimis, qva eos enumerat Auctor, qvi veterum in- ptiones collegerunt in volumina, & in pu- cum prodire juſſerunt. Qvod enim ad in- ptiones ipſas eſt, nec ad Hiſtoriam illu- ndam faciunt omnes, nec ad ingenium ndum, aut dictionem ornandam. Et ſi a a lupinis diſcreta fuiſſent, vix dimidia

pars, qvæ typis exſcriberetur digna diji
cata fuiſſet.

CLIX.

*Robertus Bellarminus de Scriptoribus Eccl
ſticis*, Pariſiis 1630. De qvo copioſe diſſe
mus in Catal. Bibl. Theol. p. 106. & 1
& 123.

CLX.

Andreæ Riveti Critici Sacri Libri IV. Gen
1642. Qvi qvales ſint, & qvo loco habe
ex iis, qvæ alibi (in Catal. Bibl. Theol. p. 1
expoſuimus intelligi poſſe putamus. Conf
tamen cum iis poſſunt, qvæ Johannes Dalla
Libr. 1. de uſu Patrum C. 3. p. 48. de rec
ſitis ejus attulit, qvi ejusmodi Critici pe
nam induit. Cujus ſi Epiphonema mente c
ſideres, in eam fere concedas ſententiam,
hoc opus Riveti, nec Coci cenſuram Dal
feciſſe ſatis. (2.) *Abr. Calovii Inſtitutionum T
logicarum Prolegomena*, Dantiſci 1649.

CLXI.

*Roberti Coci cenſura qvorundam Scriptorum
terum*, Helmſtadii 1641. De qva vide ſis
talogum Bibl. Theol. p. 124. (2.) *Chriſt. H
manni Palæſtina*, Helmſtadii 1639.

CL

CLXII.

berti Coci Cenſurâ qvorundam Scriptorum ri, Helmſtadii 1655.

CLXIII.

riſes Melanchthonianæ de eligendis optimis ve in omni diſciplinarum genere Auctoribus, 1597. Qvi conſtipavit haſce criſes, & facultatem dedit emanandi in vulgus, regorius Richterus in Görlicenſi Eccleſia divini Præco. Hic enim Melanchthonia- lyhiſtoriæ admirator, monumenta ejus ſtrenue pervagatus, judicia qvæ de ribus Sacris & profanis; antiqvis & re- ribus, græcis & latinis tulit, in unum lum collegit, & ordine Alphabetico di- a publici juris fieri curavit, ut, qvo loco nero Scriptorem qvemcunqve habere de- t, cognitum haberent ii, qvorum intereſt ire. Erat enim in Melanchthone rara na, excellens ingenium, gravis pru- erant nobiliſſima literarum præſidia. Qvi nqvam ſententiam dixit de Auctore, non perluſtravit prius, & ſi perluſtravit, de, ſincere, & ſine fuco ac fallaciis di- ficum ficum, ligonem ligonem vocitans, 9.) & arcana conſilia interdum aperiens, 8.) & ad qvod conducat labor oportune nens. (p. 269.) Damus interim, uberiores nonnullas in compendium potuiſſe mitti,

& Elogia plura Poëtica plane omitti. Et ipſum more, modove hodierno, *Melanchthon.* inſcribi, h. e. obſervationes Hiſtorico-Cri Literariæ, de doctis viris eorumqve ſcrip monumentis Phil. Melanchthonis cumpr collectæ, & in uſum eorum vulgatæ, qvi jus metalli qvisqve ex Scriptoribus ſit, expl tum habere cupiat.

CLXIV.

L' Eſprit de Guy Patin, Amſterdam Collegit qvædam *Patiniana* Mr. de Vigneul ville dans ſes melanges d' Hiſtoire & literat Tomo 2. p. 268. ſeq. Sed pauca. Plura, Naudæanis Patiniana ſubjunxit, de qvibus ſtea. Et plurima, qvi, ſub nomine L' Eſpri Gvy Patin, hoc opuſculum eruditis pervolu dum dedit. Qvod licet Auctor *Patiniana* ſcribere noluerit, cum jam extiterit eo tem re libellus hoc vocabulo inſignitus; Attan præter Patiniana nihil continet, h. e. cogi a Gvidone, ſive Vito Patino, dicta, ſcri judicia de rebus civilibus & literariis, ſcri qve & Scriptoribus, qvæ ex ejus Colloq ſchedisqve & Epiſtolis collecta ſunt, & eo dine, qvo ſe obtulerunt, congeſta, h. e. nu Siqvidem collectaneorum, qvorum inſcri in *ana* deſinit, optimus ordo putatur ut pl mum, carere ordine, & dare mixta qvad rotundis. Et lectori relinqvimus cognoſc dum, an, qvod in Mr. de Vigneul-Marville 2. des Melanges d' Hiſtoire &c. p. 31. extat

um de hujus commatis opuſculis, & huic iatim accommodari qveat, L' Experience t fait voir qve les Auteurs, dont on a prelu tirer le pur Esprit, comme un Elixir, ne ſent point au gout. (2.) *Scaligerana*, Cone 1695. Prima hæc eſt Ecloga, cujus fronſcripta eſt ἐπιγραφὴ qvæ exit in *ana*. Colta a Joh Vaſſano, qvi XX. annorum adoleſns hæc ex ore Joſephi Scaligeri dicitur excepe. Excuſa primum Hagæ Comitis A. C. 1666. tum acceſſionibus plurimis locupletata, Scaligeranis primis ſuperaddita altera, & aqve ſeparatim excuſa, & tandem conjunctim Coloniæ, ut mentitur titulus, vel Amſtelodapotius 1695. Nec negari poteſt eſſe in iis plurima tanto Heroë literario digna, hypotheſes de vocabulis & rebus non protritas, judicia ſcriptis & ſcriptoribus qvibusdam peregrea, arcana literaria paucis cognita. Vir enim excellens erat Scaliger, & ſubtilitate doctrinæ, varietate, & copia. Verum & ipſe ſol habet maculas, & eruditiſſimus qvisqve innatæ ruſtitatis notas. Adeoqve mirandum non eſt, in hac farragine reperiri qvædam atro carbone notanda, dubia, falſa, paradoxa, ſtudio partium contaminata, imperioſam jactantiam ſpirantia, Analogiæ fidei & exemplo ſanorum dictorum adverſa, qvæ omnia deteriora facta ſunt digeſtione Alphabetica. Eo enim ordine proponi debuiſſent, qvo prolata ſunt, h. e. nullo; Sed qvia ad literarum ſeriem revocare placuit illis, qvi editionis curam ſuſceperunt, fa-

factum eſt, ut una eademqve res ſæpius inter
ſit repetita, & contraria de uno Auctore, li
argumento, in eadem pagina tradita, & eu
locum repoſita, ubi, qvi naſum habet,
unqvam qvæſiviſſet.

CLXV.

Parrhaſiana Tom. I. & II. Amſterdam 17
Confictum eſt nomen Parrhaſii, & delite
ſub eo, velut ſub tegmine, Johannes Cleri
Atqve hic utriusqve Tomi Auctor eſt, qvicq
placeat Joh. Hieronymo Kromayero, qv
Præfat. Comment. de cauſis pereuntium lit
rum elegantiorum, qvam, e Tomi I. Parrha
norum Num. IV. p. 226. depromtam, e Gall
ſermone in LL. tranſtulit, Tomum primum P
rhaſianorum Auctorem Clericum agnoſcere e
ditos ſcribit, alterius non item. Neqve er
qvemqvam profert ex eruditis; qvi ita ſent
Præfatio etiam Tomo ſecundo præmiſſa, utri
qve Tomi unum Auctorem eſſe diſerte profi
tur. Et qvi de libris in *ana* commentati ſ
ut J. C. Wolffius, M. Michael Lilienthalius &
Et qvi de vita Clerici copioſe Commentatus
Anonymus p. 97. ſeq. Ne qvidem per ſomni
de hac ſententia cogitarunt. Et ſchedis in
ad hoc ſcribendi genus ſe ſuſcitatum agno
Clericus, in Præfat. Tomo I. præmiſſa, ſed
aurem vellit lectori ſtatim in indice, monetq
ſe non apophthegmatis tantum, & ingenioſe
ctis, expleturum animos legentium, qvod
ent ii, qvi ſtromata edunt in publicum, q
ri

vocabula in *ana* exeunt; Sed variis medi-
ibus, de argumentis Criticis, Hiſtoricis,
is & Politicis. Et illuſtria ſunt pleraqve
Auctor de iis promit, nec facile apud alios
Doctorum virorum veterum & recen-
m virtutes & vitia, Artium & ſcientiarum
menta & decrementa & earum cauſas, &
os & morborum remedia. Et qvæ Auctor
. p. 108. ſeq. adfert boni libri criteria, ea
ia in hoc Opere bipartito deprehenduntur.
e & ipſum in linguam Belgicam & Anglica-
translatum eſt, magnoqve plauſu ab eru-
exceptum, & exempla brevi temporis ſpa-
redempta a Bibliopolis, & per orbem litera-
diſperſa ſunt. Singulares tamen qvas Au-
fovet opiniones non omnium calculo pro-
æ ſunt. Nec libertas & licentia, qva uſus eſt
is ſpargendis & defendendis, omnibus fuit ad
atum. Atqve hinc tot oppugnatores Parrha-
iorum Dn. Frain du Tremblay Tom. IV. Me-
riarum Transvoltinarum p. 139. ſeq. P. Poi-
in Apologia Theol. Myſticæ §. 4. p. 483.
ctor Epiſtolæ Gallicæ ad amicum, qva judici-
de Parrhaſianis exponitur, cujus nomen li-
is initialibus M. N. exponitur &c. J. G. Græ-
us etiam in Epiſtola vitæ Clerici ſubnexa p. m.
5. In Parrhaſianis tuis mallem qvædam in-
cta, non aliorum, ſed tui cauſa, cujus famæ
exiſtimationi valde faveo.

CLXVI.

Valeſiana, Pariſiis 1694. Illuſtria ſunt fratr Hadriani & Valeſii in Republica literaria nomi Et Hadriani hæc ſunt Apophthegmata a filio p ejus mortem, qvæ 1692. d. 22. Julii eid obtigit, edita. In qvibus obſervationes va Criticæ, Hiſtoricæ, morales; Sed litera non adeo multæ, ſane non tam multæ ac in S ligeranis, Caſaubonianis, Huetianis &c. in q bus plura de Scriptis & Scriptoribus, rebuſ rerum appellationibus, judicia, eaqve longe lil riora. Sigla etiam in his plura, & nomina pı pria voluntario ſilentio prætertta, laſcivorumq vocabulorum crebrior explicatio, & veluti ta opera inſtituta inqviſitio; Attamen ſalut res qvædam in iis etiam ſunt animadverſion velut medicamentorum utilium compoſition

CLXVII.

Caſauboniana, Hamburgi 1710. Dive commatis & coloris ſunt, qvæ in his ſchedis co tinentur, judicia de variis Scriptoribus, ill ſtrationes SS. Obſervationes Philologicæ & E cleſiaſticæ, animadverſiones in Baronium, co ſilia de literis promovendis, & pace Eccleſiaſ ca comparanda (p. 46. 256.) &c. Atqve ha a Viro Doctiſſ. J. C. Wolfio ex Iſaaci Caſa boni MSCtis, in Bibliotheca Bodlejana reconditi excerpta ſunt, & notis pereruditis illuſtrat Digna omnino qvæ, apud qvos locum non vulg rei

abent meliores literæ, in ſinu, oculis, & us ſint. Qvia non ſteriles ſunt avenæ, ana lactantia, non joci, aut ſales liberiores, udorem injurii, ſed ſeria, non criſes fal- iniqvæ, ſed veræ, & cum perſonarum & idea amice conſpirantes. Præferenda ta- qvæ leguntur a pag. 1. usque ad p. 35. iis, poſtea ſuccedunt.

CLXVIII.

Huetiana, Amſterdam 1723. Qvi colle- iſperſa hæc Sibyllæ folia, eſt Abbas Olive- cui P. Dan. Huetius chartas ſuas aſſervan- eliqverat. Et ad imitationem Scaligero- ,. Valeſiorum, aliorumqve in *ana* declinan- , Auctor Doctiſſ. hæc procul dubio congeſ- qvi ea ſe legiſſe non diſſimulat, & ad Sca- ana N. V. p. 12. diſerte provocat. Sed or in hoc ſcribendi genere eſt ejus conditio, n cæterorum. Et recte ſcribit Fagvierius probatione: Se in collectaneis hiſce repe- omnem eruditionem, omnemque dulcedi- & leporem, ex qvo tantum laudis ſibi ac- verint meliores literæ, & qvi memoriam tii in Republica eruditorum tam Sanctam & am reddiderint. Qvam enim ſobria ſuppo- Vir Doctiſſ. principia: Antiqvos Scriptores ntioribus eſſe præferendos N. XII. p. 26. m præclara ſunt monita, literas elegantio- , jam circa initium Seculi ſuperioris cæpiſſe ueſcere, ejusqve rei non ultimam cauſam eſſe, qvod de flore earum eruditi nimium

ſint ſoliciti N. LXXIII. p. 170. Qvam ac judicia de Scriptoribus & Scriptis, rebus & v bis, ſcientiis & earum Profeſſoribus. Adde rum varietatem & copiam, & animi mode tionem tantam, ut nunqvam ſibi plus aſſum qvam deceat, & a ſummo ſapientiæ gradu mirum qvantum adhuc abeſſe fateatur. Li tes intellectus humani eſſe perangustos & va tatem ſcientiarum tantam, ut minima illar particula æterna disqviſitione vix perveſtig qveat. Herbæ cujusdam particulam in inf tum exercere poſſe ſpeculationes noſtras, bisqve ſuppeditare mille bellas cogitatior nosqve ſenſim a minimis deducere ad maj principia, animamqve novis & non inexſ ctatis luminibus implere. Num. XXVIII. p. 7

CLXIX.

Chevræana, Amſterdam 1700. Chevr caprum appellant Galli. Adeoqve *Chevræ* *Capræana* dicenda fuiſſent potius, judice Auct Diſſertationis, qvæ acceſſit ad Mr. de Vigneul M ville Tom. 3. Melanges d'Hiſtoire & literat p. 234. Sic enim demum latina fuiſſet inſ ptio, cum hæc ſemi-latina ſit, & ſemi-gallica hybrida. Atqve hæc prima eſt Sylloge, e qvæ vocabulum in *ana* terminans inſcriptum tr ti habent, qvæ vivo Auctore in vulgus proc Qvod eam ob cauſam feciſſe videtur Vir Doct Urbanus Chevreau, qvia fieri poſſe credidit ovis hiſce ſuis genuinis varia poſtmoc ὑποβολυμαῖα admiſcerentur. Qvod Perro

cidiſſe T. 1. p. 158. ſcribit: Et non plane ſunt in duobus hiſce Tomis notatu digna, ogica, Critica, Ethica, errorum qvorun-)opularium Antidota; Sed qvæ utramqve aciunt paginam, ſunt Hiſtoriolæ literariæ,)idæ, facetæ, feſtivæ, venuſtæ, & ad tandos Auditores, Lectoresqve accommo- ; Sed non omnes ita comparatæ, ut extra ationis aleam ſint poſitæ. Siqvidem non e ſunt, qvarum fidem Leibnitius in Leib- ıis reddit ſuſpectam. Vid. p. 210. ſeq.

CXXX.

Miſcellanea Leibnitiana, ex ore & ſchedis G. ibnitii collecta a J. F. *Fellero*, Lipſiæ 1718. m illuſtrem Leibnitium nos olim præclare imus cognitum. Qvi & commercio lite- n nos dignatus eſt, & Halberſtadii ac Erms- commorantes inviſit ſæpius, & eruditionis tate & copia inſtuporem conjecit. Ubi non a, qvæ in miſcellaneis hiſce leguntur, ex ejus audiviſſe recordamur v. g. de Franc. curio ab Helmont p. 226. J. J. Bechero p. . &c. Et pleraqve in his Leibnitianis ejus metalli, ut reliqva Schediaſmta omnia, vo- ılum Hemoioteleuton habentia, ipſa etiam *tiana*, qvæ eminere præ cæteris putantur, m aſſurgant, & loco cedant. Selecta lite- ı, Philologica, Philoſophica, Theologi- Hiſtorica, Critica, Mathematica cumpri- & Phyſica, in qvibus Principatum obtine- eibnitius videbatur. Et vix ulla eſt lineola, non minio ſubduci mereatur. Et multum

gra-

gratiæ habemus J. F. Felkero, qvi hæc Apolli nis dicta nobis conſervavit; Plus habituri, obſcurioribus qvibusdam aliqvid lucis adſperſiſſet, qvod facile potuiſſet, qvi familiaritate Leibnitii per 20. annos uſus eſt. Vide vitam Leibnitii p. 21.

CLXXI.

Melange Critiqve de literature recueilli des converſations de feu Mr. Ancillon Tom. 1. Baſel 1698 *Tomus* 2. Ibidem (2.) *Diſcours ſur la vie de feu Mr. Ancillon*, Ibidem. Qvi hæc miſcellanea Critica & literaria publice apparere voluit, eſt Carolus Ancillonius Davidis filius, non Daniel Ancillonius, qvod ſcribit Vir Doctiſſ. J. C. Wolfius in Præfat. Caſaubonianorum §. 18. p. 25 Collectores Actorum eruditorum ſecutus A. C. 1698. menſe Junii p. 287. Nec cottidiana ſunt qvædam qvæ in iis promuntur de rebus & perſonis judicia; Primas tamen ferunt T. 1. Artic. XIII. p. 127. ſeq. qvi Amyraldi, & Tom. 2. Artic. XXXIX. p. 115. qvi Concilii Tridentini ſcenam pandit. Et putamus rectius feciſſe editorem, ſi *Ancilloniana* inſcripſiſſet hæc Collectanea, qvia miſcellanea ſunt, &, ut ipſe vult, ex variis colloqviis cum Ancillonio conſtipata, & ordine non alio qvam Alphabetico digeſta. Qvod enim in Præfat p. m. 4. de contemtu Schediasmatum dicit Auctor, qvorum inſcriptio in *ana* exit, id, ſi de Scaligeranis, non ſtatim verum eſt de omnibus. Sed nec verum eſt de Scaligeranis, qvod Auctor ait: Mille in iis habe

aberi nugas & ineptias. Cum & multa præclara in iis inſint. Et nos eam ob cauſam potius ocabulum in *ana* reformidaſſe putamus Ancilonium, qvia non ex colloqviis Ancillonii con;eſta ſunt hæc, qvæ prodit; Sed ex ſchedis MSCtis, & ſpiſſo conlectaneorum Opere, qvod ;ondidiſſe patrem ſcribit filius, dans le diſcours ſur la vie de feu Mr. Ancillon p. 114. Siqvidem fieri non poteſt, locos Scriptorum tam ſpatioſos ex memoria proferre, qvi in Miſcellaneis hiſce, qvaſi extempore ab Ancillonio recitati proferuntur; Qvanqvam nec hoc modo errorum omnium evitare potuit ſcopulos, qvorum plurimos ſpectandos præbuerunt Actorum eruditorum conditores l. c.

CLXXII. CLXXIII. CLXXIV.

Melanges d'Hiſtoire & de literature recueillis par Mr. de Vigneul Marville, Premier Volume, Roterdam 1702. (2.) *Second Volume*, Ibidem. (3.) *Troiſieme Volume*, Ibidem. Auctores horum miſcellaneorum, ſi typographo in præfatione fides habenda, ſunt Dux de Montauſier, Præfectus de Grimmonville, Eqves de Breſſey, Evremontius, Puteanus, Tilius, qvorum judicia, neſcio qvo fato, pervenerunt ad Abbatem de Garence, qvi ea formis æneis exſcribenda curavit, primum Rothomagii 1700. Tomis duobus, qvibus poſtea acceſſit tertius, prioribus non æqvi parandus, ſi rerum varietatem ſpectes, & digni-

dignitatem, & ſelectum & ſuavitatem Atta-men ab iis non ſegregrandus, ob Diſſertationem qvæ p. 198. in eo legitur, in qva, qvæ in prio-ribus Tomis omiſſa, adduntur, obſcura illuſtran-tur, atqve non ſatis accurate tradita accuratius proponuntur. Et ſane tantum bonæ frugis i[n] ſe comprehendit hoc opuſculum, qvantum haud ſcio an ullum aliud hujus generis. Res re-conditas civiles, naturales, artificiales & litera-rias inprimis, de Scriptis & Scriptoribus variis i[n] Gallicis maxime, qvarum tantus eſt cumulus, u[t] *Hiſtoriam arcanam literariam* vocare hanc rapſo-diam qveas. Qvot enim & qvam abſtruſa pan-duntur in ea de editionibus Patrum a Benedi-ctinis e Congregatione S. Mauri procuratis! T. 1 p. 65. ſeq. Tum de variis Scriptoribus Galli-cis, qvi aliis Archetypi & exempli loco eſſe poſ-ſunt! T. 1 p. 235. & 257. ſeq. De erroribus eru-ditorum ridiculis! T. 1. p. 117. T. 2. p. 205. ſeq. De cautelis circa monetas! T. 2. p. 82. ſeq. De incertitudine Hiſtoriæ T. 2. p. 412. T. 3 p. 260 ſeq.! Nec Germanis aut Reformatis ſuas invidet laudes Auctor T. 1. p. 250. T. 2. p. 167. Qvæ communis eſt macula eorum, qvi ſub ſole Galli-co nati ſunt, aut Sacris Pontificiorum addicti. Conſcientiæ enim decretis magis obſecutus eſt, qvam ſtudio partium. Et rei literariæ rationem habuit potius, qvam regionis aut religionis. Falſa ſunt tamen qvæ T. 2. p. 188. de capaciſſi-mis vaſibus Germanorum vinariis refert. Ficta etiam & fabuloſa qvæ T. 2. p. 407. tradit de Microſcopio ſubtiliſſimos atomos, & ipſas cor-porum exhalationes repræſentante. Et inania

plane

e nihilqve gravitatis habentia, qvæ ſibi per-
m habet T. 1. p. 56. Diſticha moralia, qvæ
Dionyſii Catonis nomine circumferuntur, eſ-
I. Porcii Catonis, qvi Priſcus antea, & ma-
appellari conſuevit.

CLXXV.

*Parrheſianders freymüthige Singularia von ge-
ten Männern, alten und neuen Schrifften &c.*
pzig 1711. Qvi Parrheſiandri vocabulum
impoſuit in his ſchedis, ſub Adolphi Clar-
ndi notatione deliteſcit alioqvin, & vero
nine Joh. Chriſtoph. Rudiger dicitur. Et a
. Gottlieb Krauſio, Auctore *der neuen* Biblio-
qve Part. VI. N. X. p. 513. ſeq. eodem ju-
io judicatus eſt, qvo ipſum in his conlecta-
s judicavit p. 121. ſeq. Et negari non poteſt
ionis colorem eſſe maculoſum; Diſpoſitio-
n frigidam, indigeſtam, horridam. Et in
, qvæ ſingularia ab Auctore dicta ſunt, multa
vulgaria, protrita, cottidiana, falſa etiam
nnulla, & ſibi parum conſtantia; Qvod eve-
e iis ſolet, qvi ex virorum doctorum ſer-
nibus, & variorum librorum argumentis ſibi,
ſcio qvos theſauros literarios, ſtudent collige-
Interim nec hoc diſſimulari poteſt, non
ne nulla in his ſcoriis eſſe auri granula, judi-
de Scriptoribus candida, ſcripta qvædam
data perrara & præclara, notata nonnulla
regria ex Hiſtoria Eccleſiaſtica, civili, na-
rali, & literaria. Et ſingulare nobis ſemper
ſum eſt in hoc Auctore, eum etiam ab iis in
teſti-

teſtimonium vocari, a qvibus ſubinde impet
nomine accuſatus eſt

CLXXVI.

Gundlingiana, 2. Partes, *X. Stück*, H
1715. Auctor eſt Nic. Hieron. Gundlingius,
in Præfatione concedit rectius vocari has E
gas; *Opuſcula Gundlingiana*, qvam *Gundling*
ſine addito. Cum non more modove opuſc
rum, qvæ vocabulum in *ana* deſinens præ
ptum ſibi habent, Apophthegmata tantum,
acute dicta, & cogitata, aut inanes Hiſtori
comprehendant; Sed res graves, & argum
ta Hiſtorica, Critica, & literaria cum cur
diligentia elucubrata. Qvod in plerisqve it
habere non difficulter damus; Verum & i
fatetur P. 1. N. V. §. 1. p. 78. ſe judicium
liſſe de la traité de l'incertitude des Scien
qvem deſtitutus otio nec perluſtrare, nec
pendere ſatis potuerit. Docet etiam αὐτο
non parem diligentiam ad haſce Diſſertatiun
las collatam. Sed plus induſtriæ in una q
in altera conſumtam. Et παραδοξοφιλίαν e
rere ſe in omnibus.

CLXXVII.

Anonymiana. 1720. Sine loco. Qvi c
dunt Acta eruditorum Germanico idiomat
6. N. 5. p. 352. hæc Anonymiana ſexce
ſannis excipiunt, & Auctorem frivolæ jact

ἀκρισιας, ἀσυλλογισιας, plagii, contra-
nis, falſitatis, aliorumqve vitiorum reum fa-
; Sed fervens difficili bile tumuiſſe videtur
n jecur, qvia Anonymus hicce P. 1. N. VI.
. p. 99. de Ephemeridum liter. Scriptori-
on ſatis benigne judicaverat. Qui & P. V.
3. p. 313. ſeq. Apologia famam vindica-
ontra adverſarios; Sed graviore hac cen-
commotus abjecit calamum, & Anonymia-
ribere deſiit, cum Partem V. eorum vix
viſſet.

CLXXVIIII.

Naudæana & Patiniana, Amſterdam 1703.
it noſtra ſententia a judicio Viri Doctiſſ. J.
Volffii, qvi in Præfat. Caſaubonianorum §. 23.
2. putat Præſidi Couſinio, qvi per aliqvot
os Ephemeridibus Pariſienſibus edendis præ-
defunctus eſt, collectionem Naudæanorum
eri; Qvem qvidem Bibliopola in Præfat. ha-
e Codicem Auctoris manuſcriptum, & qvæ-
de eo reſecuiſſe refert, non autem hæc,
diſperſa fuerunt, collegiſſe. Et eſt, ut
amus, Gabrielem Naudæum eo tempore, qvo
in Italia, & virorum doctorum familiarita-
ſus eſt (Fuit autem ibidem ab A. C. 1624.
e ad 1642. ut patet ex Patinianis p. 40. &
hiſce Naudæanis p. 65. 111. 121. &c.)
Commentatiunculam in uſus privatos con-
iſſe, ut, ſi forte memoriam rerum qvarun-
amitteret, ad eandem, tanqvam ad Sacram
horam, ſe recipere poſſet. Tota enim, qvan-

ta qvanta eſt in Scriptis, & Scriptoribus, &
bus Italicis notandis occupata eſt. Et de iis
ſingularia profert, ut Hiſtoria literaria arc
Italorum vocari mereatur. Qvorum, dici
poteſt, qvam candide deſignet maculas.
liam eſſe regionem ubi fraus & ſuperſtitio
minetur, ſcribit p. 104. Et in qva nimium
alii e parte contraria parum credant, vel n
Superſtitionem eſſe nervum regni monaſti
79. Chriſtophorum Longolium, Picum n
randolanum, Rudolphum Agricolam &c.
cullo monachali involutos eſſe ſepultos. Et h
habitu excedere e vita, in Italia revera
Mori in Domino p. 69, Aulæ Pontificiæ M
ſtatem ſtare fama, & patientia hominum, p.
Jejunium apud Chriſtianos non ſemper fuiſ
uſu, prout hodie a Pontificiis obſervatur, p.
Italiam admodum abundare Atheis, p. 8.
Additiones etiam & correctiones p. 133.
ejus ſunt metalli, ut optandum eſſet, opu
omnibus, qvorum vocabulum in *ana* exit,
modi ſpicilegia eſſe ſuperaddita. Qvi autem
niana cum Naudæanis uno volumine compre
ſa in publicum prodire juſſit, nihil fecit a
ne alienum. Siqvidem mutua & ſumma
familiaritas Patino cum Naudæo. (p. 40.)
ſimilis etiam horum Collectaneorum eſt
Et Patiniana re vera ſunt Naudæanorum Para
mena. Expediet autem Patini Epiſtolas
L'Eſprit de Gvy Patin (Vid. ſupra Num.
cum hac lance Satura conjunxiſſe, ut &
nium Patini magis pateat, & qvæ obliq
obſcure dicta videntur facilius intelliga

C

iqvam qvi ea legit, qvæ de Plinio p. 112.
untur, & p. 122. de Riolano, non difficul-
ı notitiam Patini intimiorem penetrabit. Et
on negligenter in luſtrandis hiſce ſchedis
bitur, facili ratione intelliget, qvid ſibi ve-
uctor, & qvas utilitates Hiſtoriæ literariæ
oſus ſibi ex ejus dictis polliceri qveat. Sci-
multorum Scriptorum Anonymorum Au-
s indicantur, Pſeudonymorum glaucoma-
jiciuntur, qvæ ex antiqvis & recentioribus
æteris lectu digna ſint, ſignificatur, (p. 107.
.) Arcana literaria panduntur. Errores
ares confutantur. Veritatis teſtimonia qvam
ma eduntur. (p. 116. 118.) Et multo no-
ra eſſent hæc Stromata, ſi eundem cum
dæanis habuiſſent Scholiaſten.

CLXXIX.

Menagiana Tomus I. & II. Pariſiis 1694. In
us judice J. C. Wolffio, in Præfat. Caſaubo-
orum §. 13, p. 19. ea eſt jocorum elegantia,
um ſalium acumen, tam diſtincta doctrinæ
etas, ut ex omnibus hujus generis ſcriptis, poſt
torum fata editis, nullum vel majorem lecto-
s animi jucunditatem, vel ampliores doctri-
acceſſiones, vel Auctori, collectoribusqve,
orem laudem exiſtimationemqve paraverit.
abhorret a Wolffiana opinione ſententia no-
. Exſtructas hic habet lector, & coacerva-
& cumulatim congeſtas ingenii opes. Ar-
a de Scriptis & Scriptoribus propalata, qvæ
in aurem inſuſurrata ſunt. Judicia de re-

bus literariis, civilibus, & Eccleſiaſticis, liberi
ma. Orthodoxa non pauca Paradoxa, v. g. '
2. p. 118. Atqve hæc omnia ea dictione v
ſtita ſunt, ut Venus cum Minerva Auctori ve
ba videantur inſpiraſſe. Interim pleraqve ex i
qvæ in hiſce Menagianis ſunt edita, haberi pc
ſunt pro non editis, qvia major pars nominu
propriorum vel omiſſa plane, vel ſiglis ita i
voluta, ut conjectura eadem aſſeqvi vix licet
Sexcentæ etiam immixtæ ſunt rebus ſeriis & gr
vibus res levidenſes. Hiſtoriæ frivolæ. Jo
liberiores. Dicta procacia. Verba SS. in ali
num ſenſum detorta. Et qvædam cum verit
te tam male conſpirantia, ut eodem anno, qv
Tomus primus in lucem prodiit, Pariſiis etia
edita ſint Anti-Menagiana (Wolfius l. c. p. 21
Qvæ an ab Adriano Bailleto confecta ſint, eqv
dem indubitanter aſſeverare non poſſumus. Ho
poſſumus, ſimultatem fuiſſe inter Bailletum
Menagium. Et hunc anno ætatis 78. ſcripſiſ
Anti-Bailletum; Illum autem peculiarem Con
mentarium de libris, in qvorum titulo eſt *Ant*
Et prodigii loco habendum eſſe, nullam in hi
Menagianis Bailleti fieri mentionem, qvem B
juletum nominat alibi, & qvem toties ſibi fe
ciſſe injuriam in præfatione Anti-Bailleti qver
tur. Et putamus de Miſcellaneis hiſce oportu
ne dici poſſe, qvod Mr. de Launai de Joh. Bo
dini methodo legendi Hiſtoriam dixiſſe refer
Menagius T. 2. p. 66. Et Martialis de ſuis car
minibus T. 1. p. 180.

Sunt bona, ſunt qvædam, mediocria, ſunt mala plura,
Qvæ legis heic, aliter non fit, Avite, liber.

CLXXX.

Perroniana, Cologne 1694. De qvibus Urbanus Chevræus T. 1. Chevræanorum p. 158. Optandum, & exiſtimationi Cardinalis Perronii magis eſſet conducibile, ſi Perronianis multa non eſſent inſperſa, qvæ ejus non eſſe poſſunt, & qvæ vel per malitiam, vel per imprudentiam iisdem ſunt addita. Introducitur enim in iis dicere, qvæ nunqvam dicere potuit, & de qvibus ne qvidem per ſomnium cogitavit unqvam, vel cogitare potuit, qvia delicatior fuit & prudentior, qvam rebus ejusmodi falſis & frivolis delectare amicos. Ecce enim qvæ ego offendi in iis, vix digna qvæ limis oculis adſpiciantur. v. g. Germanos ex omnibus gentibus maxime eſſe barbaram, & extraneis inimicam. (p. 16.) &c. Et ſane aut ſuppoſita ſunt qvædam huic purpurato, aut ipſe talis fuit, qvalis deſcribitur in Sorberianis p. 167. Ingenium ejus fuiſſe admodum mediocre, & infra mediocritatem. Dictionem humilem & repentem. Et res tractatas non majore judicio, qvam vulgari. (2.) *Thuana*, Ibidem Eodem. Qvæ rectius dicerentur *Thuanea*, qvia Auctor non *Thuus* dicitur, ſed *Thuanus*. Et hæc λείψανα ſunt perpauca, & tanto nomine vix digna. Qvæ mirum qvantum augeri poſſent, tum ex Thuano enucleato, tum ex monumen-

 tis

tis aliis. (3.) *Sorberiana*, Amſterdam 169
Non in poſtremis habenda, ſed cum Scaliger
nis, Huetianis, Leibnitianis, Naudæanis &
eodem loco ac numero ponenda. Ob reru
varietatem, judicii acumen, & libertatem. I
inſignem qvam præbent in Hiſtoria literaria
luſtrranda utilitatem. Sed ea eorum eſt oec
nomia, ut a ſomniculoſo confecta videatur. L
ctio etiam Semi-Gallica, & Semi-Latina. I
ratio Auctoris talis, ut in Theologia Eclecticu
in Philoſophia Scepticum fuiſſe appareat.

CLXXXI.

Conringiana, Helmſtadii 1708. In qvib
fulgent, ceu gemmulæ, qvæ Vir Doctiſſ. p. 4
ſcribit: Forenſem proceſſum non dubito n
merare inter arcaniſſima & ſpecioſiſſima dom
natus inſtrumenta, Ariſtoteli ipſi ignorata. U
pote cum litibus æternis involvat ſubditos,
omnia trahat in curiæ reverentiam, & obſ
qvium, idqve ſub prætextu juſtitiæ, nec ſubd
tis animadvertentibus. Qveis herilibus imp
riis nihil eſſe utilius vidit qvidem Ariſtotel
modum tamen hunc artificioſiſſimum ignorav

CLXXXII.

Taubmanniana, Franckfurt und Leipz
1710. In qvibus multa, procul dubio ova ſu
poſta. Plura μωρολογȣμενα, & Virum grave
parum decentia. Qvædam etiam veritatis in
ginem nullam habentia. Ut p. 222. Taubma
nı

…a eo tempore, qvo ſpiſſum in Plauti Comæ-
… elucubravit Commentarium, SS. vicibus no-
… decim perlegiſſe.

CLXXXIII.

Penſees Ingenieuſes des Anciens & Modernes, …illies par le P. Bonhours, Paris 1693. Mirari …nino fas eſt antiqvos. Atqve hoc ita, ut in-…nia noſtrorum temporum non deſpiciamus. …d qvid in his Bouhourſianis mirari debeamus, …n prorſus animo & cogitatione comprehen-…mus. Formulæ enim loqvendi ſunt, ex anti-…is & recentioribus Auctoribus enotatæ, & Bou-…urſio præ cæteris ingenioſæ viſæ. Verum non …nnibus omnia pulchra ſunt & deformia. Te…a, me delectant mea. Dulcius etiam ex ipſo …nte bibuntur aqvæ. Et pueris hæc collecta-…ea ſunt utiliora, qvam Viris. Imo nec pueris …tilia. Qvia ingenioſe cogitare nec exemplis …iſcitur, nec regulis; Sed ſola ingenii boni-…ate. Et ſæpe etiam olitor eſt valde opor-…una locutus. Et qvæ iisdem nonnun-…qvam additæ ſunt criſes Rhetoricæ, generalio-…es ſunt, qvam qvæ Auctoris ingenium, & dictio-…is excellentiam, & acumen, lectori poſſint ex-…licare. Sic enim v. g. p. 33. non ſatis eſt qvod …cribit Bouhourſius: Celles penſées ſont nobles & fort delicates; Verum & hoc adjicere de-…uiſſet, in qvo cogitatorum nobilitas illa, & deli-…cata ratio conſiſtat.

CLXXXIV.

Nouveau recueil d'Apophthegmes, ou bons m recontrees agreables, & penſees judicieuſes des Anci & modernes, Toulouſe 1695. Verſus Gall cujus commatis ſint, ii diſpiciant,

Gallorum qveis ſunt faciles in carmi Muſæ.

Sententiæ ſane pleræqve ſunt vulgares, Auctoribus vulgaribus & ſubobſcuris excerpt & ordine nullo conſtipatæ. Et ecce plurim rum in *ana* exeuntium ανακεφαλαίωσιν Hiſto co-Criticam.

1.) *Scaligerana.* In qvibus multæ laudes pr priæ. Criminationes alienæ. Criſes perer ditæ.

2.) *Valeſiana.* Ubi vocum & phraſium laſ varum plures analyſes.

3.) *Caſauboniana.* Egregria initio, ſed vil ſcentia in progreſſu.

4.) *Huetiana.* Verbis & rebus præſtantia.

5.) *Chevræana.* Feſtivis Hiſtoriolis & facet conſtipata.

6.) *Leibnitiana.* Actorum Philoſophicorum, ſpeciatim Mathematicorum Sylva.

7.) *Ancilloniana.* Locorum communium ſtru

8.) *Marvilliana.* Hiſtoria arcana literaria er ditorum in Gallia.

9 Singularia Clarmundi,
ordes qveis auri perpaucula granula mixta.
10.) *Gundlingiana.* Diſſertationes Hiſtorico-Juridicæ.
11.) *Anonymiana.* Diſqviſitiones Hiſtorico-Juridicæ.
12.) *Naudæana.* Hiſtoria arcana literaria Italorum.
13.) *Patiniana.* Naudæanorum Paralipomena.
14.) *Menagiana.* Joco-ſeria. Jocoſa tamen magis, qvam ſeria. Idqve Tomo primo magis, qvam ſecundo.
15.) *Perroniana.* Homiliæ Eccleſiaſticæ.
16.) *Thuana.* λείψανα tanto vix nomine digna.
17.) *Sorberiana.* Stromata Gallico-Latina, Libertiniſmum & Scepticiſmum olentia.
18.) *Conringiana.* Excerpta Epiſtolica.
19.) *Taubmanniana.* Harleqviniζοντα.
20.) *Bouhourſiana.* Pueris legenda, cogitare ut diſcant, & orare cauſam.
21.) *Anonymiana.* ſive recueil d'Apophthegmes &c. Bullatæ nugæ.

CLXXXV.

Joh. Gaſtii Briſacenſis Convivalium ſermonum Tomus I. II. III. Baſileæ 1561. (2.) *Henrici Bebelii*

belii facetiarum Libri tres, Tubingæ 1561. centones rerum futilium, ineptarum, p lantium, falſarum etiam, obſcænarum, nihil aliud utilium qvam ad perdendum t pus. Qvarum Joh. Gaſtius complures ex H rico Bebelio deſcripſit, & ſordes ex alte camarina in ſuam transtulit, qvaſi non ceret unum extare Augiæ ſtabulum.

CLXXXVI.

Les diverſes Lecons de Pierre Meſſie, g *homme de Sevile*, a Tournon 1604. Lib infreqvens. Cujus Auctor Petrus Meſſias, Mexia potius, Hiſpalenſis, non confunder cum Petro Mexia Toledano, fuit Carol Chronographus, Vir omnibus iis artibus, liberales vocantur, inſtructus, variisqve l giis ab eruditis mactatus, qvorum Syllo qvandam exhibet Nicolaus Antonius in Bil theca Hiſpanica nova T. 2. p. 174. ſeq. A hic ſermone Hiſpanico concinnavit has Le nes varias, in qvo ita verſatus erat ut p inſimulatus tamen a qvibusdam, qvod v bulis latinis interdum puritatem Hiſpani turbaret. Nec in Gallicum idioma tradi ſunt tantum, ſed & in Italicum, Belgic Germanicum, (Norimbergæ 1669. in Editæ etiam ſæpius. Et variis acceſſion locupletatæ. Qvod refert Nic. Antonius Qvi multiplici, ſacrarumqve ac humanioru terarum eruditione variegatum vocat hoc Idqve non immerito. Cum ſelecta qva

toria civili, naturali, Eccleſiaſtica, & li- comprehendat capita, eaqve lectu om- igna, qvale eſt illud P. 1. p. 34. C. IX. a. Papiſſa, ſed ordine nullo digeſta, & ciſmi colore tincta, qvem Parte IV. C. 7. 5. non obſcure profeſſus eſt.

CLXXXVII.

Le Bouqvet Hiſtorial par M. F. B. Ad- en Parlement. Florilegium Hiſtoricum le- um a fœminis, pueris, & iis, qvi hoſpi- peregrini plane ſunt in cognitione Hi- a. Res enim nec ſelectæ ſunt admodum, x fontibus hauſtæ; Sed ex rivulis tan- Fabulis etiam pluribus reſperſæ. Et m crambe bis terve repetita. Accitis in- um, omiſſis etiam qvandoqve plane teſti-

CLXXXVIII.

Dialogves des Morts d' un tour Nouveau, a aye 1709. Qvi dialogos mortuorum com- itus eſt, *Primus*, ni fallimur, fuit Lucia- , famoſus ille hominum Deorumqve ſub- ator. Cujus ingenioſos luſus ſuperiori Se- imitatus eſt Fontanellius Academiæ re- Pariſienſis Secretarius, a qvo magno im- a in Galliam, Bataviam, & Germaniam cum- nis defluxit hæc ſcribendi ratio. Et ſummam ea laudem conſecutus eſt Fontanellius, nec iorem fere hic Anonymus, qvi Fontanellio

pa-

parum vel nihil omnino concedit, ſive ſpeć dictionis dulcedinem, ſive ambidextram inge celeritatem, veris fictam, fictisqve veram i pertiendi ſpeciem, & Lectorem in ſuas pa pertrahendi. Qva nimium confiſus, libe interdum de rebus Theologicis & Politicis ſerit, qvam Eccleſiæ & Reipublicæ ratio p mittit.

CLXXXIX.

Othonis Melandri Joco-ſeriorum, Libri Lichæ 1604. Qvi præferendi J. Gaſtii monibus Convivalibus, & H. Bebelii face Dictio enim eſt comtior. Et rerum ſeleć circumſpectior. Multa ſane in iis de Viris do ſingularia. Sed inepta etiam multa, & frig nonnulla, & ingenii lumen nullum oſtend tia, & obſcœna. Non enim eſt cujusvis ſ jocari, & cum alia omnia arte tradi poſſi hæc naturæ ſunt propria, qvæ naturali qvod vitio ad ea propendet, qvæ hominem de corant.

CXC.

Vita Stanislai Koſtkæ, Poloni e Societate J Auctore Franſciſco Sacchino ſocietatis ejusdem Sa dote, Ingolſtadii 1604. De cujus texto ſi dicare velis, age fimbriam inſpice tantum do, & narrationis particulam qvæ p. 17. e ubi ſcribit Sacchinus; nocte imtempeſt Barbaram, duosqve Angelos in claro lumine

ſtam attuliſſe hoſtiam ægrotanti Koſtkæ,
nqve, cum ad lectulum acceſſiſſent fame-
jus ægri, reverenter eidem porrexiſſe.
ſi cum veritate Hiſtorica conſpiraret, non
rat ſane cum imagine ærea huic Biogra-
præmiſſa. In qva conſpicitur Koſtka ve-
uitica indutus, & integro corpore in-
is, facie liberali prorſus & vivida, S. Bar-
dſiſtente & inſpectante ex angelorum
us S. Euhariſtiam ſuſcipere. (2) *Frid.*
anni Otium Semeſtre publicum, Giſſæ 1609.
tthonis Melandri Novorum Joco-ſeriorum
enturia, Marpurgi 1609.

CXCI.

ranſciſci de Mendoza Viridarium Sacræ ac
iæ Eruditionis, Coloniæ 1650. Qvi Scri-
Judice Balthaſare Tellio in cenſura ope-
miſſa, hoc habet peculiare, qvod in
is eſſe difficillimum ſolet, vetuſtis novi-
dare, novis auctoritatem, obſoletis ni-
, obſcuris lucem, gratiam faſtiditis. Nec
rebus in hoc Viridario occurrentibus ſva-
, nec ſvavitati varietas, nec varietati co-
Sed deeſt rebus conveniens dictio, qvæ
eſt Jeſuitica, h. e. ambitioſa, fucata,
tatrix. Et obſoletis deeſt oportunitas. Et
antiqvorum aſſenſus, & eorum plauſus,
us amicus Thomas, amicus Scotus, ſed ma-
mica veritas. Unde tot in eo heterodo-
aradoxa, v. g. L. 2. Probl. 2. p. 74. Uti-
lius

lius eſſe implorare nomen Mariæ , qvam
men Sanctiſſimum Jeſu, &c.

CXCII.

Joachimi Camerarii Narratio de Philippi *lanchthonis ortu , totius vitæ curriculo & mo* Lipſiæ 1566. De qva vide Catalogum Bibl thecæ Theologicæ p. 165. ſeq. Iisdemc adde ſis Caſauboni ἐπίκρισιν , qvi in Caſaul nianis , p. 29. In vita Philippi , ſcribit, Hiſ ria illorum temporum non leviter attingit præſertim autem doctorum hominum ὁμοχ νων vita. Non probo tamen , qvod non n minerit anni natalis Philippi. Non pla etiam ſeries qvam in vita recenſenda ſecut eſt. Tum qvædam ibi de aliis recenſita in d bium revoco, & vellem ut ne dixiſſet qvide Hactenus Caſaubonus. Qvibus addit J. C. W ſius, l. c. p. 241. Sunt , qvæ , ut Caſauboni ita etiam alii hic deſiderarunt, v. g. qvod C talogum Scriptorum Melanchthonianorum n texuerit , nec occaſionem , qva ea prodierir expoſuerit. Qva de re vide Crenium p. 20 Diſſert. de libris Scriptorum optimis. Cæteru mirum omnino eſt , qvod Camerarius negl xerit annotare annum Philippi natalem , q in aliis, maximis , minimis , e. g. ſomniis præſagiis, adeo diligentem ſe præſtitit.

CXCII

CXCIII. CXCIV. CXCV.

Melchioris Adami Vitæ Germanorum Theologorum, Heidelbergæ 1620. (2.) Ejuſdem, *Decades duæ continentes Vitas Theologorum exterorum*, Francof 1618. (3.) Ejuſdem, *Vitæ Germanorum Medicorum*, Heidelbergæ 1620. (4.) Ejuſdem, *Vitæ Germanorum JCtorum & Politicorum*, Heidelbergæ 1620. (5.) Ejuſdem, *Vitæ Philoſophorum & Politicorum* Germanorum, Francof. 1615. III. Volumina. Confer. qvæ ſupra diximus de Libris in f. Num. 25.

CXCVI.

Pauli Jovii Elogia doctorum Virorum, Baſilæ. Sine anno. Vide ſupra Scriptores in f. N. XIX.

CXCVII. CXCVIII. CXCIX.

Theophili Spitzelii felix literatus, Auguſtæ Vindelicorum 1676. (2.) Ejusdem, *infelix literatus*, Ibidem 1680. (3.) Ejusdem, *Literatus feliciſſimus*, Ibidem 1685. III. Volumina. Habes, lector Benevole, de eruditorum vitiis, & virtutibus, indeqve reſultante eorum felicitate & infelicitate, Opus Tripartitum. Eccleſiaſtica methodo conſcriptum potius, qvam Academica, vitæqve magis accommodatum, qvam Scholæ. Majorem etiam induſtriam oſtens, qvam doctrinam, & attritos calamos, qvam

qvam demorſos ungves, & lectionis vari
tem, qvam ſubtilitatem ingenii. Eruditos
paucos ex ſola Italia eruiſſe J. P. Valerium,
tunæ novercantis ludibriis illuſtres, ſcribit
ctor in Diſſert. Præliminari Vol. I. p. 2. Plu
qve Pieriano pegmati doctiſſimum adjec
Tollium. Et miratur Menagius in Menagi
T. 2. p. 22. Neminem fuiſſe adhuc, qvi hor
Duumvirorum collectanea locupletarit, ad
qve, ſemetipſum huic telæ manum immiſſur
ſi ſenectutis non tantum ſuſtineret onus,
Etymologiis ſuis non tantopere diſtineretur

CC. CCI.

Nicolai Reuſneri Icones ſive imagines Viror in Germania præſertim literis illuſtrium, Arg torati 1590. (2.) Ejusdem, *imagines Virorum Italia, Græcia, Germania, Gallia, Anglia, H garia, &c. literis illuſtrium*, Baſileæ 1599. P lothecarum uſum a Reformationis tempore mum invaluiſſe in republica literaria, M. Mi chael Lilienthalius conjectat, in Diſſert. de Pl lothecis varioqve earundem uſu & abuſu C. §. 7. p. 15. Non tamen addit l. c. Initio er ditis non peculiares libros ex charta mun confectos eſſe oblatos, ut una cum ſymbo nomina ſua infererent. Sed impreſſos, qvib folia literis vacua vel attexta erant vel immi ta. Atqve hujus commatis ſunt hi duo N Reuſneri Codices. Hi enim non tantum ic nes ſive imagines Virorum literis illuſtriu comprehendunt, additis eorum Elogiis, ſ

& multorum, & fere omnium eorum autographis qvi circa finem Seculi XVI. & initium Seculi XVII, Academiam Jenenſem & Helmſtadienſem illuſtrarunt. Qvo nomine minime levis apud intelligentes eſt eorundem exiſtimatio. Sed nec in poſtremis habendi, etiamſi his acceſſionibus deſtituerentur. Nam licet Henricus Meibomius in additamentis ad V. H. Volleri Introductionem in notitiam cujusqve generis Scriptorum p. 171. Reuſnerum multa ex Paulo Jovio habere ſcribat, qvod & Juſtus Chriſtoph. Böhmerus in præfatione Hermanni Conringii Muſis errantibus præmiſſa p. m. 9. repetit, nihil tamen commiſſum ab eo eſt, qvare plagii nomine accuſari poſſit, qvia Jovii ſezæ ſubſidiis ſe adjutum ſubinde profitetur. Et multo plures imagines & deſcriptiones Reuſnerus exhibet, qvam Jovius; Viros etiam eruditione & meritis in Republica literaria illuſtriores. Qvomodo autem imagines ex ſcripta t lineas eorum, qvorum nomina ſiſtuntur, & qva ratione adjectæ laudationes cum actis factisqve eorum conſpirent, iis dijudicandum relinqvimus, qvi Hiſtoriæ literariæ arcana penitius perſpecta habent.

CCII.

Vitæ ſelectæ qvorundam eruditiſſimorum ac illuſtrium Virorum, Uratislaviæ 1711. Sane pleraqve hæ Biographiæ ſelectæ ſunt, & dignæ, qvæ ſemel & iterum legantur. Præ cæteris tamen nitet vita Palmerii, Pinelli, Cottoni, Urſini,

ſini, Fabri, &c. Qvæ ea ratione contexta
ut, & ſcientia & prudentia Lectorem a
& varietate jucunda alere ejus ingeniu
leant, & utinam una cum ſcriptis, & ſc
rum hiſtoria, cuivis narrationi intexta, &
virtutibus notatæ etiam labeculæ, & colle
univerſæ Index rerum & perſonarum eſſ
peradditus!

CCIII.

Jani Nicii Erythræi Pinacotheca Imagin
luſtrium doctrinæ vel ingenii laude Virorum,
ſiæ 1712. Cujus verum nomen eſt, Jol
ctor Roſcius, vel Joh. Vincentius de R
Philologus, Philoſophus, Hiſtoricus, Po
Orator tantus, ut, una cum Ciceronis di
facultate, omnes Muſas & Gratias in ejus p
immigraſſe cenſeri qveat. Unde & ad Pi
thecam eruditorum adornandam per erat
neus. In qvam eorum inferre imagines
tus eſt, qvi, ſe vivo, fato functi ſunt, ne
rum omnium, ſed qvi vel amicitia eiden
cti fuerunt, vel fama noti. Atqve horum
vitæ ſcribere ingreſſus eſt (p. 543.) Hiſto
nec, qvæ in iis eluxere, virtutum texere el
ſed morum characteres, ex qvibus qvaſi
lineamentis pateat, qvo qvisqve fuerit i
nio, & qvibus virtutibus ac vitiis ſe ab
diſtinxerit, qvod non cuivis datum. Et
difficile eſt, ſi non difficilius, ac vultum
cujus ita coloribus exſcribere, ut viventi &
ranti exacte reſpondeat. Et declarat re

orem lectoribus non vendidiſſe fumos, & verbis eosdem in fraudem induxiſſe. Optienim eſt & ſagaciſſimus characterum in Vieratis obſervator. Verum ex CCLXXV. tis, qvos deſignatos in hac Pinacotheca icis, vix tringinta ſunt, qvi nomen ha- in orbe literario. Nec alii in eam ſunt ſſi, qvam qvi Italorum ſanguine ſunt cre- & Pontificiorum Sacris addicti. Iiqve ſine rdine, & diſtributione, & ſelectu, prout ſe erunt, ſunt collocati. Nec prorſus nulla in inibus propriis exprimendis admiſſa in- m culpa. Siqvidem p. 369. Saturninus Si- ius dicitur, qvi Maturinus Simonius ſuo ine appellatur.

CCIV.

Leonis Allatii Apes Urbanæ, ſive de Viris illuſtr-us, qvi A. C. 1630 - 1632. *Romæ adfuerunt. dit Joh. Imperialis Muſeum Hiſtoricum*, Ham- gi 1711. Ubi in Allatii apibus una cum ptoribus ſexcenta ſcripta indicantur, qvæ Germania parum ſunt cognita; Qvo nomi- idem merito & agimus & habemus gratias; edita ab ineditis non ſatis ſunt diſtincta; Ni- adſtricta etiam de iis memoria prodita; Et m opus tumultuarium videtur, ab Allatio n ob cauſam tantummodo in chartam con- um, ut infirmitati memoriæ couſuleret. De . autem imperialis Muſeo vide ſupra in qvar. N. 23.

CCV.

Les hommes Illuſtres qvi ont parut en Fr *pendant le XVII. Siecle par Mr. Perrault, Tom* *& II.* Paris 1701. Plurimi fuerunt doctrinæ ingenii laude illuſtres Viri, qvi Seculo XV Galliam nobilitarunt. Atqve horum Elogia duobus Tomis mira dexteritate comp xus eſt Carolus Perraltius. Atqve hoc i omnium eruditorum ſtudia ad ſe conciliavit, p ter Jeſuitarum. Hi enim Antonii Arnaldi Blaſii Paſchalis præconiis offenſi, non ceſſan ſumma imis, cœlumqve terra miſcere, donec Duumviri ex hac orcheſtra deturbati fueri Sed non univerſalis tamen fuit hic Oſtracism Nam licet ex editionibus qvibusdam exeſſe ju fuerint hæc nomina, qvod copioſe docet B lius in lexico p. 373. Mr. de Vigneul-Marv dans ſe melanges d'Hiſtoire & literature T. 2 24. In hac tamen extant, & ſede qvieta p fruuntur. Qvod neſcire Te Lector Benevo noluimus.

CCVI.

Memoires concernant les Vies & les ouvrages *pluſieurs modernes celebres dans la republiqve des l* *tres par Mr. Ancillon*, Amſterdam 1709. R nierus Leers illuſtris typographus Roterodame ſis, Lexico Bæliano Hiſtorico-Critico ſupplem tum ſubmiſſurus, precibus cum qvibusdam Anglia, Batavia, & Germania Viris eruditis e

ra ut Symbolas conferrent, & in iis erat etiam C. olus Ancillonius. Qvi valetudinis vitio impeditus, cum, qvæ ſuſceperat, ſtato tempore ad umbilicum perducere non poſſet, ea poſtea dedit Wettſtenio ſeorſim excudenda. Atqve hinc natus hic memoriarum faſciculus. Qvi XI. eruditorum non vitas qvidem continet, nec elogia, ſi Auctorem in Præfatione audias, ſed memorias, h. e. Collectanea ad vitas vel laudes eorum condendas idonea. Et qvia ex iisdem interdum fontibus ſua prata irrigavit Auctor, ex qvibus Carolus Perraltius, factum eſt, ut in qvibusdam ejus ſcrinia compilaſſe videri qveat, ubi maxime Perraltiana omnia ad verbum repetit. Qvod in Herbelotii deſcriptione deprehendes, ſi qvæ p. 134. 136. 137. leguntur cum iis, qvæ p. 154. 155. 156. de eodem habet Perraltius componas.

CCVII. CCVIII.

Adolphi Clarmundi Lebens-Beſchreibungen etlicher Haupt-gelehrter Männer, Pars I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. IX. Wittenberg. ab A. C. 1703. uſqve ad A. C. 1710. 2. Volumina. Confictum hoc nomen eſt, & latere voluit ſub hac larva M. Joh. Chriſtoph Rüdiger, diſciplinæ Schurtzfleiſchianæ olim alumnus. Et Dresdæ poſtea juvenum qvorundam privatus Moderator. Homo impiger ſane, & laborioſus. Et earum rerum, qvæ ad humanitatem ſpectant amans. Qvi qvæ ex ore & ſchedis eruditorum, Schurtzfleiſchii qvam maxime, cui, ut oraculo, truibuebat plu-

rimum, collegerat, in lucem aſpectumqv
blicum producturus, has Biographias viro
in re literaria clariſſimorum edendas ſuſc
Atqve in iis multa omnino prodidit, non d
ta prorſus, nec ubivis obvia. Verum nec
comparata, ut nihil in iis jure deſiderari q
Dictio enim qvam, qvæſo, diſcolor! Gern
vocibus Latinis, Græcis, Gallicis, ita rel
ſa, ut, qvo idiomate uſus ſit Auctor, diffici
appareat. Diſpoſitio plane nulla. Et, qva
tæ clarorum Virorum dicuntur, a vitarum S
matismis tam procul abſunt, ut vix prima
dimenta ad vitas adumbrandas neceſſaria c
pareant, nedum ipſæ vitæ, & harum expoſi
nes Hiſtoricæ ſuis partibus & proprietatibus c
ſtantes. Sane perſonatus ille Caſpar Boniface
cujus Epiſtola Critica de vita & ſcriptis A
phi Clarmundi extat in Bibliotheca Halenſi P.
p. 363. ſeq. ſexcenta minutis verubus nota
& jugulanda eſſe docet. Nec pauca dam
H. A Groſchuffius in nova librorum rarior
collectione Faſciculo I. p. 89. not. (a) M
Gundlingium, Stubelium, Kleſkerum, Lili
thalium, Colerum, Struvium, Stollium, Kri
kium, alios. Qvi omnes Auctorem in cond
dis hiſce vitis ſæpius dormitaviſſe docent. Q
ille ita excuſat, in præfationibus his novem p
tibus præmiſſis, & ſpeciatim in ultima; (1.)
Bibliopolæ moroſitate cruda hæc & immat
typothetis tradere coactum Schediaſmata. (
Non Hiſtoriæ literariæ peritis ſcripſiſſe, ſed
titiam ſciſcitantibus. (3.) Imagines eruditor
ſe inſcio & invito eſſe appoſitas. Nec faili

...nent, qvasdam a ſculptore ex ingenio eſſe ...fictas.

CCIX.

Chriſt. Grundmanni Oſſa & cineres qvorundam ... ublica Orbis Europæi A. O. R. 1716. defuncto... um Francof. 1717. Vir doctus & diligens, & ... otitia rei literariæ ſubinde promovenda ... lare cogitans. Qvi miſcellaneis Lipſienſi... ... non pauca inſerenda dedit. Oſſaqve & ci... ...s qvorundam 1716. defunctorum hac urna ...aria recondidit. Et Germaniam literatam ... no agitavit. Sed mors præmatura omnes ... conatus A. C. 1718. die 6. Febr. diſturba... Tam vitrea eſt ſpes hominum, tam fragil..., tam lubrica.

CCX.

Chriſtian Leporin Nachricht von ſeinen Lebens-Beſchreibungen und was er in Hiſtoria literaria *zu ...ren gewillet* &c. 1720. (2.) *Th. Fritſchii conſilium de theſauro antiqvitatum Germanorum edendo.* C...m qvo conferenda Diſſertatio Epiſtolica G. S. ... h. e. Gottlieb Samuelis Treueri ad Thomam ...itſchium, Bibliopolam maxime inclytum, de ...eſauro antiqvitatum Germanicarum augendo ... promovendo, Helmſtadii 1720, cujus ſumma ...pita enumerantur in Annalibus Juliæ Seme... ...i 1. §. 29. p. 92. ſeq. (3.) *J. P. Ludewig ...eutſchlands Unheil aus Unwiſſenheit der Teutſchen ...iſtorie*, 1712. (4.) *Vorſchlag wie eine Biblio...eqve der Teutſchen Geſchicht-Bücher verfertiget*

werden ſolle, 1705. (5.) *Guilielmi Türck Inſtitutionibus Hiſtoriæ antiqvæ Diſſertatio. Tilemanni Stellæ Methodus, qvæ in chorographic Hiſtorica Germaniæ deſcriptione obſervabitur*, ſtochii 1546.

CCXI.

Das Leben der Gelehrten, ſo in Teutſch von Anfang des 1719. *Jahrs dieſes Zeitliche g gnet. Acht Theile*, Qvedlinburg 1719-17 Chriſtiano Grundmanno præmatura morte e vis ſublato, ſucceſſit Chriſtianus Polycarpus porinus vitas eruditorum Germanorum cc cturus, qvi poſt initium A. C. 1719. lucis uſu amiſerunt. Nec male ſucceſſit initio hoc ne tium. Siqvidem ab A. C. 1719. usqve ad 17 *octo partes* prodierunt cum IV. Indicibus, qvi LXXIV. eruditorum vitæ comprehendunt non indignæ, qvæ perluſtrentur. Sed abrupt poſtea eſt Opus, & axioma Pauli 1 Cor. X 9. novo exemplo confirmatum, γινωσκομεν ἐκ μέρους.

CCXII. CCXIII.

Gabriel Wilhelm Goetten das itzlebende geler te Europa, *Pars I.* Braunſchweig 1735. *Pars* Ibidem. 1736. *Pars III.* Zelle 1737. 3. Volumina. V varia doctrina præclare exornatus, ingenio lici & judicio præditus, & molli orationis d cedine commemorabilis, ſolers etiam & ind ſtrius, & extra dilationes poſitus. Aliud ini tutum habet qvam Grundmannus, & Leporin

N

No enim mortuos ſectatur, ſed vivos. Nec eorur qvi à corporis vinculis avolarunt, colligit me oriam, ſed qvi ſuperſunt adhuc & veſcuntur ura. In qvo negotio non invita uſus eſt Mi erva. Siqvidem complura eidem ſunt ſuppe tata ab Auctoribus ipſis, qvorum res agitur. Cc probata etiam qvæ edidit plurimorum calcul . Et Tomi duo priores ex voto venundati, lic volitaverunt per orbem eruditum, eundemqv fama impleverunt. Ac licet poſtea, mortu Bibliopola, qvi impenſas fecit, & Auctore Hi eſia Cellas evocato, intercellerit pauſula, ce ibit tamen illa credimus proxime ſeqventi te pore, & redintegrabit Auctor intermiſſam te m, ac navitate ſua id compenſabit, qvod nc ſua, ſed fati culpa neglectum eſt. Qvod ut iciat, vires corporis & animi ſufficientes, pr inſigni, qvo eundem proſeqvimur adfectu, q m ſtudioſe poſſumus eidem apprecamur.

CCXIV.

Ephraim Prætorii *Athenæ Gedanenſes*, Lipſiæ 1 13. Opuſculum qvo nihil in hoc argumento eſt pı clarius. Utinam omnes Scholæ ejusmodi h erent Scholiaſtas. Utinam omnes Scholiaſt ſcirent qvid ſit id, paucis dicere multa. S ıe eſt hæc Hiſtoria literaria Gedanenſis in nuce.

CCXV.

Dan. Frid. Pönmann Lebens-Beſchreibung etli er vortreflicher gelehrter Männer, Wittenb. 1714.

De qvibus præcipitantius M. P. Hunold in *curieu-ſer Nachricht von* Journalen p. 31. *Poenmans Le-bens-Beſchreibungen ſind von keiner ſonderlichen eru-dition, und ſcheinet, der Auctor dieſelbe aus dene-Leich-Predigten zuſammen geſchrieben zu habe.* Finge enim de qvibusdam hoc aſſeverari poſſe v. g. Samuelis Strykii Num. V. p. 66. ſeq. Sa-ne Heinrici Basnagii, Joh. Wowery, Fran-ciſci Vavaſſoris, Petri Bælii, Barthol. Herbe-lotii, Jobi Ludolfi, &c. aliorumqve qvorun-dam vitæ, eruditionis apparatu non carent. Ne-ejus ſunt metalli, qvalis eſſe ſolent, qvæ concio-nibus funebribus ſurrogantur. Aliunde tame-acceptas eſſe non abnuimus. Vita enim Joh. Ludolfi Num. XVI. p. 145. ſeq. eſt e Chriſtian-Junckeri Commentario Biographico, qvi A. C. 1715. de hoc Polyhiſtore eſt editus. Vita Joh. Wowerii Num. IV. p. 24. ſeq. tota eſt noſtra excerpta e Schediasmate Critico, cui titulus *Verſuch einer* Critiqve *über das* Dictionaire Hiſto-riqve & Critiqve *des* Mr. Bayle. Et ſic de aliis. Atqve hinc factum, ut in hoc Hiſtorico cam-po ne unicus qvidem teſtis productus appareat. Et nulla prorſus in Commentationibus ipſis ſ-ſimilitudo. Nullus etiam ſtudiorum & doctrin-ſelectus, ſtatim itidem cum prima parte rivu-hic occluſus eſt, qvaſi jam ſatis prata bibiſſen-cum in præfatione ſingulis ſemeſtribus nova-partem daturum ſe promiſiſſet Auctor. (2. *Conradi Geſneri Leben und Schrifften*, Leipzig 171

CCXVI.

Chriſt. Feuſtelius de eruditorum Germanorum *itis contra Rolandum Mareſium*, Lipſiæ 1707. Cui viro non defuit Polyhiſtoria, ſed Polyhiſtoriæ defuit Vir, qvi ea recte potuiſſet uti. Et tantum abeſt ut Germanos injuſte periergiæ vitio accuſatos a Mareſio oſtenderit, ut potius e hac labe graviter infectum eſſe hoc Schediasmate reddiderit manifeſtum.

CCXVII. CCXVIII. CCXIX.

Joh. Alb. Fabricii memoriarum Hamburgenſium Volumen primum, Hamburgi 1710. *Secundum*, Ibidem eodem. *Tertium*, Ibidem 1711. &c. Septem Volumina. Qvibus carere nemo poteſt qvi Hiſtoriæ Hamburgenſis civilis, Eccleſiaſticæ, & literariæ ſcientiam accurate complecti cupit. Et immortales Auctori agendæ ſunt gratiæ, qvi convehendis tot monumentis tantam operam impendit, qvæ tam rara inventu ſunt, & ad illuſtrandas res Hamburgenſes tam neceſſaria, ut ſine iisdem vix lucem ullam ſuſtinere qveant.

CCXX.

Friderici Caſp. Hagen Memoriæ Philoſophorum, Oratorum, Poëtarum, Hiſtoricorum, Philologorum, Baru-

Baruthi 1710. Egregia collectio, cui nihil dee niſi continuatio.

CCXXI. CCXXII.

Vitæ eruditiſſimorum in re literaria virorum monumentis rariſſimis & exqviſitiſſimis collectæ a M Chriſtian Henrici, Francof. & Lipſiæ 1713. Du Volumina. Ecce! conficta dolo mendacia! M Reinhaldus Heinricus Rollius memorias Philo ſophorum, Oratorum, Poëtarum, Hiſtorico rum, & Philologicorum ediderat Roſtochii & Li ſiæ 1710. Qvæ cum emtores tot non reperi ſent, qvot Bibliopola lucri percupidus exopta bat, hic moræ diuturnioris impatiens, reſect priore titulo, & ad purgamenta Parnaſſi damn to, alium ſubſtituit, & qvaſi novum opus eſſe cum hac inſcriptione in publicum prodire juſſi *Vitæ eruditiſſimorum in re literaria virorum* &c.

O dira inviſæ ſpectacula turpia fraudis!

CCXXIII.

Martini Zeilleri Hiſtorici, Chronologi, & Ge graphi celebres &c. Ulmæ 1652. Qvi judicium f rente D. G. Morhofio L. 1. Polyhiſt. C. 18. p. 22 J. G. Voſſium diligenter exſcripſit (de Hiſtor cis Latinis & Græcis) & ſecundum Alphabe ordinem Auctores diſpoſuit, & aliqva de rece tioribus Hiſtoricis addidit. Nam licet interdu nomen Voſſii intexuerit huic telæ, ſæpius t men idipſum ſilentio præteriit, idqve iis etia

ii locis ubi vel pleraqve, vel omnia, & ipſa e um verba ab eo mutuo accepit.

CCXXIV.

P. J. Marpergers Erſtes hundert gelehrter Kauff-l te, Dresden ſine anno. Cujus cellæ vinum r n conſpirat ſatis cum ſuſpenſa hedera. Plures e im in hac Centuria ſunt mercatores non eru-c i, plures eruditi non mercatores. Et qvi p. :/. ſeq. legitur Scriptorum Becherianorum Ca-t ogus, totus eſt ex Commentatione noſtra, c am A. C. 1706. Opuſculo Becheriano, qvod *rriſche Weiſsheit* inſcribitur, de vita & ſcriptis l cheri, præmiſimus.

CCXXV.

Urban Gottfr. Buchers Muſter eines nützlich lehrten in der Perſon Hrn. Dr. Joh. Joachim Be-ers, Nürnberg 1722. Annus erat poſt ;*ιςογονιαν* 1706. qvo nos opuſculi Becheriani, vod inſcribitur *närriſche Weiſsheit* &c. novam litionem accurantes, commentationem de vi- & ſcriptis Auctoris, præfationis loco præmi-nus. Qva non parum adjutus eſt P. J. Mar-ergerus *im erſten Hundert der gelehrten Kaufleute* um. VII. p. 7. licet noſtri mentionem nullam cerit. Sed Bucherum eandem vidiſſe non pu-imus. Sane commentationis noſtræ in hoc ıeletemate nulla deprehendimus veſtigia, qvod ıagna cum delectatione perluſtravimus, ob lu-ulenta, qvæ in eo occurrunt nominis Beche-riani

riani indicia. Nemo enim ſcripta Becheri di
gentiore manu verſavit. Nemo virtutes ej
& merita exqviſitius perveſtigavit. Nemo n
nes, qvos paſſus eſt, candidius deſcripſit. C
cultos enim Reipublicæ literariæ & civilis m
bos acute perſpexit Becherus. Remedia etia
non inepta ſuppeditavit, qvibus ſanari poſſe
Sed medicus infelix, ſemetipſum curare n
potuit, nedum alios, & integras respublic
Qvod præclare obſervat Bucherus in hac co
mentatiuncula, in qva ſcripta Becheri ordi
Syſtematico recenſens, docet, qvam laudan
ejus ſint conſilia, & qvam juſte ejus nom
memoriam mereatur ſempiternam.

CCXXVI.

Bericht von Joh. Locke Leben und Schrift aus dem Frantzoiſchen Joh. Clerici überſetzet v Friderich Gladov, Halle 1720. Proſtat & a verſio Biographiæ Lockianæ a Joh. Clerico G lice conſcriptæ primum, & Tomo VI. Bibli thecæ ſelectæ inſertæ, qvæ ab Auctore Anon mo Tr. Lockiano de educatione puerorum 171 Hannoveræ excuſo præmiſſa eſt. Sed hæc G dovii translatio potior nobis videtur, qvam la, qvia exactius cum exemplari authenti conſpirat, & ſcholiis qvibusdam eſt illuſtrat & porismatis nonnullis, velut ſtellulis, diſti cta & exornata.

CCXXVII.

Das Leben Petri *Bayle frantzoiſch beſchrieben v Hrn. Maizeaux*, *und ins Teutſche übertragen v J. P. Kohl*, Hamburg 1731. Qvæ in hoc n tro ſermone inſcripta eſt; *Lebens-Beſchrei-b g des Mr. Bayle*, ea, ſi ex indole eidem im-p iendum eſſe vocabulum, potius *Lobes-Be-ſ eibung des Mr. Bayle*, eſſet appellenda. Tan-t n enim abeſt, ut, qvam in Præfatione, de graphiis recte condendis legem dedit Vir ctiſſ. J. P. Kohlius, in hac obſervaverit Dnus izeaux, ut potius qvam longiſſime ab ea diſ-ſerit, Bayliumqve ab ea parte tantum deli-arit, qva valet, & qvaſi celer eſt pedibus, n autem ab ea, qua claudicat. Omnia ejus rtenta Theologica, & Philoſophica, ab A. C. 81. usqve ad A. C. 1706. ſparſa, vel ſicco de præteriens, vel extremis tantummodo di-tis contrectans. Qvod in oratoribus tole-ri qvidem poteſt, ſed in Hiſtoricis non item. gregia tamen hæc eſt Commentatio, & digna æ accurate lectitetur, tum ob formam dictio-s facilem, dulcem, nitidam, & ſingulari orſûs elegantia & judicio contextam, tum Baylianorum omnium Operum Hiſtoriam, væ tam exacta, ordinata, & copioſa eſt, ut hil extet in hoc argumento exqviſitius.

CCXXVIII.

Leben Petri *Lambecii*, Hamburg 1724. De va Biographia J. P. Kohl in Præfat. vitæ P. Bæ-

lii

lii, *von beſondern Teutſchen Original-Lebens-ſchreibungen, wird man auſſer dem Leben des* I*ſers Leopoldi, des* Lucæ Holſteinii, Petri La-becii, *und etlicher anderer, ſehr wenig Lob-ver-nende antreffen.* Et digna eſt omnino hæc I graphia Lambeciana cui laus & præconium pertiatur. 1.) Qvia ex monumentis opti magna induſtria eſt collecta. 2.) Qvia orc concinno digeſta. 3.) Qvia rebus plurimis ctu digniſſimis, ad Hiſtoriam Lambecii, & li rariam univerſam attinentibus, eſt exornata. qvod offendiculo fortaſſis nonnullis qveat, eſt 1.) Orationis difformitas, qva l na Germanicis ita permiſta ſunt, ut, qvi u usqve linguæ peritus non ſit, ſtudium in h commentatione legenda inutiliter conſumat. Præteritio rerum qvarundam ſingularium, q rum notitiam lector curioſus præ cæteris hal re geſtiat. v. g. §. 23. p. 31. Qvam ob c ſam Lambecius uxorem deſerendam putaver 3.) Tota proſopographia externa & inter neglecta, & cum ea virtutes qvibus præ cæ ris eluxit, & vitia qvibus fuit infectus. Qva ti enim emolumenti ſit, & vitia magnorum Republica civili & literaria virorum in tabul referri, præclare docet Mr. Vigneul-Marvi dans ſes melanges d'Hiſtoire & literature Vol. p. 55.

CCXXIX.

Leben des gelehrten Lucæ Holſtenii, Hambu 1723. Qvæ Biographia eundem cum prio

hab

Auctorem, eundemqve dictionis colorem,
idem rerum ordinem. Ex monumentis
optimis eſt conqviſita. Multaqve indu-
oncinnata. Et Hiſtoriæ literariæ univerſæ
undæ accommodata. In vita enarranda
enii, & ſcriptis ejusdem perfectis & affe-
cupata, & iis rebus omnibus, qvæ huic
iento cognata ſunt. Lectu ſuavior, ſi ora-
in ita eſſet diverſicolor. Et ſi umbra
ſſet immiſta, & una cum virtutibus labe-
um Holſtenii etiam facta mentio. Tace-
antiqvitates Eccleſiæ Orientalis p. 61. alla-
ſcriptis Holſtenii inſertas. Qvæ non ma-
ſcripta Holſtenii ſpectant, qvam ad ſcripta
ngeri, & Buxtorfii. Unicum enim in iis
tantummodo Epiſtolium ad Joh. Morinum,
id de antiqvitatibus Eccleſiæ Orientalis
qvidem habet. Earumqve præter editio-
Londinenſem, extat & Lipſienſis 1683. in
is edita.

CCXXX. CCXXXI.

*Jacobi Burckhardi Commentarius de Ulrichi
ni Vita*, Wolffenbutteli 1712. *Pars Prima.*
poſterior, Ibidem, eodem. Duo Volumina.
um ſane ſtudii in ſcribendis hiſce, multum
ris & pulveris devoravit Auctor. Etenim qvam
oſum eſt tot monumenta edita & inedita, in
othecis publicis privatisqve, velut in ab-
s cavernis, recondita conqvirere, conqvi-
perluſtrare, perluſtrata excerpere, & ex-
ta ita digerere, ut corporis Hiſtorici for-

mam nanciſcantur, & fata Hutteni, ejusqve m
rita Eccleſiaſtica & literaria, ordine Chronol
gico delineata, eorum oculis objiciant, qvi reru
Eccleſiaſticarum & literariarum cognitione del
ctantur. Eqvidem & lectori, & ſibi, & arg
mento conſuluiſſe Auctorem rectius putam
ſi in certa Opus diſtribuiſſet capita, & capiti c
qve præſcripſiſſet argumentum, vel in margi
tantum idipſum notaſſet; Suis etiam verbis H
ſtoriam narraſſet, & qvæ intexta ſubinde ſunt
ſcriptis Hutteni teſtimonia, ceu Scholia, i
dem ſubjeciſſet; Tum enim dilucidiora fuiſſe
omnia, & jucundiora lectu; Sed non eade
omnibus ſunt bona mala, honeſta turpia, fo
moſa deformia. Et facile ſatietatem declina
poterit lector, ſi, qvæ in utroqve Tomo
Hutteno in indicem conjecta ſunt, luſtrave
prius, qvam in Commentarium ipſum ſe imm
tat. Tum enim qvaſi filum Ariadneum habe
in hac ſylva, cujus ope adjutus felicius in ea v
ſabitur.

CCXXXII.

Chriſtiani Junckeri Commentarius de Vita ſc
ptisqve ac meritis Jobi Ludolfi, Lipſiæ 1710.
qvo caſtam agnoſcas & cultam & dilucidam
ctionem. Et oeconomiam tempori oportu
accommodatam. Et res de Viris eruditis, li
guis exoticis, codicibus impreſſis & MSCt
Bibliothecis publicis & privatis, aliisqve reb
literariis notatu digniſſimis. Nec qvicqvam i
de effluit dedecoris, qvod p. 156. lingua
Copt

ꝑpticam & Cuficam confundit Auctor, judice Georgio Jacobo Kehr in Monarchiæ Aſiati-Saracenicæ ſtatu §. 4. p. 2. in notis. Non im illa confuſio extra omnem dubitationis eam eſt poſita, nec probatum, Junckerum l. c. r linguam Cuficam notaſſe id, qvod Kehrius telligit, Arabicam a Coptica diverſam. Sane an. Frid. Bonmmanno ita probata eſt hæc Bio-aphia, ut eam in vitis Virorum e qvavis facul-te clariſſimorum Num. XVI p. 143. ſeq. to-m ſuam fecerit, parum ſolicitus, an invito Au-ore id factum fuerit, an minus.

CCXXXIII.

Franciſci Petrarchæ vita ac teſtamentum &c. udolſtadii 1711. Apparatus ad Biographiam etrarchæ concinnandam non ſufficiens qvidem, erutilis tamen. Qvem virum Doctiſſ. Joh. Henr. Ackerum emendaſſe, & notis ſingulari-us auxiſſe vix perſvadere nobis potuiſſemus, iſi ipſemet hoc in titulo eſſet profeſſus. Sane ajora meruiſſet hic Heros, & ſparſa, qvæ de jus fatis in manus Ackeri inciderunt fragmenta;

Non omnes arbuſta juvant humilesqve
myricæ.

Atqve ex ſolis Epiſtolis Petrarchæ qvanta lux nfundi potuiſſet hiſce ſchedis!

CCXXXIV.

Georgii Frantzkii vita & fata deſcripta a J. Ackero, Lipſiæ 1714. Ad hujus viri famam luſtrandam plus diligentiæ adhibuit Acker qvam ad Petrarchæ memoriam renovand Adeoqve & plus laudis eadem conſecutus eſt

CCXXXV.

La Vie de Mr. Boileau Deſpreaux par Mr. Maizeaux, Amſterdam 1712. Non min dexteritate, ſedulitate, & ubertate vitam Bo vii deſcripſit Maizæus, qvam Haleſii, Chilli worthii, Mezeræi, Petri Bælii, & Caroli Saint Evremont. Nam licet toto cœlo di fuerint hi Muſarum filii, Maizæo Londin Anglia, Boilavio autem Pariſiis in Gallia mor te, tam accurata tamen narratione fata Bo vii tradidit Maizæus, atqve ſi cum eodem iisdem trabibus habitaſſet. Omnia enim arcana perſpecta habuit. Omnia ſcripta pe ptavit. Omnes editiones eorum inſpexit, & ter ſe compoſuit, & qvid in qvavis vel com tatum vel reciſum, vel additum ſit, accu notavit. Nec cauſas, qvare unumqvodqve ctum ſit, ignoravit. Et qvid editum non ſit, qvare, exploratum habuit. Atqve hæc om ordine Chronologico, ea dictionis ſvavitate dulcedine expoſuit Maizæus, ut, an delec magis, an proſit, pendeat animus inter legend Eadem tamen labecula ſe infeciſſe videtur, c

Auc

Ai tor Diarii Trevoltienſis, de qvo ſcribit p. 2(. qvod muneris Hiſtorici partium ſtudii expe is oblitus, perſonam cenſoris publici ſibi im oſuerit, & velut inimicum Boilavii manifeſti h ſe geſſerit. Æqve enim perſonam amici aſ mſit in hac Biographia Maizæus, ac Jeſuita T voltienſis perſonam inimici. Siqvidem oi nia Boilavii laudibus extollit dicta, facta, ſc pta. Omnibus adverſariis ejus ſcribit dicam, o niaqve ea ratione diſponit ac conſtituit, ut A ologiam Boilavii ſcripſiſſe exiſtimare qveas, n a vitam, Accedunt excurſiones freqventes & copioſæ. Et excerpta ex Boilavio tam creb a & vaſta, ut in hac Diatribe omnia ejus ſcri p in compendium mittere voluiſſe videri qveat.

CCXXXVI.

Abrege de l'Hiſtoire des Sçavans Anciens & odernes, Paris 1708. Inflatius Auctor in prætione ſe efferre, & criſtas altius erigere vide r, qvam decet. Dum ſe in hoc Compendio iſtoriæ literariæ ſpecimen daturum promittit a emine adhuc tentatum; Interim conatur in o aliqvid, qvod oppido paucis in mentem ve it, *Hiſtoriam* ſcilicet *eruditorum characteriſticam.* Qvem in finem non ea tantum in unum condu it, qvæ notatu de qvovis erudito digna ſunt; ed & ea cummaxime, qvibus, velut notis haracteriſticis, ſe ab aliis ſui ſimilibus diſtin it, teſtibus ut plurimum non cottidianis uſus, d ea qvæ prodit confirmanda. Plura tamen a inſcriptione promittit, qvam in ſcripto præ-

 ſtat.

ſtat. In qvo vix qvinqvaginta eruditorum i
choatas videas deſcriptiones, vel potius deſc i
ptionum abruptarum lineas. Tantum abeſt
integras Hiſtorias in compendium redactas d
prehendas. Teſtes etiam complures junior
ſunt, qvam ut iis vel addere fidem vel deme
qveant, qvæ proferuntur. Nec raro accidi
ut Auctor characteris ſui Hiſtorici oblitus, Ph
loſophi perſonam induat, &, ubi res geſtas d
beat exponere, lectori invito & reluctanti ol
trudat diſputationes Scholaſticas.

CCXXXVII.

Nicolai Claudii Fabricii de Peireſc Vita per P
trum Gaſſendum, Qvedlinburgi 1706. Faller
ſi Biographiam tantummodo hoc Opere cont
neri exiſtimas. Et toto cœlo erras, ſi Biogr
phiam talem eſſe arbitraris, qvalis plerumqv
eſſe ſolet; Hiſtoria literaria eſt Semiſecularis a
A. C. 1580. usqve ad A. C. 1637. & Opu
Polyhiſtoricum de viris eruditis, Scriptis edit
& ineditis, ſingularibus artis & naturæ, & ali
ſexcentis, arcanis & non arcanis, qvæ hoc tem
poris articulo in Republica literaria Europæa ol
tigerunt. Vir enim omnium ſcientiarum & a
tium laude præſtantiſſimus erat Gaſſendus, i
intimam familiaritatem Peireſcii admiſſus, om
niumqve arcanorum conſcius. In Bibliothec
ejus, & Cimeliotheca diu verſatus. Polyhiſto
riarum Peireſcianarum cottidianus teſtis. Atqv
hinc ad Hiſtoriam hanc ſcribendam magis nem
aptus. Siqvidem & illud artis eſt, artificis H

am artificioſe ſcribere. Et res eruditas eru-
di exponere. Dictio non ſvavis, qvidem gra-
vi amen, & larga, & æqvabilis, & perſpi-
cu & fluida, & non ſine curſu, veniens. Et
ha etiam res ſuam habet gratiam, & eſt decor
pr rius orationis cum gravitate lapſæ. Oeco-
nc ia plane incedit ad ductum temporis. At-
q hinc mira rerum in uno folio enarratarum
va etas, & diſparilis ratio. Sed qvæ toties le-
ct is aviditatem acuit, qvoties ſe nova ſcena
pa dit. Peireſcius jam inde usqve a puero eo
in etu ferebatur ad literas, qvo ex millibus vix
u is ad easdem ducitur. Iis etiam ſubſidiis
n iræ & fortunæ inſtructus erat, ut obſtacu-
la mnia facili negotio potuerit ſuperare. Ita-
li n omnem, & Brittanniam, & Bataviam, &
G liam, ſtudioſe erat perſcrutatus. Et ab iis,
q in Europa & extra eam iſthoc tempore con-
ſ cua erant eruditione, in familiaritatem & com-
n rcium literarium admiſſus, libris etiam im-
p ſſis & MSCtis, & cimeliis naturæ & artis,
a irante undiqvaqve fortuna, & favente Miner-
v armatus, ut cui tot opes literariæ continge-
r it vix reperiretur in doctorum virorum civi-
t e. Atqve hinc ille rerum optimarum, & ſe-
lectiſſimarum, & rariſſimarum cumulus, qvi in
h c commentario, velut in Amaltheæ cornu,
ntinetur:

1.) De literis antiqviſſimis Atticis 311. Latinis 165. Latino barbaris 221. notis Arithmeticis 308.

2.) De lingua Coptica 283. Gallica, & Bri-tannica 94. Vocibus Thuſcis 312.

3.) De nominibus propriis Imperatorum, Urſino, Goltzio, Strada adulteratis 88.

4.) De numis Ebraicis 97. Gallicis 90, 124. 153. Romanis 126. Commodi 102, Johannis, qvi Theodoſii ac Placidii Vale-niani arripuit Imperium 103. Hadriani aliorum 278. Græcis 241. 257. Ægyp 209. Majoribus Mnemonicis (Medaill 102. Solidis 105.

5.) De Gemmis 90. 95. 114. 188. 2 210. 278.

6.) De annulis 243. Sigillis 92. ſeq.

7.) De ponderibus antiqvorum & menſ 213, 269. 277.

8.) De monumentis antiqvis Babylonicis Arundelianis 239. Adriani 240. Regio

9.) De antiqvitatibus Ægyptiacis 257. M-miis 257. Tripodibus 257. Lectiſten antiqvo 222. Templis 199.

10.) De Iconibus eruditorum 212. Reg Gallicorum 108.

11.) De Viris eruditis in Italia 119. 168. Bri-tannia 91. Batavia 101. Aliis 89. 168. 169.

12.) De Scriptis Sirmondi 131. Taxilli Lorini 222. Saxii 222. Bertii 233. Alciati Seldeni 239. 167. Aldrovandi 61. Spe-manni 221. Gruteri 225. Donii 225. G

ii 99. 193. Qverengi 193. Duchesnii 177. Cluſii 98. Scaligeri 94. Kircheri 279. Bergeri 200. Mauſſaci 185. Fronto-Ducæi 177. Noſtradami 159. &c.

1) De Diplomatis 173.

2.) De inſcriptionibus latinis 165. ſeq. 240. 271. de iis qvæ apud Gruterum non extant 221. Columnæ roſtratæ 210. ſeq.

3) De Bibliothecis Copticis 284. Abyſſinicis 284. Sanct-Victoriana 89.

4) De Cimeliarchis 90. 99. 213.

7.) De MSCtis Copticis 276. 284. Samaritanis 119. 237. 271. Arabicis 279. 281. 262. 316. 328. Græcis 177. 347. Eroticis 185. Themiſtii 188. Syncelli 199. Juvenci Cælii Callani Dalmatæ 93 Procopii 200. MSCtis tacticis 200. Geographicis 200. 228. Conſtantini Porphyrogennetæ 227. Gallicis 236. Platonicis & Ariſtotelicis 259. Aſtronomicis 280. Polybii 309. ſeq. Mathematicis 332. Libanii 346. Joſephi, Syncelli &c. 329. Africani 200.

8.) De Hiſtoria Galliæ 110. 159. Nautica 182.

9.) De Genealogia regum Galliæ 143. 172. 236. 271. Genuenſium 283. Scaligeri 98.

10.) De Heraldicis 271.

11.) De Philologicis 226.

12.) De Aſtronomicis, ſpeciatim de concurſu trium ſuperiorum Planetarum 84. Nova ſtella 48. 122. Ecclipſibus 148. 233. Stella

ſublunari 152. Comete 179. Stellarum n
minibus 231. Mercurio in ſole 265. Diſtai
tia & magnitudine corporum cœleſtiu
269. Tabulis Aſtronomicis 280. Marte 3c
Phaſibus Lunæ 316.

23.) De Aſtrologicis 16. 134. 181.

24.) De Geographicis 133. Tabula Galli
Chronographica 184. De Geographia emen
danda 181. ſeq. 233. ſeq.

25.) De Botanicis, ſpeciatim de myrto {
Fungo Coralloeide 86. Plantis lapideſcent
bus 250. Indicis 98.

26.) De Phyſicis rebus variis 113. 116. 304. 34
Speciatim de Thermis 108 Avibus mira
dis 150. Claritate nocturna ſeptentrional
Nordſchein, 190. Nive ſexangula 201. Or
gine fontium 202. Corallis 213. Terræ mo
tibus 230. Animalibus πολυκεφαλοις 235
Pareliis 242. Generatione lapidum 250. La
pidibus figuratis 250. Gigantibus 250. 26
153. Elephantis 262. Balæna 295. Canal
bus ſubterraneis 285. Montibus ignivom
285. 286. Natura lucis 329. Cane ſaga
358. Cane fideli 141. Ligno foſſili 342. Plu
via ſangvinea 119. Oſſibus mirandis 113. 15
Lapide natante 313. Teſtudine magna 11
Capellis auribus promiſſis 220. Chama
leonte 343. ſeq.

27.) De novis inventis, ſpeciatim de curr
velociſſimo 99. Teleſcopio 136. Freto Ma
gellanico 182. Opticis 200. Origine Po
ſtarur

ſtarum 217. Anatomicis 234. 298. Natante Globulo 313.

28.) Juridicis antiqvitatibus 106.

29.) Medicis rebus, v. g. de peponibus in febre 121. De truttis in febre lapillis ex articulis pedum extractis 218.

30.) De inſomniis 132.

31.) De Magicis 18. 142.

32.) De obſervationibus teleſcopicis 361.

De his & aliis ſexcentis erudite diſſerit in vi[ta] Peireſciana Gaſſendus. Nec obſcure ſignifi[c]at interdum, nimis credulos eſſe, qvi putent, [fi]eri qvicqvam in hoc mundi theatro, qvod ordi[n]em naturæ excedat. Ipſe tamen ſubinde qvæ[d]am refert, qvæ credulitatem ſapere videntur [v].g. hominem fuiſſe eo tempore in Perſide jam [ja]m natum qvadringentos annos p. 332. Item [P]eireſcium in microſcopio concluſiſſe pedicu[l]um ac pulicem, ac obſervaſſe pediculum lu[c]ta inſtituta ſic commotum fuiſſe, ut ſanguis [a] capite in caudam, itu redituqve continenti [d]iſtraheretur p. 361. Veritatis etiam imagi[n]em nullam habet, qvod p. 97. de Scaligero [n]arrat. Ut nihil dicamus de hac editione Li[b]ri, qvæ mendis typographicis ita conſpurca[t]a eſt, ut tota ſordeat. Et de ſubjuncto re[r]um indice, qvi a dormitante confectus videtur, [u]sqve adeo rebus optimis & ſelectiſſimis deſtituitur.

CCXXXVIII.

CCXXXVIII.

Joh. Clerici Vita & Opera ad annum 171
amici ejus opuſculum, Amſtelodami 1711. Qv
qvi legerit, imaginem dictionis ipſius Clerici
intueri videbitur. Adeoqve rationes non ir
nes ducet, Auctorem hujus Biographiæ vel Cl
ricum eſſe ipſum, vel aliqvem ab eo doctri
excultum, & in communionem omnium arc
norum admiſſum. Oratio eſt mollis & unifo
mis, & dilucida, & ſine affectatione orna
Et qvæ in cœlaturis hiſce argenteis apponu
tur, mala ſunt aurea, & res ad illuſtrand
Hiſtoriam literariam peridoneæ. Vir en
multæ auctoritatis & exiſtimationis fuit Cle
cus ætate noſtra in republica literaria, qvi Op
ra plurima & ſpectatiſſima in lucem edidit:
bella literaria graviſſima geſſit, & ſua Polyg
phia, & Polyhiſtoria, & paradoxophilia, inge
etiam felicitate, & judicii acumine, & ani
ſolertia tantum famæ conſecutus eſt, ut om
um oculos in ſe converterit. Spatium eti
vitæ ſatis longum peregit. Et in ipſa ſenect
te uſum ſtudiorum non dimiſit. Unde ta
ſeges rerum, qvas nec ſcripſiſſe Auctorem p
niteret, nec lectorem oculis verſaſſe. Siq
dem varia & multiplici eruditione repletus e
Clericus. Plurimis operibus editis illuſt
Controverſiis non paucis inclytus, Theolo
cis, Philoſophicis, Philologicis, Hiſtori
Chronologicis &c. De qvibus omnibus lect
ri guſtum præbet, qvi hac Commentatione,
n

m… Clerici illuſtrandum ſuſcepit. Majorem p… ſum promeritus, ſi 1.) nomina eorum, cum q… bus acie contendit Clericus non tam ſtrenue d… imulaſſet, v. g. Petri Burmanni, Jacobi Pe-ri… nii &c. 2.) Eundem Epiſtolarum Theolo… icarum, qvæ ſub Liberii de S. Amore nomi… e prodierunt p. 26. Et vitæ Joh. Armand… Cardinalis Ducis Richelii p. 84. Auctorem eſſe n… diſſimulaſſet. 3.) Petro Bælio non tam grav… er obtrectaſſet p. 131. & 4.) de Hieronymo p. 1… 8. non tam contemtim eſſet locutus.

CCXXXIX.

Ludovici Melchioris Fiſchlini Vitæ præcipuorum … *ncellariorum & Pro-Cancellariorum Ducatus Wirt… bergici*, Francofurti 1712. (2.) *J. A. Schmi…* *Commentarius de Vita & Scriptis Caſparis Sagitta… i*, Jenæ 1713. Ad vitam Sagittarii luculen… r & erudite deſcribendam nemo aptior fuit … hmidio, qvi ejus conſuetudine per 20. inte… os annos uſus (p. 95.) & MSCtorum omnium … eres inſtitutus, (p. 101.) ſtudiorumqve ejus … nnium, & officiorum maxime conſcius fuit; … ttamen non omnes ſchedas ad ſuas perveniſ… manus conqveritur. (p. 61.) Atqve inde … ctum procul dubio, ut non omnia ita accu… ate, ut voluit, exponere potuerit. Qvod enim … 62. ſcribit: *Compendium Hiſtoriæ Saxonicæ*, … utu Sereniſſimi Bernardi Ducis Meinungenſis … onfeciſſe Sagittarium, filiorum juventutis Prin… ipum ſtudiis inſerviturum; Et id qvidem ne… cire ſe ob qvæ fata publici juris nunqvam fa-

ctum

ctum eſſe; Hoc non præciſe, ſed reſtricte [illegible]cipiendum eſſe putamus. Eſt enim apud n[illegible] hoc Compendium Hiſtoriæ Saxonicæ, ſine c[illegible]pite & calce qvidem, impreſſum tamen, & A. C. 965. usqve ad A. C. 1675 filo contin[illegible] deductum, ſex plagulis in 12. conſtans, poſt in medio curſu interceptum, & ob cauſas arc[illegible]nas ad umbilicum proferri, inhibitum.

CCXL.

Octavii Ferrarii de Pantomimis & mimis Di[illegible]*ſertatio*, Wolffenbuteli 1714. De qvo arg[illegible]mento nihil extat nervoſius, eruditius, nitidiu[illegible] (2.) *Res Præceptorum Neo-Brandenburgenſium d*[illegible]*ſcriptæ a M. C. G. R.* Neo-Brandenb. 1714. A[illegible]ctor eſt M. Caſpar Gottſchling Rector (75.) Qvi hoc ipſo qvod res Præceptorum Neo-Bra[illegible]denburgenſium deſcripſit, Hiſtoriam Schol[illegible]rum Godofredi Ludovici pleniorem reddidi[illegible] (Vide ſupra N. 126. 127. 128. in 8vo.) (3[illegible]) *G. Nic. Kriegk Commentarius de vita Juſti a Dran*[illegible]*feld*, Jenæ 1717. Ultra Semiſeculum de Pa[illegible]dagogio Göttingenſi bene meritus eſt Dransfe[illegible]dius. Prudentia didactica, & varietate doctr[illegible]næ, & ſcriptis diverſis nomen non ſperner[illegible]dum in civitate eruditorum conſecutus, a Vir[illegible] Doctiſſ. G. N. Kriegkio peculiari Commentari[illegible] ab oblivione vendicatus. Adeoqve dignus om[illegible]nino noſtra opinione, cujus nomen in Lexico [illegible] eruditorum adſciſceretur, e cujus editione pr[illegible]ma & ſecunda exulat.

CCLXI.

Vie de Mr. de Cartes, Pariſiis 1693. Auctor nu s opuſculi eſt Adrianus Baillet, Bibliothecæ La oignianæ, qvæ Pariſiis eo tempore fulgebat, Pr ectus. Hic enim compendium hoc Biograph Carteſianæ ex opere majore, Pariſiis 1691. du ous Tomis in 4to a ſe edito, excerptum, in pu icum prodire juſſit. Qvod laudatum a Carte Sectariis, ſed culpatum ab iis eſt, qvi ejus Pl oſophandi rationem cane pejus & angve dete ntur. Benjamin enim Brockhuyſenius A. C. 1700. in linguam Belgicam traduxit hoc Hiſt æ Carteſianæ corpuſculum. Sed Auctor des re xions d'un Academicien ſur la vie de Mr. des C tes Hagæ Comitis 1692. obelo notandum e timat, qvod inutilia multa & res nullius c matis comprehendat. Nec prætereundum h loco eſt qvod Mr. de Vigneul-Marville dans ſe Melanges d'Hiſtoire & de literature Vol. 2. p. 24. ſcribit: Qvod Bailletus (ecce ejus verb n LL. traducta) in vita Carteſii refert, fili qvandam habuiſſe hunc Philoſophum in Bat ia, nominatam *Francine*, Carteſianus qvid n Præceptoris amore plane peruſtus, ſignifi vit mihi, hanc fabulam ab inimicis Carteſii e confictam, occaſione machinæ automaticæ, q m multa induſtria ingenioſe conſtruxerit, ut a odictice demonſtraret, *bruta non habere animam*, ſed eſſe machinas tantum ad artis regul compoſitas, qvæ ſe moveant occaſione data corporibus qvæ ſunt extra eas, qvæ percuſſa motus

motus ſui particulam iiſdem communicent. Addebat hic Carteſii Hyperaſpiſtes, Carteſium hanc machinam tradidiſſe nautis, neſcio in qvem locum devehendam. Navarchum autem curioſitate impulſum, aperuiſſe ciſtam in qva occluſa fuerit, videntemqve hanc machinam ſe movere, & ita ſe gerere qva ſi eſſet animata, ſtupore perculſum exiſtimaſſe eſſe Opus diaboli, & ilico eandem in mare projeciſſe.

CCXLII.

Adolphi Clarmundi Lebens-Beſchreibung Conrad Samuel Schurtzfleiſchens, Dresden 1710. Qvi Clarmundus, cujus verum nomen eſt J C. Rudiger, Vir eſt navus & diligens, & ad Hiſtoriam Schurtzfleiſchii ſcribendam ſatis idoneus, ſi cætera fuiſſent paria. Diu enim multumqve hunc Polyhiſtorem audierat. Scripta ejus omnia diurna nocturnaqve manu verſaverat. Freqvens eidem per annos plurimos cum eo uſus fuerat. Nec ſpernenda prorſus ſunt, qvæ de ejus fatis, ſcriptis, & ſermonibus in literas retulit. Multa enim promit, qvæ ſempiternis fortaſſe tenebris conſepulta fuiſſent, ſi is non in lucem produxiſſet. Sed dictio, qva utitur, exanguis eſt, & maculoſa, & diſcolor. Et ſeries rerum ita perturbata, ut Auctor interdum in ſcribendo ſibimetipſi non ſatis conſtitiſſe videatur.

CCXLIII.

Hiſtoire de Mr. Bayle & des ſes ouvrages par
le la Monnoye, Amſterdam 1716. Calen-
m Carlatanum conſcripſerat Bælius, Carla
dulo Occitaniæ oriundus, in qvo, qvæ ſi-
cidiſſent memoratu digna conſignaverat.
qvam lucis uſuram amiſerat, vitam ejus bre-
& ſummatim expoſuit Dn. Maizeaux, & An-
ſermone edidit A.C. 1708. Hunc conſe-
s eſt, qvi in hoc volumine primum locum
pat, Mr. de la Monnoye, vel, qvod vult
æus, qvi falſo præſcriptam huic Hiſtoriæ
en de la Monnoye judicat, Abbas Reveſt,
le Kohlii Præfat. vitæ Bælianæ præmiſſam
ȝ.) Atqve hæc Diatribe Biographica Di-
ario Bæliano a Genevenſibus excuſo, præ-
qvidem eſt, ſed adeo imperfecta, ut eidem
raddi debuerit; Exacte Revue de l'Hiſtoi-
e Mr. Bayle contenant des Corrections, &
additions conſiderables. Qvæ & in hac
pge continetur. Atqve ex his aliisqve mo-
entis editis & ineditis, Biographiam Bælia-
concinnavit Maizæus, qvæ Dictionario Bæ-
præfixa eſt, Amſtelodami 1730. IV. Vo-
nibus in folio impreſſo. Qvæ ex omnibus
ocupletiſſima, & a Viro Doctiſſ. J. P. Koh-
n linguam Germanicam tranſlata, & 1731.
burgi ſeparatim edita. Non vilipendenda
en ea ſunt, qvæ Auctor hujus faſciculi ex-
t, qvia multa in iis ſunt, qvæ in Hiſtoria

Bælii Maizæana non extant, a cujuscunqve
mum calamo ea ſint profecta.

CCXLIV. CCXLV. CCXLVI.

Lettres Choiſies de Mr. Bayle avec des Rem. qves, *Tome* I. II. III. a Roterdam 1714. T Volumina. De qva editione dici non pote qvam contemtim judicet Maizæus, in vita Ba p. m. 451. (editionis Kohlianæ) *Mit den Briefen des Hrn* Bayle, *welche ich an die Buchhän ler zu Roterdam Fritſch und Böhm geſchicket, ſi dieſelben gar übel umgangen. Man unternahm j vieles darinnen zu verändern, und vieles auszulaſ Man fügte kleine Anmerckungen hinzu, die, v die Gelahrtheit betrifft, voller grober Fehler, nied ger und boſshaffter Schmeicheleyen, und wider an ſehene* Perſonen *voller verläumderiſcher Abbildung Ich ſtellete aber in der Amſterdammer Auflage* 1729. *dieſe Briefe nach ihren Originalien vollko men wider her, und begleitete ſie mit allen mir nöt ſcheinenden Erläuterungen.* Qvæ Amſtelodame ſis editio an tantopere emineat, præ hac Ro rodamenſi, qvia nobis ad manum non eſt, eq dem judicare non poſſumus. Non tamen pro ſus aſpernandam hanc & abjiciendam eſſe pu mus, tum qvia, more Belgico, nitide & en culate excuſa eſt, tum qvia Scholia adſpe qvæ tenebris obducta ſunt nominibus & reb perſonisqve ac factis, non parum lucis fœner tur. Nam qvod ad literas ipſas attinet, ex

omne

n dubitationis aleam eſt poſitum, eas pa-
u ambulare cum Patinianis, & acumine,
vitate, & Polyhiſtoria eſſe inſignes. Elo-
æ tenor in iis eſt unus, copioſus, ſubti-
icidus, & cum perſpicacitate ſingulari mo-
is. Res Philoſophicæ, Philologicæ, Hi-
æ, Civiles, Eccleſiaſticæ, literariæ, an-
res & recentiores. Sed recentiores inpri-
& qvæ ab A. C. 1673. usqve ad A. C. 1706.
ve intra annos 33. contigerunt in erudi-
i republica. Vir enim πένταθλος erat Bæ-
Qvi omnium fere ſcientiarum ſtadia erat
ſus. Cognitione linguæ Græcæ, Latinæ, Gal-
Italicæ &c præclare excultus. Ingenii &
i facultate præ cæteris armatus. Et ſedu-
nocturna diurnaqve nemini ſecundus. Un-
randum non eſt tot commemoranda in ejus
reperiri de Scriptis & Scriptoribus judicia,
ve literaria parum in vulgus nota, & de-
qvædam plane παράδοξα. Qvæ autem in
ibnexa eſt materiarum tabula, ea induſtria
nnata eſt, ut Lexici literarii vicem ſuſti-
qveat. Ægre ſuſtinet Bælius T. I. Lettr. III.
morem eorum, qvi, poſteaqvam variis
ous ornarunt Scriptorem, demittunt ſe ad
am *Maix*. *Sed*; & tunc larga manu ea
unt qvæ prioribus *plane* ſunt contraria, lau-
qve multis plura opponunt vituperia;
m & ipſe, ſi qva hæc eſt macula, eadem
vinatus eſt. Et ſuo exemplo dedit nobis
atem dicendi, pleraqve nitere in ejus
, *Maix*, *Sed* qvasdam in iis etiam inſide-

Tt 2 re

re labeculas. Scilicet; 1) Scepticorum pa tuetur Auctor data qvavis occaſione, ut Let T, I. p. 1. ſeq. 2) De rebus religioſis nonr qvam parum religioſe diſſerit, ut T. I. Lettr. p. 38. 3) Interdum diſtinetur Micrologiis, qvæ ad Minutolium exaratæ ſunt literæ, m ri cura & diligentia exaratæ ſunt qvam relic

CCXLVII. CCXLVIII.

L'Eſprit de Mr. Arnaud Premiere Partie, conde Partie, a Deventer 1684. *Duo Volu* Opus qvod Petro Bælio tributum initio, (lettres de Mr. Bayle p. 169. & 171.) com ni poſtea conſenſu P. Juriæo adjudicatum (l. c. p. 170.) Ac licet ſtrenue inficiatus ſe ejus eſſe Architectum, convictus tamen ſexcentis indiciis, & ejus conjux non obſ profeſſa eſt hoc ipſum, dum interrogata: de fiat, qvod prole deſtituatur, ſociata vivaci & amabili, reſpondit: Dulcius eſſe rito ſpiritus (l'Eſprits) procreare, qvam co ra, (Vide le Nouveau viſionaire de Roterο p. 8.) Oppoſitum eſt Antonii Arnaldi A logie pour les Catholiqves &c. (T. 1. p 1. T 2. p. 376.) Impreſſumqve non Daventriæ, q eſt in indice, ſed Roterodami apud Reinie Leers, (Lettres de Mr. Bayle p. 169.) Et gnum qvod eo ardore verſetur, qvo ſcrip eſt. Siqvidem mira in Auctore eſt vivacitas, robur, gravitas, eruditio. Et omnne id, q Bælius in eo laudat, (ll. cc.) & qvod nos i laudandum præcipue exiſtimamus. Docum

rima, eaqve perrara edita & inedita. Ar- lexcenta de Jeſuitis in Gallia. (T. 1. p. |.) Et extra Galliam in China T. 1. p. 184. Janſeniſtis etiam & aliis. Crimina ſtupen- Clero Gallicano T. 1. p. 54. ſeq & no- e Veneta T. 2. p. 377. ſeq. Narrata re- ta ad Hiſtoriam Janſenianorum, & Calvi- rum e Gallia profligatorum, ſpectantia. Sed ior eſt ratio ſcribendi qvam decet, non 1, Chriſtianismi, ſed humanitatis profeſſo- Aliena etiam qvædam ab iis cancellis, s in indice ſe circumſcripſit Auctor. Et in id unum incumbit, ut ſordibus inqvinet n Arnaldi, virtutes ejus omnes volunta- blivione conterit, & nævorum tantummo- miniſcitur. Cum ſexcentis meritis incly- ıerit Arnaldus.

CCXLIX.

Les Provinciales: ou lettres Ecrites par Louis de alte a un Provincial & aux RR. Peres Jeſuites, logne 1698. Ἀνονύμως primum prodie- hæ literæ, tum ψευδονύμως ſub Ludovici taltii vocabulo. Et tandem Blaſii Paſcalis en iisdem præſcriptum eſt, & merito. Qvia vitam Paſcalii concinnavit ſoror Perieria p. fratrem earundem Auctorem agnoſcit. Et nonumento ſepulchrali præconium inſcri- Paſcalem eſſe Ludovicum Montaltium fa- . Nec eſt hodie, qvi hoc non exrra dubi- nis aleam poſitum eſſe arbitretur. Atqve

Tt 3 hic

hic Janſeniſtarum partibus addictus, Jeſuitis di cam ſcripturus has Epiſtolas edidit, docuitqv Jeſuitarum principia Ethica & Politica ejus eſſ commatis, ut doctrinam moralem SS. & Conciliorum, & Patrum Eccleſiæ peſſumdet, & Sanctitatis ſtudium penitus evertat. Qvæ qvi ex ipſis Theologorum Societatis Jeſu monumentis luculenter probavit Auctor, in tot difficultates conjecit ordinem univerſum Lojoliticum; qvot plauſibus ac encomiis ab iis omnibus affectus eſt, qvi pietatem ſartam tectam conſervari cupiunt. Ipſæ enim literæ, qvas omni opum vi ſupprimere ſatagebant Jeſuitæ, ſæpius in diverſis locis ſunt recuſæ. Et in linguam Latinam, Anglicam, Italicam, Hiſpanicam &c translatæ Et ſummis laudibus exornatæ, & in cœlum usqve elatæ.

CCL.

M. Joh. Caſparis Zeumeri Vitæ Profeſſorum *Jenenſium a fundatione Academiæ ad noſtra usqve tempora*, Jenæ 1711. Inſtitutum inſigni laude ferendum. In qvo, ſi qvid humani paſſus e Auctor, fato potius adſcribendum, qvam ip qvi morte præmatura interceptus, hoc ſacrum ignis iteratione ſatis purgare, & ad ſeptima usqve decoctionem deducere non potuit. A qve hinc illæ, ſi qva ſunt, vitioſæ reliqviæ. g. 1) In Biographia Caſparis Sagittarii, in q una cum anno natali, ætatis ejus calculus om ſus eſt, & in vita qvædam parum exqviſite tr dita. 2) In Catalogo ſcriptorum Melanchth

anorum mixta qvadrata rotundis. 3) In indice ſcriptorum Schenckii, Johannes Theodos cum Johanne confuſus &c. Et bene feciſ; qvi præfationem præmiſit, M. Chriſtophos Weiſſenbornius, ſi vitæ Zeumerianæ dediſt qvandam Sciagraphiam; Tum enim ab iis, vi Lexico eruditorum concinnando dederunt peram, fortaſſis non inguſtatus fuiſſet derelius. Et æqvum omnino eſſet, memoriam ejus onſervari ſartam tectam in republica literaria, vi de memoria eruditorum conſervanda tam iit ſolicitus.

CCLI.

Bartholomæi Chriſtiani Richardi Commentatio de Vita & Scriptis Profeſſorum hodie in Academia Jenenſi publice docentium, Jenæ 1710. Facinoris ocabulum Μέσον eſt. Et in utramqve partem umitur. Et in pejorem qvidem ſæpius; In meliorem tamen ab Auctore, qvi in præfatione cribit, genere orationis ſimplici & perſpicuo, e inſignia Profeſſorum Jenenſium *facinora* conſignaviſſe. Nec mirum eundem non tot Biographias exhibere, qvot Zeumerus, nec ea rerum copia & varietate exornatas. Plus enim olei uis lucubrationibus inſumſit hic, qvam iſte. Et deſcriptiones etiam qvasdam iisdem inſeruit, ab pſis Auctoribus concinnnatas, & ſibi communicatas. Siqvidem Auctor eſt Gottlieb Stollius in Hiſt. erudit. C. 1. §. 55. p. 30. Biographiam B. G. Struvii, qvæ P. IV. p. 216. in Zeumero

legitur ab ipſo Struvio eſſe confectam, & dem datam huic Pinacothecæ inferenc Qvod & ex argumento ipſo intelligitur, in res qvædam traduntur, qvas nec Zeum noſſe, nec ſi noſſet, literarum monume prodere fuiſſet auſus. (2.) *Notitia Scriptoru F. Buddei.* (3.) *J. C. Böhmeri Inſcriptiones ſ chrales Helmſtadienſes.* De qvibus alibi. (4. *A. Schumacheri conſpectus Waldecciæ literatæ.*

CCLII.

M. Joh. Caſparis Zeumeri Vitæ Profeſſ Jenenſium, Jenæ 1711. De qvo opuſculc tea. (2.) *Friderici Caſp. Hagen Memoriæ Phi phorum*, Baruthi 1710. De qvibus alibi.) *Vitæ ſelectæ qvorundam Eruditiſſimorum ac illuſt Virorum*, Uratislaviæ 1711. Vide ſupra.

CCLIII.

Pauli Jovii *Elogia Doctorum Virorum*, ſileæ, ſine tempore. Vide ſupra Num. in folio.

CCLIV.

Des Enfans devenus celebres par leurs E ou par leurs ecrits, Pariſiis 1688. Urceus i tui cæpit, ſed currente rota exiit in ampho Lamoignoni enim Juniori Opus inſcripti de Auctoribus Pſeudonymis Bailletus, d fantibus eruditis qvædam præmittere vol

e

em, in infantia ad capeſſendas meliores lite- procurrenti, calcar additurus, ſed crevit ſub nu hæc Præluſio. Adeoqve ſatius putavit idem ſeparatim in lucem emittere. Nec in- na eſt qvæ ſeorſim ſpectetur. In qva tot iditi Minorennes, (in ampliore enim ſenſu nit *infantis* vocabulum Bailletus, eodemqve nes illos denotat, qvi annum ætatis 20. non ceſſerunt) ſpectandi producuntur, Græci Latini, Ethnici & Chriſtiani, antiqviores & centiores, mortui & viventes, melioris & qvioris ſexus. Et Bailleto debemus ſane, qvod c argumentum hodie tam præclare excultum t. Siqvidem ejus exemplo provocati ſunt ii ad ſimile facinus tentandum, qvoniam oſ- tante uno oſcitat & alter.

CCLV. CCLVI.

Friderich Rotſcholtzens Beytrag zur Hiſtorie er Gelahrtheit, *Pars* I. II. III. Nürnberg 1725. x 26. 2. Volumina. Hiſtoriam Iconographi- am meditatur Auctor progreſſu temporis per artes edendam, ut Ephemeridum ſcriptores uos annales ſolent. Atqve in iis docet primum, bi reperiendæ ſint Virorum eruditorum effi- gies manu artificum æri inciſæ, vel nummis gemmisqve expreſſæ, vel alia qvacumqve ra- tione e metallo, marmore, lapide &c. ductæ. Tum adfert monumenta qvædam literaria non- dum edita, vel parum in vulgus nota, atqve iisdem qvandoqve ſuam addit ἐπίκρισιν. Et tandem promittit ſe Parti XII. additurum indi-

cem, & in eo omnia in ordinem redactum
qvæ ſine ordine tradere in his Diatribis coact
fuerit. Qvæ omnia non poſſunt non iis
pergrata, qvi norunt qvam utilis, & jucun
& dulcis ſit, Hiſtoria Iconographica, & qv
to deſiderio adhuc ab eruditis expetita.

CCLVII.

Catalogus Bibliothecæ Thuanæ, Lünebu
1704. Roſæ diſpliceant & Balſama cui non p
cet hic Catalogus. Qvi codicum MSCtor
copia, & editorum librorum cujusvis gene
ſelectu, caritate, ornatu, oeconomia, e
tionumqve præſtantiſſimarum multitudine,
abundat, ut vel ob ſolam Bibliothecam mem
ria æterna dignus videri qveat Thuanus,
ſua ætate incomparabilis. Qvi intra 40. ann
rum ſpatium, incredibili labore, tantoqve ſu
tu eam collegit, ut ad ſolos libros compinge
dos, & concinne & eleganter conveſtiend
centum millia librarum impenderit, teſte P
tro Daniele Huetio in Commentario de rebus
ſe pertinentibus L. VI. p. 392. Et licet
eam commode diſponendam, Catalogumq
accurate conficiendum adhibiti ſint, Viri om
doctrina conſpicui, Petrus & Jacobus Putea
cum Iſmaële Bullialdo, & Joſepho Qvesne
Attamen non licuit iisdem eſſe tam lynceis,
in via hac difficili ac lubrica, omnem offenſi
nem vitare potuerint. Etenim Joh. Gerhard
P. 1. p. 168. male Calviniſtarum Catalogo
inſertus. Et l. c. p. 167. Theodorus Coo
h

zius Lutheranorum. Liber de ortu & oc- monaſteriorum, qvi p. 150. tribuitur Hein- Meibomio, debetur Heinrico Petrejo, vel Heinrico Meibomio juniore teſte in additatis ad Val. Heinrici Vogleri introductionem 63. Qvod autem l. c. Meibomius, & ex eo . Meierus, ſcribit in Bibliotheca Biblica Diſ- 1. p. 16. Juſti Petruchii Chronicon Por- e, pro Commentario, deſcribente *Port* in no Neapolitano, eſſe habitum in hoc indice l. Thuanæ, id tam procul abeſt a veritate, volventi P. 1. p. 397. manifeſto pateat con- ium. Cæterum qvam luctuoſe interierit gazophylacium & decus Reipublicæ litera-, copioſe docet P. D. Huetius l. c. p. 390. . cum qvo conferendus Mr. Vigneul de Mar- e dans ſes Melanges d'Hiſtoire & literature, l. 1. p. 22.

CCLVIII.

Bibliotheca Schalbruchiana, Amſtelodami ud Wetſtenios 1723. Qvi collegit hanc Bi- othecam fuit Joh. Theod. Schalbruch Hiſto- rum Profeſſor, & Scholæ Amſtelod. Rector eritus. Et rem pergratam nobis feciſſet, qvi talogum concinnavit, ſi præfationis loco, Bio- aphiam hujus viri nobiſcum communicaſſet, i tanto librorum optimorum librorum amore gravit, tantaqve eorundem notitia excelluit. am licet MSCti Codices pauci appareant nan- s in gurgite vaſto; Impreſſi tamen in eo ſunt urimi, Theologici, Juridici, Philoſophici, Geo-

Geographici, Medici, Hiſtorici &c. In ii
ſexcenti non cottidiani commatis; ſed m
pretii, nec minoris raritatis & utilitatis,
MSCtis collati, virorum doctiſſimorum n
notati, diligentiſſime commendati, m
ſtudio qvæſiti, & ab Auctore variis animad
ſionibus, velut ſtellulis, ſignati v. g. in
8o. Conradi Dinneri Epithetorum Gr. Lat
rago *liber ſtudioſis utilis.* l. c. Enni, Accii,
cilii &c. fragmenta cum notis H. Stephani
liber egregius. In f. p. 22. Hiſpania illuſtrat
Andr. Schotto Francof. 1603. *liber capitalis.*
p. 62. Conradi Gesneri Hiſtoria animal
Tiguri 1551. *liber eruditus.* In f. p. 22. Paul
vii Opera omnia Baſileæ 1578. *liber optimu*
f. p. 12. Chriſtoph. Scheineri Roſa Urſina
ciani 1630. *liber rarus.* In 8. p. 52. Apollo
Bibliotheca Gr. Lat. Romæ 1555. *liber vade*
In 8. p. 58. Catulli phaſelus &c. Eboraci
liber rariſſimus. In f. p. 35. Cælii Calcagnini
ra Baſileæ 1544. *liber qvovis pretio dignus.*
qve hoc nomine non parum conducit hic C
logus ad notitiam rei librariæ. Rarus ta
interdum in eo dicitur liber, cujus editio
tummodo eſt rara. Et Codici huic noſtro
ob cauſam cumprimis plurimum cenſemus
buendum, qvia ſingulis libris adſcriptum
pretium, qvo venit Amſtelodami publice
haſta venditus.

CCLIX.

Catalogus Bibliothecæ Gundlingianæ, F
1731. In qvo eſt librorum copia, vari

tus, raritas, caritas. Oeconomia etiam ...ibilis. Et index Auctorum longe copio-...ius. Sed deſunt MSCta, & libri prohibi-... Qvorum cum non exiguam copiam habue-...undlingius ὁ πάνυ, nata eſt nonnullis ſu-...o, Bibliothecam ejus poſt mortem non ...ſiſſe integram & intemeratam, ſed Codi-... plurimos ex ea exemtos. Qvorum ſupra ...o. vel 13000. in ea extitiſſe aſſeverant, qvi ...familiaritate uſi ſunt. Atqve in iis qvos-... excellentioris commatis, qvi in hoc elen-... non comparent.

CCLX.

Bibliotheca Marckiana, Hagæ Comitum 1727. ... conceſſo & probato ſumimus, hunc Cata-...um non fictis libris & commentitiis eſſe refer-...i; ad oſtentationem, & rerum magnarum ...m concitandam, qvod diſerte ſcribit Vir ...ndam doctiſſimus, nobisqve amiciſſimus ...harias Conradus ab Uffenbach in præfatione ... Bibliothecam Uffenbachianam T. 1. p. m. 17. ...e ultra ſortem eſt privati hominis, usqve adeo ...gnæ æſtimationis eſt & pretii. Ingens enim ...a eſt MSCtorum copia, editionum etiam Prin-...um ante annum 1500. vulgatarum, & a Ty-...graphis celeberrimis impreſſarum, Aldis, puta, ...ntis, Torrentinis, Stephanis, Vaſcoſanis &c. ...ga copia. Operum ſumtuoſiſſimorum exqvi-...is numerus. Et nummorum Græcorum & ...manorum, aureorum, argenteorum, & æreo-...n, Conſularium, Imperat. populorum, ur-

bium

bium &c. tam ſtupendus cumulus, & ir
cumulo tantus nummorum rariſſimorum
ventus, ut principem congeſiſſe hunc the
rum exiſtimes, non Canonicum Eccleſiæ
tropolitanæ qvæ Ultrajecti eſt. Index ta
nec librorum, nec nummorum collectioni el
ditus. Nec qvicqvam lucis adſperſum un
opaciorioribus, v. g. qvid ſint p. 3. Prov
Senecæ MSCta in membranis. Nec ſpe
facta eſt ea omnia, qvæ in his ſchedis conti
tur, in muſeo etiam Heinrici Hadriani *von*
Marck eſſe reperta.

CCLXI.

Bibliotheca Heinſiana, Lugduni in Bat
1683. Perpaucæ ſunt Bibliothecæ in qv
tantus eſt librorum ſelectiſſimorum & ra
morum cumulus atqve in hac Nicolai Hei
Cujus venditioni publicæ interfuerunt J
Grævius, & C. S. Schurtzfleiſchius, & in
mendis optimis Codicibus pecuniam coll
runt. Prælectionibus etiam publicis Catalog
poſtea illuſtrarunt. Et Grævius cumprimis
libet libro pretium adſcripſit, qvo in aucti
eſt venundatus, & libris raris omnibus præ
tavit (r) ſimplex, rarioribus vero duplex
ut ab aliis diſtinguerentur, ſolis exceptis
thematicis, Philoſophicis, Italicis etiam G
cis & Belgicis, qvibus raritatis notam nul
præfixam deprehendimus. Ipſum etiam C
logum hunc rarum vocat Rudolphus Marti
Meelführer in Præfat. ad acceſſiones ad Bib

a promiſſam & latentem. Et licet MSCta non admodum multa reperiantur, reperiuntur tamen aliqva P. 1. p. 20. 21. P. 2. p. 7. ſeq. Et in editis pleraqve ſunt rara, cum MSS collata, manu eruditorum notata, probi &c. Nec parum ex hoc indice profecit Theod. Schalbruchius in notitia librorum. luqve ex eo egregie proficere poſſunt. Liber non plane ſit inculpatus. Qvod enim extat p. 367. Scriptores publice propoſiti in Academia Wittenbergenſi Anno 1553. & tribus ſeqventibus Wittenb. 1556. Id ſunt ſcripta publice propoſita a Profeſſoribus Wittenb. 1553. & his tribus ſeqventibus 1556. Nec ea tantum qvæ ab A. C. 1553. usqve ad annum 1556. propoſita, ſed & ea Wittenbergæ excuſa ab A. C. 1553. qvæ a Profeſſoribus ibidem propoſita ab A. C. 1543. usqve ad A. C. 1553. vitium eſt typographicum qvod P. 2. p. 78. Ennii fragmenta collecta dicuntur. Pro Ennio enim ſubſtituendus eſt Q. Ennius.

CCLXII.

Bibliotheca Sarraziana, Hagæ Comitis 1715. ium eruditorum ora & oculos in ſe convertebat hic Catalogus, cum primum in lucem prodiret. Nec ſatis comprehendere valebant rei librariæ periti, qvi fieri potuerit, ut homo tus ejusmodi Bibliothecam conſtiparet ſibi, ram non Opes tantum ingenii, ſed & fortunæ, eæqve maximæ reqviruntur, & ſolertia

tia pervigil, & nullo labore ſuperabilis. D
enim non poteſt, qvot in ea reperiantur Ope

(a) *Rara.*

1.) MSCta antiqva, media, & nova, me
branacea & chartacea, Græca, Lati
Arabica, Luſitanica, Hiſpanica, G
lica, Italica.

2.) Edita, eaqve impreſſa a typograp
primis, optimis, & toto orbe celeb
rimis. Italica, in ipſa Italia non habe
dis. Gallica etiam, Hiſpanica & Lu
tanica hujus generis.

(b) *Sumtuoſa*, & marſupium hominis in pu
reipublicæ non ſedentis plane ſuperant
iisqve indumentis veſtita, qvalibus,
ſolent, qvæ in Bibliothecis Regiis loc
habent.

(c) *Selecta* & præclara, & cum vulgo libr
rum nihil commercii habentia.

Inſperſa etiam ſunt ſubinde qvædam mo
ta, ad notitiam librorum juvandam perutil
v. g. P. 1. p. 121. Omnia ſingularium Reg
Luſitaniæ ſunt in pretio, & rara, l. c. p. 16
Petri Marſi annotationes in officia Ciceronis m
gno in pretio ſunt apud eruditos. l. c. p. 16
Omnes Robortelli Commentarii ſunt in pret
P. 2. p. 33. Omnes Campanellæ tractatus
eruditis avide appetuntur. l. c. p. 66. Om
Petri Pauli Vergerii Opera ſunt in magno p

eruditis. Interim qvædam pro raris vendi-
tur qvæ rara non ſunt, ut P. 3. p. 89. An-
nii Majoragii orationes Coloniæ Agripp. Qvæ-
m rara qvidem, ſed eo loco ac numero non
benda, qvo ab Auctore ſunt habita. Sic
im v. g. qvod P. 1. p. 19. N. 59. ſcribit: *Jo-
nnis Gritſch Qvadrageſimale &c.* Norimbergæ
79. f. *Liber inter raros rariſſimus, & cujus pau-
ſima extant in orbe exemplaria, varia continens
ſqvam vulgaria.* Id nobis aliter eſſe videtur.
ſtravimus enim hunc librum ante 24. annos
Bibliotheca Magdeburgenſis Eccleſiæ Cathe-
ralis, in qva extat A. C. 1505. ſine loco excu-
s in f. Et deprehendimus contineri eodem
xplicationem Evangeliorum & Epiſtolarum
ominicalium, non in minimis ducendam pror-
ıs, ſed tanti non faciendam, qvanti Au-
tor eandem faciundam putat. Siqvidem
'heologia Scholaſtica in ea utramqve facit pa-
inam. Nec pauciſſima ejus in orbe extare
oſſunt exemplaria. Qvia hæc altera ejus eſt
ditio. MSCtorum autem Italicorum in hoc
atalogo extantium cumulum inde provenire
ſſeveravit nobis Vir magnus, qvod in repu-
lica Venetorum nobiles Senatui ſemper per
teras ſignificare debeant, qvæ in itineribus
ıis loca viſitarint, qvæqve notatu digna in iis
onſpexerint & obſervarint. Atqve has deſcri-
tiones poſtea, pretio non adeo magno ab iis,
vi harum deliciarum cupidi ſunt, poſſe com-
parari.

CCLXIII. CCLXIV. CCLX CCLXVI.

Bibliotheca Uffenbachiana univerſalis Catal

Tomus I. Francofurti ad Mœnum 17
Tomus II. Ibidem 1730.
Tomus III. Ibidem 1730.
Tomus IV. Ibidem 1731. *qvatuor Volu*

Amiciſſimus nobis fuit Vir illuſtris Uffe chius cum viveret, qvi non tantum comr cium literarum nobiſcum habuit per annos ne multos, ſed hoc etiam Catalogi exempl dono nobis datum, Francofurto ad nos tr miſit Vir doctiſſimus, candidus, officio librorum avidus, & rei literariæ peritiam aſſecutus, ut pauci, Germanorum Peireſ Qvi 25. annorum ſpatio magno conatu, ma ſtudio, & maximo ſumtu iſtam librorum c morum & rariſſimorum molem collegit, his qvatuor voluminibus recenſetur. In ſtupenda eſt MSCtorum copia. Et ine tanta, cum aliorum, tum Hiſtoricorum pr pue, & Scriptorum juris publici multitudo non poſſis non admirari regales haſce opes rarias. Atqve hæ ordine optimo digeſtæ ſ & indicibus copioſis inſtructæ. Et cum dem, rationibus graviſſimis adactus Vir ſtris, venundare has merces pretioſas conſti ſet, cuiqve libro adſcripſit pretium, qvo q qve venalem eundem apud ſe reperire po

no

asqve adſperſit interdum Hiſtoricas non lippo cuivis & tonſori notas. Non tamen ve omne tulit punctum, & ſcribentem no interdum qvædam fefellerunt. Qvi T. 3. Sect. 4. p. 118. p. 168. deſcribitur Co- Claudii Statii membranaceus, notis interli- ibus & marginalibus illuſtratus, dono olim nni Tritthemio Abbati Spanheimenſi a Ja- a Slettſtat datus, emtionis jure poſtea enit ad nos, & hodie partem facit Biblio- æ noſtræ. Atqve is tantum abeſt ut Sta- integrum repræſentet, ut potius in eo de- omnes Sylvarum libri, Thebaidos etiam nus totus, Et libri XII. particula ultima, duobus libris Achilleidos. Ut librorum ebaidos fragmentum qvoddam tantum ſit, is minutioribus ante 400. forte annos, ele- ter qvidem ſatis in membrana conſcriptus, um aliis MSCtis collatus, & lectionibus antibus inſtructus, ſed qvæ tamen mino- momenti ſunt, ſi cum variis lectionibus poſnantur, qvæ vir κριτικώτατος Caſpar thius in ſua Statii editione conglomeravit.

CCLXVII.

Catalogus Bibliothecæ Gerhardi von Maſtricht, mæ 1719. Qvi non in primo qvidem po- ndus loco, ſed nec in ultimo. Nam licet Ctorum non adeo magnam copiam habeat; preſſorum tamen, & ſelectorum, & rario- n librorum ingentem habet vim & multitu- em. Qvibus interſitæ ſubinde notulæ Hi-

ſtoricæ & Criticæ, de varia eorum editi[c]
utilitate, dignitate, raritate. Pſeudonymi et
& Anonymi plures detecti. Et obſervatio
qvædam immiſtæ ad Hiſtoriam literariam d
cidandam perutiles & peropportunæ, v. g. p.
Omnia Wagenſelii opera eſſe multæ lecti
& docta, p. 70. pleraqve Calixti eſſe docta, p
Biblia Hebraica interlinearia Benedicti A
Montani Hiſpalenſ excuſa Antwerpiæ a Plant
1584. eſſe rariſſima. Et hoc exemplum un
eſſe ex iis primis, in qvo Eccleſia Proteſt
tium pro orthodoxa habetur & declaratur,
qvod poſtea in ſeqventibus iſtius anni exem
ribus eſt omiſſum, p. 539. Poſt mortem La
becii hæredem ejus tardæ venditionis impati
tem, operoſos commentarios de Biblioth
Vindobonenſi officinis ſeplaſiariis vendidi
ac inde iſtam raritatem exemplarium & car
tem, forte ſine ſpe reſtitutionis hujus labori
488. Caſparis Barthii Adverſariorum Libros L
Opus eſſe immenſæ lectionis, ſed latere adh
LX. libros eorundem. Præterimus plures ob
ſervationes hujus commatis minio notand
Catalogus autem totus qvantus qvantus eſt,
diligenter admodum & vitioſe eſt excuſus.
libri plures eam in claſſem rejecti, ad qvam m
nime pertinent. Et in adjectis notis Criti
qvædam ſunt nimis generales, qvædam parti
ſtudio infectæ, qvædam cum ratione rei, qv
dam cum ſemetipſis non omnino conſonan
v. g. p. 529. Godofridi Arnoldi hæreſiologi
eſſe accuratam, item p. 48. Oecumenium

X

n medio Seculi XI. & tamen ætatis eſſe

.

CCLXVIIII.

Bibliotheca Menckeniana, Lipſiæ 1723. Egregie eſt apud eruditos de hac Bibliotheca natio. Qvæ 60. annorum ſpatio a Patre, o Ottone & Joh. Burchardo Menckeniis ta, MSCtorum copia non admodum abun. editorum autem freqventia ſatis affluit; qvidem omnis generis; Theologicorum ,& Philoſophicorum,& Medicorum,exiguus umerus, ſed Hiſtoricorum cumprimis, qvi. ta excellit, ut cum publicis qvibusdam Bi. hecis de prærogativa contendere qveat. :dit perelegans librorum in certas claſſes oſitio. Et index Auctorum ea ratione ad- tus, ut idem nomen ſi bis, aut ter, aut ies recurrat, tituli etiam librorum ſimul indicati, qvo crebræ evolutionis labore le- es poſſint ſuperſedere. Qvod opportunum evamen eſt, qvi uti hoc nomenclatore ve- Utinam notulis qvibusdam illuſtraſſet hunc orum ſuorum Elenchum Auctor doctiſſimus, d fecit in Langletano indice, & in hoc etiam 84. ſeq. ubi MSCta recenſet, ſed propoſi- i ipſi erat privatas prælectiones adornare, & is de librorum dignitate, pretio, raritate, sqve qvæ ad cognitionem acroamaticam ſpe- nt luculentius ediſſerere, & tum fortaſſis Ca- ogum acceſſionibus Criticis auctum vice ſe- nda edere locupletiorem. Qvo tempore &

eas, qvæ in hanc editionem irrepſerunt en-
dabit procul dubio, labeculas. Scilicet 1.
Schediaſmata minora, a lectoribus in βιβλιο-
σια non verſatis, habeantur pro juſtis operi
2.) Ne in claſſem conjiciatur liber ad qvam
ſpectat. 3.) Ne unum idemqve opuſculum i
verſis claſſibus repetatur.

CCLXIX.

Bibliotheca Perizoniana, Lugduni Bata-
rum 1715. Perizoniorum nomen genuin
eſt *Vorbruch*. Et Jacobus Perizonius Hiſto
in Academia Lugduno Batava, cum viveret,
Profeſſor; Vir variæ eruditionis laude illuſt
Sed in adornanda Bibliotheca Profeſſionis
rationem habendam putavit maxime. Unde
librorum Hiſtoricorum Sylloge eminet in ea p
reliqvis. Nummorum enim apparatus non ac
inſignis eſt. Nec MSCtorum congeries mag
fica. Et qvæ ex aliis diſciplinis in hac Bibl
theca comparent ſcripta, nihil ſimile hab
cum Hiſtoricis, ſi numerum ſpectemus. Ca
rum qvi Oeconomiam adornavit nec Ariſtop
nis, nec Cleanthis lucerna inſtructus fuit.
qvi a libris rariſſimis laudavit hunc Catalog
in indice, qvid inter libros bonos & raros
terſit, fortaſſe non ſatis habuit perſpectum.

CCLXX.

Bibliotheca Mayeriana, Berolini 1715. M
torum nummorum eſt hæc Bibliotheca a J
Fr

id. Mayero Wittenbergæ, Hamburgi, &
ryp valdiæ comparata. Cui licet uxor cum
npl lote non obtigerit, luculenta tamen ipſi
pat obvenit hæreditas, luculenta ex officiis
bli ſtipendia, luculenta a Patronis, & ami-
s, & fortunæ amplificatoribus munera. Qvæ
nn Bibliothecæ acqvirendæ impendit. Atqve
nc la tam fuit conſpicua librorum multitudi-
, ritate, præſtantia, & aliis eminentiis, qvi-
ıs bliothecæ vulgares deſtituuntur. Sed qvi-
ıs rtunæ fallacias evitare tamen non potuit.
lol bwitæ enim Pomeraniam inundantes eam
va runt, ciſtisqve occluſam plauſtris impo-
ıer nt in Academiam Petropolitanam deve-
er im. Sed interceſſit filius Mayeri, Profeſſor
le cinæ Grypswaldenſis eo tempore. Qvi
l tinuit a Rege Boruſſiæ, ut Bibliotheca Pa-
is n itinere intercluſa, Berolinumqve depor-
at bidem publice ſub haſta fuerit divendita; Sed
r 6000. tantummodo imperialibus, cum
8 00. Patri conſtiterit. Et licet tota egregia
t præſtans, excellunt tamen præ cæteris
b Theologici, & autographa Lutheri, &
c alium ab A. C. 1518. usqve ad annum 1545.
c cclefiæ Romanæ ſuppellex, & Synagoga
u lica. MSCta enim maximam partem
l latina, & Germanica, & recentioris ævi. Et
p. 719. pro famoſo ſcripto *de tribus impoſtori-*
u venditatur Codex, *de impoſturis religionum*, eſt
t m apud nos, ſatis ſceleratus qvidem, ſed
t nfando libro de tribus impoſtoribus, tam di-
ſus, ut nulla prorſus inter utrumqve ſit ſimi-
do.

Uu 4 CCLXXI.

CCLXXI. CCLXXII.

Catalogus Bibliothecæ Leyſerianæ, Helmſt. 1728. Exempla duo. Qvorum unum adſcr habet pretia, alterum iisdem caret. Non i tem unius Bibliothecæ hic eſt Catalogus, plurium, Polycarpi Lyſeri Patris, Joh. A Schmidii Soceri, Joh. Diet. Sprecheri &c. omnes jure hæreditatis & emtionis ad poſſe rem devolutæ ſunt. Et facile divinare lic cujusmodi illæ fuerint, ſi qvis recogitav qvanta hæc in Republica literaria fuerint no na. In diſpoſitione tamen ſuam ſecutus m tem potius Leyſerus, qvam communem ditorum ſenſum, omnia conturbavit atqve miſcuit. Unamqvamqve etiam Diſſertatiun lam ſeparatim poſuit. Et licet conſtituta ctione poſtea hæ merces non ſpernendo venditæ ſint, cum ultra 6000. imperiales ex ad hæredes redierint, plus tamen pecuniæ inde emerſiſſet, ſi tot Opera illuſtria non ſent mutila & imperfecta, v.g. P. Lambecii Co ment. de Bibliotheca Vindobonenſi, & alia, v ditioni publicæ certas ob cauſas ſubducta, u A. Schmidii MSCta omnia.

CCLXXIII.

Bibliotheca Gerardina, ſine loco 1729. G hardus Wolterus Molanus, liberi & impe lis Monaſterii Luccenſis Abbas, annos fere vivendo explevit, & Bibliothecam reliqvit, q

80

imperialibus redemta, Bibliothecæ Re-
Electorali Hannoveræ eſt inſerta. Laudat
ı J. W. Peterſen in vitæ propriæ deſcri-
p. 118. ubi ſcribit: *Der Herr Abt führete*
f ſeine Bibliothec, die aus ſehr raren Büchern
e, unter welchen viele Bücher aus Buda wa-
ie auf Pergamein beſchrieben. Et ejus etiam
nmatis, ut laude non ſit defraudanda.
icet in ea MSCta perpauca ſint, contra
tradit Peterſenius, ſunt tamen aliqva, &
tiam Sinica 126. Turcica 126. Perſica
Græca 160. Latina 119. 126. Et qvi
loco nominari debuiſſent: Qvinqve To-
ıtographorum variorum Imperatorum,
n, Pontificum, Electorum, Cardinalium,
- Epiſcoporum, Ducum Brunſvicenſium,
neburgenſium utriusqve ſexus, aliorum-
ıagnorum & illuſtrium virorum, 789. In
em qvi typis exſcripti ſunt, maximam par.
aciunt, qvi de re nummaria commenta-
t Scriptores, qvos maximo ſtudio conqvi-
Vir celeberrimus, ob pretioſiſſimum, qvod
t, nummophylazium, qvod poſt ejus obi-
66000. thaleris eſt æſtimatum.

CCLXXIV.

Bibliotheca Dalmanniana, Hagæ Comitum
. De cujus Bibliothecæ præſtantia ita ju-
nus, ut paucas eidem comparandas eſſe
remur. Vix enim ullus in ea eſt liber com-
is & vulgaris notæ. Contra omnes fere ſunt
ni pretii, eximii, ſelecti, perrari. A ty-
Uu 5 pogra-

pographis principibus & primis impreſſi. Manu eruditorum notati. MSCti etiam nonnulli. Et exotici complures Italici, Luſitanici, Hiſpanici &c. Atqve in his omnibus Hiſtorici ſuperant reliqvos, & tacite innuunt, qvibus ſtudiis Dalmannus præ cæteris fuerit deditus.

CCLXXV.

Bibliotheca Creniana, Lugduni Batavorum 1730. Qvod in hoc Catalogo maxime laudandum putamus, eſt præfatio, qvæ eidem præmiſſa eſt. In ea enim traditur Hiſtoria Crenii arcana, ſed elliptice, & ita ut hiatibus & lacunis non careat. Siqvidem non dicitur 1.) Qvare Crenius munus Eccleſiaſticum Cellis olim ſibi demandatum deſeruerit. 2.) Qvare ſe primum Dorotheum Sicurum, tum Thomam Crenium appellare maluerit, qvam Thomam Theodorum Cruſium, qvod verum & genuinum ejus nomen fuit. 3.) Qvare dulcius eſſe putarit Hungariam, Marchiam, Livoniam, Friſiam, Bataviam &c. pervagari extorrem, qvam in patria ſede ſtabili & domicilio certo uti. 4.) Qvare Bibliothecam rerum domeſticarum diſpenſatrici teſtamento legarit, non natis ex ſe liberis & qvare ab iis pro parente agnitus, eosdem agnoſcere noluerit. Hæc & alia hujus generis ſpectant ad Hiſtoriam Crenii ἀνεκδοτον. Cujus qvi præfationem huic Catalogo præmiſit, detexit particulam, ſed plurima tacitus prætermiſit. Recte autem de Bibliotheca ipſa judicat, eam eſſe rudem & indigeſtam molem. Et toto co

errat, qvi indici inſcripſit, eam excellentiſſi-
os & in omni genere rariſſimos continere li-
os. Qvæ enim P. 2. p. 32. enumerantur
ISCta, perpauca ſunt, & levidenſia, & vix digna
væ peculiarem claſſem obtineant. Et qvæ in
ditis p. 29. l. c. prohibita dicuntur, maximam
artem Sociniana ſunt & communia, ſi Michae-
s Serveti qvædam excipias. Reliqva omnia
ere ſunt extra raritatis ſortem. Et ſi qva præ-
lara ſunt in iis, ut ſunt omnino, ea vulgatio-
ibus ita ſunt immiſta, ut eorum ſplendor ab ho-
um tenebris pene arſorbeatur.

CCXXXVI.

Bibliotheca Werlhofiana, Helmſtadii 1715. Joh. Werlhofius Hermanni Conringii in Profeſſione Politices Succeſſor, & in Polyhiſtoria ſtrenuus imitator & æmulus, præmatura morte extinctus Bibliothecam reliqvit, non adeo magnam qvidem, ſed ſelectam tamen, & Hiſtoricis ac Jurispublici Scriptoribus maxime affluentem. Cujus auctioni 1715. Helmſtadii inſtitutæ ipſi interfuimus, a Reverendiſſimo Capitulo Cathedralis Eccleſiæ Magdeburgenſis eo ablegati, ut Bibliothecam Cathedralem, cui curandæ tum præfecti eramus, librorum numero augeremus. Qvam hac occaſione non ſpernenda librorum mole amplificavimus, & majore amplificaſſemus, niſi G. G. Leibnitii, & Joh. Chriſt. Lunigii βιβλιοφιλια obſtitiſſet. Hi enim magno pretio interdum redimebant deductiones ſpecie externa minores. Cujus rei teſtis eſt hic Cata-

logus

logus, in cujus margine, qva fieri potuit dili gentia, pretia librorum annotavimus, & ſimi ὡς ἐν παρόδῳ adjecimus notulas Hiſtorico-Crit cas, de qvorundam Operum raritate, præſtai tia, jejunitate, editionibus variis &c.

CCLXXVII.

Bibliotheca Haſæana, Bremæ 173 1. De qva rect judicat, qvi præfationem præmiſit; Non qvidem hæc Bibliotheca ſuperbit copia Operum volu minoſorum (cujus vocabuli auctoritatem ei defei dendam relinqvimus, qvi hoc ſenſu uſurpandum ſibi ſumſit) & magnæ molis, qvibus mult ſplendorem ſuis Bibliothecis conciliare ſtudent; Verum qvod illi hinc decedit, ſatis compenſa copia utiliſſimorum librorum, qvin libellorum inſignis raritatis, qvos in maximis Bibliotheci fruſtra ſæpe qværas. Sane qvam multa in ha Bibliotheca ſcripta ſunt perutilia; Rara etiam nonnulla eaqve a Catalogi Architecto ſtudioſ notata, & ordine non inconcinno omnia dige ſta, indiceqve Auctorum ſatis copioſo inſtructa MSCta tamen & prohibita p. 755. ſeq non ma gni momenti ſunt. Qvædam etiam ex editi ſignata paulo indiligentius, ut p 245. N. 6. Bibliotheca Uffenbachiana dicitur, qvæ Bi bliotheca Uffenbachiana MSCta dicenda fui ſet. Qvædam etiam nuncupata ſunt rara, qv talia non ſunt, ut p 224. N. 195. Caſparis S gittarii Hiſtoria Gothana. Qvædam vocat præſtantiſſima, qvæ ejusmodi acroama non m rentur, ut p. 222. N. 151. ubi extat: *Clauc Dureti Hiſtoria linguarum hujus univerſi Yverdu*

161.

9. *Liber perrarus & præſtantiſſimus*, ſed editio e eſt apud nos impreſſa eſt a Cologny par tth Berjon pour la Societé Caldoriene 1613. de fluctuat animus an, qvæ in Haſæi Catago laudatur vera ſit. Siqvidem Opus tam ſpiſn, & tot Alphabetis exoticis conſpicuum, n tam facile invenit, qvi denuo ſub prelum ttat. Et ſi vera eſt, ceſſat raritatis encomi- qvia bis impreſſum eſt Opus. Et ſi id etiam giamur, præſtantiſſimum tamen dici non teſt, ſi Joh. Reiskium audias, virum doctiſnum & in dijudicandis libris acutiſſimum. Hic im in Diatribe de lingua tertia Luneburgi 1676. cuſa, Tractatio, ſcribit, qvam promiſerat on bene ceſſit Claudio Dureto Burbonnenſi, & æſidi apud Gallos, cum viveret, Molinienſi. ic enim ut Hiſtoriæ linguarum omnium communi conſuleret, Theſaurum qvendam vaſto tulo complexus, origenes ſingularum, proeſſus, vigorem, mutationem ac everſiones rgiter promiſit Qvam autem exſpectationi, romiſſoqve, ῥαψῳδία ſive Opus undiqve collectum non congruat, deprehendet, qvisqvis artem maximam, Hebraicis conſumtam, næos Genebrardi aſſutos, lapſus paſſim Hiſtorios, Chronologicos, & Grammaticos, linguas lias ex ſolis characteribus tractatas, aut prorus præteritas cogitabit. Utut ſit, laude ſua Duretus nunqvam defraudabitur, tum qvod plurina, qvæ ſparſim jacebant collegerit, tum qvod *rimus* ad Hiſtoriam linguarum Syſtemate comprehendendam præiverit.

CCLXXVIII.

CCLXXVIII.

Bibliotheca Lampiana, Bremæ 1730.

CCLXXIX.

Bibliotheca Anonymiana, Lugduni Batav rum 1716. Cujatis ſit hæc Bibliotheca ſcim eqvidem cum ignariſſimis. Eſſe autem Vi variæ eruditionis laude celeberrimi, res ip loqvitur. Affluentes enim in ea ſunt copi librorum optimorum, ſumtuoſiſſimorum, rari ſimorum. Qvi ſtructura pereleganti ſunt d ſpoſiti. Et appendice librorum Botanicoru (in qvibus duo ſunt Herbaria viva, qvorum alte rum in Americanorum Caſtello Surinamo, a terum in Africanorum capite bonæ ſpei coll ctum eſt,) & theſauro inſectorum, & anim lium D. Danielis Desmareti collocupletati. Cuju generis theſauri non facile obvii ſunt in Muſe eruditorum. Pauci tamen adſunt ſpectantes a Hiſtoriam literariam. Et MSCtum tantummod unicum p. 648. & qvæ p. 32. N. 568. adject Centuriæ primæ Magdeburgenſis nota, *Præte primam Centuriam Germanice nullam eſſe editam*, cum veritate parum conſpirat, qvia tres ſunt Cen turiæ apud nos, in linguam Germanicam trans latæ, & A.C. 1560. Jenæ in f. impreſſæ. Ami ciusqve conſentit cum ea, qvod p. 649. legitur Biblia Arabica, Romæ 1611. 3. Volum. lib. Ra

CCLXXX.

Bibliotheca Winckleriana, Hamburgi 1721.

CCLXXXI.

Bibliotheca Heinecciana, Halæ Magdeb. 1723.

CCLXXXII.

Bibliotheca Krauſiana, Halæ Magdeb. 1709.

CCLXXXIII.

Bibliotheca Benthemiana, Luneburgi 1732.

CCLXXXIV.

Bibliotheca Ittigiana, Lipſiæ 1711.

CCLXXXV.

Bibliotheca Kielmans-Eggiana, Pars tertia, Hamburgi 1720.

CCLXXXVI.

Bibliotheca Albertina, Lipſiæ 1698.

CCLXXXVII

Bibliotheca Hugoniana, Hanoveræ 1719.

CCLXXXVIII.

Bibliotheca Anonymi Selecta, Halberſtadii 1720. Cum Epiſtola MSCta de poſſeſſore hujus Bibliothecæ.

CCLXXXIX.

Bibliotheca Ludoviciana, Lipſiæ 1705.

CCXC.

Bibliotheca Boeckeriana, Ratzeburgi 1734.

CCXCI.

Bibliotheca Roeſcheliana, Præmiſſa eſt v
Roeſchelii, Wittenbergæ 1713.

CCXCII.

Bibliotheca Spilkeriana, cum pretiis, Ha
noveræ 1723.

CCXCIII.

Bibliotheca Breithauptiana, Halæ 1732.

CCXCIV.

Bibliotheca Bugæana, In qva pretium, q
veneunt libri ſinguli, in fine eſt additum, ad im
tationem Bibliothecæ Uffenbachianæ, Magde
1733.

CCXCV.

*Hiſtoria literaria Simonis Pauli Bibliopolæ A
gentoratenſis*, Argentorati 1671. Hiſtoriam l
terariam & notitiam librorum eo tempore non
dum putabant eſſe diſtinctam pleriqve. Adeo
qve Hiſtoriam literariam inſcripſit Bibliopol
hunc libellum, qvi aliud nihil eſt qvam Cata
logus librorum, qvos in officina ſua libraria ha
bebat venalium, non qvidem excellentium pr
cæteris, ordine tamen Syſtematico concinn
ſatis diſpoſitorum.

CCXCVI.

Bibliotheca Portatilis Theologica, nominalis
realis, Latina & Germanica, Proteſtantium
Romano-Catholicorum h. e. Catalogus libro
rum

Theologicorum in Officina Wolfgangi tii Entteri extantium. Norimbergæ 1687.

CCXCVII.

Ambroſii Sande Catalogus von allerhand alten und euen Büchern, Berlin 1724. In qvo p. 194. , J. F. Reimmanni *Nachrichten und Urtheile enen Lateiniſchen* Auctoribus Claſſicis, *und noch vorhandenen Schrifften*, Halle 1713. 12. ibellus mihi nunqvam oculis uſurpatus eſt, m abeſt ut a me concinnatus ſit, & in lu- emiſſus. In qvem lapidem offendit etiam doctiſſimus *** qvi in Hiſtoria refor- onis Hild. P. 2. p. 117. mihi tribuit, atationem de admiranda bonitate divina in nonſtranda homini ſalutis via 1689. edi- , qvæ mihi plane eſt incognita, & alium ncunqve qvam me habet Auctorem.

CCXCVIII. - CCCIII.

J. F. Reimmanni Einleitung in die Hiſtoriam riam ſowohl insgemein, als auch in die Hiſtoriam riam derer Teutſchen inſonderheit, Halle 1708. VI. Volumina.

CCCIV.

Ejusdem Erſten Linien von der Hiſtoria litera- erer Teutſchen, Halle 1713.

CCCV.

Ejusdem Einleitung in die Hiſtoriam literariam diluvianam, Halle 1709.

CCCVI.

M. Benjamin Hederichs Einleitung zu . *vornehmſten Hiſtoriſchen Wiſſenſchafften*, B. 1709. Cujus Pars VI. tantummodo, qv notitia Auctorum agit, ſpectat ad noſtros l corymbos. Commendanda omnino ab Au ris ſedulitate; Sed non item ab Operis abſolu ne, qvæ ejusmodi non eſt, ut nihil in e ſiderari qveat; Sic enim v. g p. 292. de lo Gellio non dicitur: 1.) Qvid in noct Atticis muſinatus ſit, & commentatus. 2.) (ex viginti libris octavus ſit deperditus. An, & qvo ordine in iis ſit uſus. 4.) ejus in dictione laudes, qvæ maculæ &c. omnia via ſuccincta tradi poſſe putamu Auctoris cujuvis ἀξιομνημονευτα, brevi & cta definitione comprehendamus, e. c.

Aulus Gellius eſt Philologus Latinus, æ argenteæ, qvi ſcripſit noctes Atticas Libros XX. (e qvibus tamen Liber eſt deperditus) de rebus Gramma Criticis, Hiſtoricis, Philoſophicis, A qvariis &c. ordine nullo, ſtiloqve no ficeto qvidem, ſed Græcismis & Arc mis reſperſo, adeoqve non temere u imitando; ut famæ conſuleret, & q tum valeret eruditione & ingenio, c ve in Scriptoribus antiqvis obelo & riſco dignum judicaret, velut in th exhiberet conſpiciendum.

1 enim Operæ pretium ſit Auctorum claſ-
n habere notitiam, multitudo autem ob-
& diverſitas aciem intentionis obtundat
faciendum nobis eſt, qvod ſolent, qvi
im ſitus pingunt, in brevi qvaſi tabula
uctoris imago eſt amplectenda. Qvod
ione fieri poteſt optime. Qvalem de qvo-
ctore nos olim conſtruximus, & Operum
hi, qvam habuimus manu noſtra inſcri-
s v. g.

us Livius Patavinus eſt Hiſtoricus Latinus, etatis aureæ, qvi Romanorum diſciplinam, mores, conſilia, acta & eventus a primordio urbis uſqve ad Seculum VIII. ſingulari magnificentia, & lactea dicendi libertate libris 140. (e qvibus hodie 35. tantummodo ſuperſunt) perſcripſit, ut famam ſibi circumfunderet, & memoriæ rerum, a principe populorum geſtarum, pro parte virili conſuleret, lectoribusqve exempla intuenda proponeret, qvæ imitari, qvæqve vitare debeant.

CCCVII.

M. G. H. Zinckii Primitiæ de eloqventia & Hi-
literaria, Halæ 1719. Qvi C. 2. §. 10.
9. me invidendo encomio mactat, ſed in-
l egregie lapſum pronunciat, qvod in Hiſt.
Germanorum Parte 1. p. 33. ſcripſerim: Eu-
ium Rhetorices Profeſſorem in Germania
e, cum hic ipſe latinam eloqventiam in

Germania docuerit; Sed bene, ſic habeo co
tentem reum. Si enim Eumenius latinam e
qventiam in Germania docuit, fuit Profe
Rhetoricæ in Germania. Aſt non Profeſſor l
guæ Germanicæ, ais. Recte, inqvam. N
ego hoc l. c. affirmavi. Qvin potius diſe
ſcripſi: *Daſs die meiſten von denen lateiniſchen*
negyriſten, die mit dem Panegyrico *des* Plinii *p*
gen gedruckt zu werden, ſich dazumahl in Nied.
Teutſchland befunden haben. Et parum acc
rate noſtram Hiſtoriam literariam inſpexiſſe vi
tur Auctor, dum ſemper & ubiqve *Reumann*
appellitat in his primitiis, qvem *Reimmann*
nuncupare debuiſſet, ſi duos lapſus in una
ce evitare voluiſſet. Sed ita oſcitans hall
natur ſæpius etiam in aliis, qvod lector occ
tus facile videbit.

CCCVIII.

C. P. *Leporin Kurtze Nachricht von ſeinen*
bens-Beſcreibungen, und was er ſonſt in Hiſt
zu ediren willens 1720. Vide ſupra Num. 2
(2.) *Thomæ Fritſchii conſilium de theſauro antiq*
tatum Germanicarum proxime edendo, Lipſiæ 17
Exemplo Jacobi Gronovii, & Joh. Geo
Grævii, qvorum ille antiqvitatum Græcaru
Hic autem antiqvitatum Romanarum edide
theſaurum, excitatus Thomas Fritſchius
bliopola Lipſienſis, Vir non vulgari cognitio
literarum inſtructus, theſaurum antiqvitat
Germanicarum prelo ſubmittere cogitabat,
jus exhibet in hac ſcheda eruditis Sciagraphi
ut ſententiam de hoc ſuo inſtituto ferre poſ

ſqvid augendum in hoc Opere, vel emendandum exiſtimarent, libere pronunciarent. Sed rbus humanis exemtus eſt Auctor, prius qvam oloſſi hujus literarii fundamenta jacta ſint a typographis, tantum abeſt ut ad perfectionem fuerit deductus. (3.) *J. P. Ludewig Deutſchlandes theil aus Unwiſſenheit der Teutſchen Hiſtorie*, Hal. 1 71 . Programma Academicum, in qvo monita qvædam de Hiſtoricis, & Juris publici Scriptoribus non cottidiani commatis. (4.) *Umaſsgeblicher Vorſchlag wie eine Bibliothek derer Teutſchen Geſchicht-Bücher verfertiget werden ſolle*, 1705. (5.) *Gvil. Türckii Diſſertatio de Inſtitutionibus Hiſtoriæ antiqvæ, qvas molitur.* Scilicet conſtitutum erat Auctori brevi libello expeditiorem viam monſtrare, ad diſcendam docendamqve populorum omnium, qvot antiqvorum libris continentur, Hiſtoriam; Nec nullis omnino habilitatibus inſtructus erat, ad arduum hoc Opus feliciter perficiendum, bene latine loqvens, doctrina, judicio, & prudentia præſtans, & in monumentis antiqvis Græcis, latinisqve egregie verſatus; Sed *** S. T. Sileto, Taceto, S. vult ut ſileas. T. monet, ut taceas. (6.) *Tilemanni Stellæ Methodus, qvæ in Chorographica & Hiſtorica totius Germaniæ deſcriptione obſervabitur*, Roſtochii 1646. Opus affectum, ſed non perfectum.

CCCIX. CCCX.

Graziani Agricolæ Auletis Reiſen in unbekante Länder, Pars I. 1721. Pars II. 1722. II. Volumina. Sub hoc nomine Auletis latet G A.

 P.eiſ-

Pfeiſterus SS. Theologiæ ſtudioſus, Ermslebiæ r
biſcum ab A. C. 1708. usqve ad A. C. 17
cottidie verſatus, & ad vitæ noſtræ rationem
conſuetudinem vehementer accommodatus. M
ra enim Hiſtoriæ literariæ cupiditate flagrab
Et qvia *ἀγρυπνία* laborabat admodum, r
ctem cum die ſtudendo conjungebat ut plu
mum, & nobis indices conficiebat in libros co
plures, qvi iisdem deſtituebantur. Fuit poſt
Brunſvigæ in ædibus fratris, qvi ibidem ve
divini erat Miniſter, & imbuendis juvenib
& ſcribendis libris dedit operam, collegitq
ſpiſſum *Opus de vita Eraſmi*, qvod non ſine
literariæ damno intercidit. Ipſe enim mo
ſubitanea extinctus eſt, & qvi ſuperſtiteru
parum fuerunt ſoliciti de conſervandis ejus ſcl
dis MSCtis. Qvas prelo dignas fuiſſe facile
debit, qvi fictas haſce peregrinationes luſtrand
ſibi ſumet, in qvibus libere ſatis & audacter i
omne divulgavit, qvod in republica civili & l
teraria aſteriſco & obelo notandum eſſe putav
plura daturus ſi vita longinqvior eidem obtigiſſ

CCCXI.

M. Joh. Godofr. Walther de certaminibus genii maxime inter gentes, Wolffenbüttelæ 17
In flore ætatis morte ſublatus eſt Auctor. Qv
nobis multum acerbitatis attulit. Siqvidem c
Magdeburgi eſſemus eo familiariter uſi ſum
& ea etiam doctrina erat inſtructus, ut mu
præclara ſibi de eo promittere poſſet Reſpul
ca literaria. Cujus rei teſtis eſt vel ſola h
dia

di cepſis, qva Germanos a ſtupiditatis macula vi licavit, qvam Richardus Steelius in eos ejicere allaboraverat; Eſt enim in ea vis, robur, vivacitas. Apparatus modo Hiſtoriæ literariæ non tantus, qvantus in certamine tali reqvirebatur. Alioqvin uni extero, inventionis lade claro, tres minimum Germanos ſemper opponere potuiſſet, idqve in omni ſcientiarum genere

CCCXII.

C. H. E. D. de Itinere ſuo Anglicano & Bata-relatio. Auctor eſt Chriſt. Henricus Erndius resdenſis Medicinæ Doctor, Vir varia doctrina ſtructus, ſed ad peregrinationem literariam ſcipiendam, vel deſcribendam, non ſatis accomodatus. Qvæ enim de Bibliotheca Gvelpherytana, & ſeceſſu Principis in Salinarum valle efert in prioribus pagellis, levidenſia ſunt pleaqve, & parum explorata, & a J. G. Betulio i. e. J. G. Burchardo, in Epiſtola ad amicum ita onfutata, ut vix punctulum intactum ſit relitum. Et in transcurſu tantum obſervata videntur, qvæ de Itinere ſuo Anglicano tradit. Qvæ autem in Batavia ſe didiciſſe ſcribit, Anatomica ſunt, a Frid. Ruyſchio, & Joh Jacobo Rawio in collegiis publicis propoſita. Et qvem in Anglia, ac terris aliis, enixiſſime, ſed fruſtra a ſe qvæſitum eſſe qveritur librum rariſſimum, ſcilicet Averii Icones Virorum illuſtrium (p. 55. 144.) eum inveniri nusqvam potuiſſe mirum non eſt, qvia nunqvam eſt editus.

(2.) *J. G. Betulii Epiſtola ad amicum*, Hannc ræ 1711. (3.) *Ejusdem Epiſtola ad Philalet de Fabri theſauro*, *&* *Aventini annalibus* Bojor Ibidem eodem.

CCCXIII.

Irenæi Philalethis ad Lenium Sincernm Epi la, qva duæ Betulii Epiſtolæ vindicantur. ſ. l. r

CCCXIV.

Theod. Chriſt. Urſini Gedancken von Phil phiſchen Geſchmack, Jenæ 1719. Digna Co mentatio, qvæ ab eorum manibus teratur, ad Philoſophiæ ſtudium ſe applicare geſtiu Integrum enim decennium in Academia Jen ſi conſumſit Auctor. Et Philoſophiæ Eclecti excolendæ totum ſe tradidit. Atqve hinc c tiones illæ de ſtudio Philoſophico eximiæ. M nita ſalubria. Conſilia qvam plurima accurat re mentis trutina ponderata. Et Philoſop Leibnitio-Wolfianæ aperte, (p. 70. 102. ſeq & operte (p. 120. ſeq) oppoſita. Dictio eti plana & perſpicua, ſed ſapori publico accomm data interdum, & facta Germanico-Latino-G lica. Diſpoſitio ita adornata ut, qvæ Capite dicta ſunt, dicantur iterum C. 3. Et qvæd axiomata ita comparata, ut extra dubitatio aleam minime poſita videantur, ut C. 3. §. p. 93.

CCCXV.

Allerneueſte Acerra Philologica, oder Hiſtoriſche Diſcurſe, Leipzig 1732. Plures ſunt libelli, *acerræ Philologicæ* nuncupati, cum potius *acerræ Hiſtoricæ* fuiſſent nuncupandi, qvi non temere ſunt confundendi. Et hic qvidem e variis Diſſertationibus, & Diatribis, & ſchedis errantibus ita collectus eſt, ut ſcripta authentica cum Scriptoribus indicati qvidem, res ipſæ autem lectoribus ita ante oculos conſtitutæ ſint, qvaſi ex ipſis fontibus ab Auctore ſint hauſtæ. Sic enim Num. 1. ubi de ſtudiis Romanorum literariis diſſerit Auctor, lectori qvidem aurem vellicat, conferendum cum ſuis eclogis Chriſtophorum Cellarium, qvi de eodem argumento commentatus ſit, ſed poſtea ad Auctores ipſos Græcos latinosqve, e qvibus magno cum ſudore congeſſit ſua Cellarius, ita provocat, qvaſi ipſe eosdem in conſilium adhibuerit. Qvod impudentiſſimum fere plagii literarii genus eſt, ipſo Domino præſente & inſpectante contrectare res alienas, & easdem venditare pro ſuis.

CCCXVI. CCCXVII.

Apparatus literarius, ſingularia, nova, anecdota, rariora depromens, ſtudio ſocietatis colligentium. Collectio *Prima* Wittebergæ 1717. *Secunda* ibidem 1718. Duo Volumina. Duæ tantum extant collectiones hujus apparatus, & Societas illa colligentium in herba ſtatim ſuppreſſa eſt. Cu-

jus caput fuit Polycarpus Lyſerus. De qvo pra N. 92. ſententiam diximus, ubi de Scriptoribı qvorum monumenta in 8vo pererrant officir librarias, diſſeruimus. Atqve hic totius collect nis primæ Auctor eſt, qvam facile emtores ı perturam credebat, qvod contineret ſingular nova, anecdota, rariora. Sed ſucceſſum cı animo minime congruentem res habebat. R enim accurrebant emtores. Et, qvi fecer impenſas Bibliopola lucri avidus, & tardiuſc læ venditionis impatiens, multis qverelis obtu debat Lyſerum, ut indemnitati ſuæ conſuler Qvod alia ratione fieri non poterat, qvam vino huic minus vendibili aliam ſuſpenderet ŀ deram. Et hinc factum ut eadem hæc coll ctio A. C. 1722. prodierit ſub hac inſcriptior *Icon omnis generis doctrinæ.* Et A. C. 1729. i rum ſub hac ἐπιγραφῇ, *Amœnitates literar* Qvod ſcire maxime intereſt eorum, qvi co mendis libris intenti ſunt, ne tres libellos eı exiſtiment, qvi eſt unicus tantum.

CCCXVIII.

Chriſtiani Thomaſii Hiſtoria ſapientiæ & ſtul tiæ, Halæ 1693. In qva Auctor, pluribus ſcı ptis aliis jam eo tempore inclytus, opuſcula v riorum varia, ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam & Pł loſophicam ſpectantia, collegit, & ordine Eph merologico diſpoſita vulgavit, ut occaſione haberet proponendi Hiſtoriam errorum comm nium ſub larva ſapientiæ orbi univerſo imp nentium, & veræ ſapientiæ, a plerisqve præju

ciis ntellectus & voluntatis faſcinatis pro ſtultitia iabitæ.

CCCXIX.

rogrammata Thomaſiana, Halæ & Lipſiæ 1724. Vi ſingularis plane in Republica literaria famæ er Thomaſius. Hiſtoriæ civilis & literariæ be e peritus. In Scriptoribus antiqvis & recentiibus non leviter verſatus. Philoſophiæ & ju ſprudentiæ inprimis gnarus. Felici cerebro & raro mentis acumine præditus. Qvi vulgare errores non ferret facile, ſed objurgaret aud ter. Et doctrinas neceſſarias & utiles a non n ceſſariis & inutilibus accurate diſtingveret. E non jurandum in verba Magiſtri, ſed ecle- ce Philoſophandum eſſe doceret; Aſt immo- dratior in qvibusdam fere erat libertas, qva u ebatur. Et doctrinæ ejus παραδοξότεροι. S bimetipſis etiam non ſatis conſtantes. Qvod l inde intelliges, ſi Programma XV. cum Pro- ammate XXX. compones. Adde perſonam Auguſtum Bremerum Saxonem, qvi in pe- liari ſchediaſmate A. C. 1725. edito, neſcio vos Grillos inutiles & noxios, in hiſce Diploatis Academicis deprehendit. Negari intem non poteſt multa in iis eſſe Hiſtorica, Phiſophica, & Juridica alibi non facile obvia, ulta etiam ad cognoſcendam Thomaſii doctriam, ſcripta, controverſias &c. perutilia.

CCCXX.

CCCXX. CCCXXI.

Chriſtiani Thomaſii kleine Teutſche Schriffi Halæ 1701. (2.) *Ejusdem Auserleſene Schrifft zweyter Theil*, Francofurti & Lipſiæ 1714. *P mus* eſt Thomaſius qvi Programma Acade cum, Germanico ſermone conſcriptum, publ in Academia Lipſienſi affigendum curavit A 1687. (T. 1. p. 53.) *Primus* etiam qvi prælectionibus Academicis lingua Germani uſus eſt. Qvod inſtitutum faſtiditum initio iis, qvi linguam latinam eruditis ſolam pu bant eſſe vernaculam, magno conſenſu adm ſum eſt poſtea, qvam perſpectum eſt, paru referre, an mala aurea in cælaturis argent apponantur, an ſtanneis. Atqve hæc Diplom ta Germanica collecta, qvædam etiam lati ſermone ſcripta in Germanicum translata, impreſſa ſunt Halæ 1701. Qvibus 1714. T mus 2. ſucceſſit. Et conſtabit facile ex inſp ctione, multa præclara in iis contineri, & pri cipia juſti, honeſti, & decori inprimis, ita d ſtincte tradita ut vix alibi. (T. 2. p. 333.) S multa etiam de origine rerum publicarum, Sch larum, & decori maxime (l. c. 319.) ita pr poſita, ut Auctor ipſe poſtea hæc ſua Parado erubuerit, (T. 1. p. 56.) & ſe iiſdem plus i commodi qvam commodi excitaſſe in Repub ca literaria confeſſus ſit. (T. 2. p. 331.)

CCCXXII. - CCCXXXI.

Obſervationum ſelectarum ad rem literariam pe[r]tinentium,

Tomus I. Halæ 1700.
Tomus II. Ibidem eodem.
Tomus III. Halæ 1701.
Tomus IV. Ibidem eodem.
Tomus V. Halæ 1702.
Tomus VI Ibidem eodem.
Tomus VII. Halæ 1703.
Tomus VIII. Halæ 1704.] uno volumine.
Tomus IX. Ibidem eodem]
Tomus X. Halæ 1705.
Additamentum ad Tomos decem.

[C]æptæ ſunt hæ obſervationes ſelectæ A. C. 1[7]00. & finitæ, vel potius abruptæ A. C. 1705. P[ri]miqve qvi iisdem colligendis ſe accinxere fue[r]unt Triumviri Chriſtianus Thomaſius. J. F. B[u]ddeus, & G. E. Stahlius. Qvibus acceſſerunt d[e]inceps alii, qvorum nomina peculiari ſche[d]iſmate recenſuiſſe dicitur Caſparus Heinricus S[t]arckius 1716. qvod nobis nondum viſum eſt a[d]huc. Nec diffitemur, nos qvasdam ad has da[p]s literarias attuliſſe Symbolas. Qvæ vero illæ [ſi]t, in præſenti commemorare nihil attinet.

CCCXXXII. - CCCXXXV.

Auserleſene Anmerckungen über allerhand wich[t]*ige Materien und Schrifften. Erſter Theil*, Franckfurt

furt und Leipzig 1704. *Anderer Theil*, Ibid 1705. *Dritter Theil*, Ibidem eodem. *Vie Theil*, Ibidem 1707. *Fünffter Theil*, ſine loco tempore. *Antwort Schreiben auf etliche Frage-S cke eines gelehrten Edelmans*, 1710. *Vier* Vo mina. Harum obſervationum Germanicar plures fuerunt Auctores. Qvorum nomina r bis nec patent in præſenti, nec patuerunt oli nec ut paterent unqvam dedimus operam. N etiam non paucas ex iisdem elucubravim Qvas certis de cauſis ſilentio præterire, qv digito monſtrare malumus. Dicemus tant inchoatas eſſe A. C. 1704. & finitas 1707.

CCCXXXVI.

Nic. Hieron. Gundlingii Obſervationum Se ctarum, Tomus I. Halæ 1707. Obſervationi Selectarum meſſi, (de qva Num. 322. ſeq adjecturus ſpicilegium, haſce ſuas obſervation ſub prelum mittebat Auctor; Sed unicum ta tummodo Tomum abſolvit, negotior mole, & Superiorum interdicto deterriti qvi liberiori ejus calamo frenum injiciendum ſe cenſebant. Thomam enim Hobbeſium omni atheismi ſcabie, & Joh Caſam a παιδερ ςιας crimine immunem eſſe contendit. De d & rebus divinis qvandoqve audacius diſſerit. παραδοξοφιλίαν ubiqve conſpiciendam præb Atqve hinc in herba ſuppreſſa eſt hæc obſerv tionum ſeges, & in primo ſtatim lacte ſuffocat

CCCXXXV

:CCXXXVII. CCCXXXVIII.

Nic. Hieron. Gundlingii Otia, Die I. Auflage, ra :kf. 1706. *Die II. Auflage,* Ibidem eodem. *Die* ritte *Auflage*, Ibidem 1707. Eſt cuiqve ar- ioı fætui ſuus qvidam ſapor; Et cuivis homi- ii oprietas peculiaris, qvæ ſe exerit tum in iſt ne, tum in ſermone, & ſcriptis. Sermo n a eſt character animi. Et ſane patet ex iiſ otiis Gundlingianis, eum varia & multi- li lectione fuiſſe inſtructum. Hiſtoriæ, & Phi- oſ phiæ, & Jurisprudentiæ non imperitum, in- ge o fœcundo & verſatili præditum. Sed qvi ot hiſce verba non pauca otioſa, ſatyrica, mi- m a, obſcæna etiam qvandoqve immiſcuerit. E gitatus iccirco ab Anonymo, *in erbaulichen G ancken über* D. Nic. Hieron. Gundlingii otia N imbergæ 1707. in 8vo. Qvod Schediasma a undlingio in Præfat. Partis 3. reſponſione le- ni re repreſſum eſt, qvam qvis ab igneo Gund- li gii temperamento exſpectare potuiſſet.

CCCXXXIX.

Joh. Peter Ludewig kleine Teutſche Schrifften, H lle 1705. Glorioſius ut plurimum de ſe, & c temtius de aliis diſſerit Auctor, Theologis i rimis, in qvos odium incluſum qvacunqve da- t occaſione effundit; Non tamen vulgari do- c ina eſt inſtructus, in βιβλιογνωσια, Hiſtoria, J e publico egregie verſatus, in inveniendo f ix, in diſponendo prudens, in eloqvendo

per-

perſpicuus nec inamænus. Unde omnes, (
hoc faſciculo continentur ejus Proluſiones l
merentur, ſed III. & V. & VI. & XIII. pr
pue. Et qvod mireris maxime, in Hiſtoria
ſcepticus, & tamen totius Jurispublici ſcient
Hiſtoriæ ſuperſtruendam docet.

CCCXL.

Licht und Recht, erſte Entdeckung, 17
Andere Entdeckung, 1704. *Dritte Entdeck*
1704. *Vierte Entdeckung* 1705. In qvibus Sc
diasmatis multa ſunt nova, ſingularia, Pa
doxa, Theologorum plerorumqve & JCtor
ſententiis oppido adverſa; Sed multa qvo
præclara & egregia, & meliore lapillo dig
Qvorum Auctores qvi fuerint, eqvidem r
novimus. Hoc autem novimus, meditation
earum, qvibus jus naturæ & gentium im
gnatur fuiſſe J. S. Stryckium, a Chriſtiano Th
maſio in Hiſtoria Juris naturæ pleniore §. 33.
128. acerbiore ſtilo notatum, qvod ſe in
ſuppreſſo nomine (p. 68. & 84.) petit
ſenſiſſet.

CCCXLI. CCCXLII.

Obſervationes Miſcellaneæ, vermiſchte Ged
cken über allerhand Materien, Tomus I. usqve
Tomum XXIV. Duo volumina, Lipſiæ 1713. 17
1715. Auctor eſt M. Joh. Chriſtian Koch
ſtor Lentzenſis (*nahe bey groſſen Hayn*) qvi eti
de ordinanda Bibliotheca Schediasma ſcrip

exhibet σκιαγραφιαν in his obſervationi-
1 p. 818. Et qvasdam contra Auctorem
Bibliothecæ Hallenſis vindicias, T. 2. p.
Fallere etiam & falli profitetur eos T. 2.
1. qvi obſervationes haſce Scriptis Ephe-
lologiſticis accenſendas eſſe judicant. Qvod
ad nos, qvi curamus ſolum, qvo loco &
ro hæ obſervationes ſint habendæ, non
ordine & tempore prodierint. Et extra
overſiæ aleam poſitum exiſtimamus, ob-
tionum Scriptores interdum plus utilitatis
re rei literariæ, qvam Syſtematum; Nec
inficias in his obſervationibus eſſe qvas-
lectu digniſſimas, v. g. T. 2. Obſervat. 1.
7. ſeq. Pleræqve tamen non tam obſer-
nes ſunt miſcellaneæ, h. e. non id exhi-
, qvod Auctor de rebus variis obſervave-
ſed qvod ex aliis collegerit, & in excer-
um volumina retulerit. Ubi non raro ſex-
e ſententiæ de re dubia comportantur, &
ſa injudicata relinqvitur, adeoqve lector
tus redditur adhuc incertior.

CCCXLIII.

Aufrichtige und unpartheyiſche Gedancken über
Journale, Extracte und Monath-Schrifften,
burg 1715. Auctorem eſſe D. Chriſtianum
ofr. Hoffmannum (cujus Biographia legi-
n G. W. Göttenii *itzlebenden* Europa T. 1 p.
) ſcribit J. A. Fabricius in notitia Ephe-
lit. Morhoffii Polyhiſtori præmiſſa. Cui
. Feuerleinium addit M. P. H. *In der cu-*

 rieu-

rieuſen Nachricht von Journal- Quartal- Annu Schrifften p. m. 21. Qvo jure, qva injuria n definimus. Hoc dicimus Auctorem Epheme dum conditores cum in imaginibus æri incil tum in Diatribus hiſce ſale Satyrico conſperge tem, ipſum transformari in Ephemeridum Sc ptorem, & ad eosdem interdum lapides offe dere, ad qvos eos offendiſſe docet, qvorum ſc pta ad ſtateram revocanda ſibi ſumit. Qv Auctor de l'Eſprit des Journaux p. 42. ſeq. dem aſpero qvidem ſtilo, non autem iniq prorſus objectat. Videt tamen morbos eruc torum Epidemicos. Nec os ei deeſt, nec ar mus, aut vigor, ficum appellandi ficum, lig nemqve ligonem. Qvæ res neceſſaria eſt eo, qvi tale qvid molitur in Republica liter ria, qvale hoc eſt, qvod in inſcriptione huj Commentarii promittit.

CCCXLIV.

M. P. H. Curieuſe Nachricht von denen Jou nal- Qvartal- und Annual- Schrifften, Freybur 1716. Qvi ſub literis hiſce clam eſſe volu eſt M. Paulus Hunoldus. Non notus J hanni Gvilielmo Bergero ſcriptor. Licet ſc ptum ſatis fuerit cognitum. De qvo in Diatril de incommodis ex literatis Ephemeridibus c piendis §. 5. p. 9. in notis, Anonymus, ſcrib qvi latet ſub literis M. P. H. 140. Epheme dum mentionem facit. Qvamvis non nege nonnullos tractatus, invitis Auctoribus, eu inter Ephemerides retuliſſe, qvia omnes i

lit

ib qvi per partes continuantur nomine Ephe-
ne dum hodie venire ſolent. Sed obſervan-
du etiam illud eſt, varias Ephemerides ab
eo lentio eſſe præteritas. Hactenus Bergerus.
Q dum varias Ephemerides ab Hunoldo præ-
ter as eſſe ſcribit, varias ejus hallucinationes
ipſ vel præterit, vel diſſimulat. Multa enim
in iſce commentationibus, & in iis qvædam
κα ϰ ῥητον deſumſit ex D. Chriſt. Godofridi
Ho manni *aufrichtigen Gedancken über die Journa-
le.* Multa Hiſtorica & Critica de Ephemeridi-
bu lit. tradidit indiligentius. Qvoſdam etiam
Ho nonymos confudit, & elegantiæ verbo-
ru non majorem curam habuit, qvam ſtru-
ct ræ rerum.

CCCXLV.

L'Eſprit des Journaux, Berlin 1716. Diſ-
q ſitio mordax, & ſalium multorum plena. In
q Diaria literaria pleraqve naſo ſuſpenſo ſub-
ſa nantur, & D. Chriſt. Godofridi Hoffmanni
cr es de iisdem, (*Gedancken über die Journale*)
it deridendæ proponuntur, ut eam tantum-
m do ob cauſam ſcripsiſſe videatur Auctor, ut
H ffmannum maculis collutularet, qvi Julium
B nhardum de Rohr acerbiore cenſura notave-
ra Sed vacare ipſemet iis opprobriis debet,
q bus alium dilacerare cupit. Qvod locum in
h δοκιμασῃ πνευματων non habet, qvi iisdem
la orat nævis; qvos in Hoffmanno reprehen-
d, mordacitate, paradoxophilia, libertate ni-
m a, & præcipitantia in judicando.

CCCXLVI.

H. P. L. M. Gründliche Nachricht von fra: tzoiſchen lateiniſchen uud deutſchen Journalen, Lei zig und Garleben 1718. Ejusdem continuat *prima* 1720. Continuatio *ſecunda* 1724. Ingens e Ephemeridum literariarum numerus, qvaru in his Commentationibus mentionem facit Au ctor. Verum exiguus, qvem nobis de iisde dat, guſtus. Hiſtoria enim vix primis digit eſt contrectata. Criſis de iisdem eſt pertenui Neqve enim omnia vidit, qvæ enumerat di ria, Auctor. Et qvæ vidit, leviter tantum obiter lambitavit, ut canes aqvam Niloticam Qvædam opuſcula Diariis annumeravit, qv nihil habent cum Diariis commercii. Qvæda omiſit qvæ non vulgarem in Diariis habent l cum. Cæterum ſi, qvæ ſuperſunt, Auctor dem ſerit, &, qvæ deſunt, addiderit, Bibliotheca qvandam non contemnendam Ephemeridu literariarum eruditis exhibere poterit.

CCCXLVII.

Ephemerides eruditorum (le Journal des Sçavan accurante Hedouvillio Gallice primum editæ, & in L converſæ a M. F. Nitzſchio, Lipſiæ 1667. Tomi Cujus Auctoris dictio latina non eſt illimis pl ne. Nec verſio extra omnem erroris aleam p ſita. Imo & ab A. C. 1665. usqve ad A. C. 166 tantum perducta. In honore tamen haben Ephemeris. 1.) Qvia *prima* eſt qvæ latino idi

ma

n te eſt conſcripta, 2.) qvia rara, 3.) qvia va-
r continet non cuivis nota, v. g. qva ratione
(G. Leibnitio nata ſit occaſio cogitandi de
h monia præſtabilita. T. 1. p. 14.

CCCXLVIII. CCCXLIX.

Luſtiger und ernſthaffter Monats - Geſpräche, e *ter Theil*, Halle 1688. *Anderer Theil.* Eodem i dem. *Schertz- und ernſthaffter Gedancken über* e *rhand nützliche Bücher und Fragen.* Ibidem eo- e m. Duo volumina. Auctor eſt Chriſtianus homaſius. Qvi in Præfat. Partis 1. p. 27. & i Opere ipſo p. 835. Non ſinam, ſcribit, non itiar, non feram, hiſce noſtris Dialogis Ephe- eridum literariarum vocabulum imponi. Sed ccurrit huic interceſſioni M. Chriſtianus Jun- kerus, in Schediaſmate Hiſtorico de Diariis eru- itorum Num. XVII. p. 245. Et αυτοψια docet, ter Auctorem & Ephemeridum Scriptores tan- am eſſe ſimilitudinem, ut fere nulla inter eos- em ſit diſcernendi nota. *Primus* autem eſt Tho- naſius ex Germanis, qvi idiomate Germanico Diarium vulgavit literarium, Gallorum exem- lo excitatus. In qvo huc maxime retulit con- ilia, ut extincta hypocriſi, & Pedantismo, ſive loctrina umbratica, libertati ſentiendi, & Phi- oſophiæ Eclecticæ locum faceret, qvæ e Ger- nanorum ſcholis adhuc exeſſe juſſa erat. Qvod egregium omnino erat inſtitutum, omni opera & ſtudio, & conſilio promovendum. Et om- nium eruditorum calculo probatum etiam fuiſſet procul dubio, niſi remoræ qvædam interceſ-

 ſiſſent.

ſiſſent. Satyrica ſcribendi ratio, mordaci ſale conſperſa, qvam Patres conſcripti in Se tu eruditorum ferre poterant. Hypotheſes qv dam novæ, & antehac inauditæ. Vatinian in Ariſtotelem, & ejus Sectatores odium.

CCCL. - CCCLX.

Monatliche Unterredungen einiger guten Fre de von allerhand Buchern und annehmlichen Geſchi ten, Leipzig 1689. *bis* 1699 Decem Vo mina. Auctor eſt Wilhelmus Erneſtus Tent lius Potentiſſimi Regis Poloniæ & Electoris xoniæ a Conſiliis & ſcribenda Hiſtoria. Vir ipſius Thomaſii judicio, qvi non ſine felle con eundem ſcripſit, non vulgari doctrina excult Sic enim ille: *In der weitern Erläuterung neuen Wiſſenſchafft, anderer Menſchen Gemut zu erkennen lernen*, C. 2. §. 7. p 126. *Ich kenne daſs in des Hrn.* M. *Tentzels ſeinen* Mona *viel gute und nutzliche Dinge excerpiret* worden, *a darinnen durchgehends gewieſen, daſs er ein Ma ſey, der eine gute und ungemeine Wiſſenſchafft, Sprachen*, in notitia Auctorum, in antiquitatib *ſowohl* profanis, *als* Eccleſiaſticis *beſitze* &c. Hi eidem Canonicatum optabat Sagittarius, & d lebat, in Germania non æqve ac aliis terris, ne meritos Viros prœmiis affici. Interim a reniſſimo Duce Friderico illum propter hæc c loqvia menſtrua nonnunqvam dono aliqvo creatum lætabatur, (Joh. Andr. Schmidii v Sagittarii p. 98.) Nec ſine plauſu eruditoru hæc colloqvia excepta ſunt, in qvibus non t

tı

.. de libris varii generis diſſerit Auctor, ſed .. n de nummis, lapidibus, inſcriptionibus, .. s Philoſophicis, Philologicis, Hiſtoricis &c. .. tinet tamen ſe ſæpius ab aſſentiendo, & di.. cando, & lectorem in bivio relinquit. In.. um etiam decori lineas in oratione tranſilit. .. le & in editione ſecunda quædam diſpun.. eſſe notat Thomaſius l. c. C. 2. §. 4. p. 100. .. Groſchuffius in præfatione Collectionis novæ .. orum rariorum p. 31. Nec ei ſubſidio fuit, .. d Tomis prioribus inſcripſit, *ſine cenſura & .. robatione Auctoris;* Hunc enim modum inter.. endi nec in republica civili, nec in literaria .. ere, contendit Thomaſius l. c. C. 2. §. 12. p. 137.

CCCLXI- CCCLXV.

Novellen aus der gelehrten und curieuſen .. elt, darinnen die Quint-eſſence mannigfaltiger .. lehrſamkeit &c, Franckfurt 1692, 1693. 1694. .. 595. 1696. V. Volumina. Auctor eſt Gott.. ed Zenner Altenburgenſis, Principis Anhal.. no-Serveſtani à Secretis cameræ, & tabularum .. ublicarum Epiſtolis. Vir vigilans, & indu.. rius, & cognitione Hiſtoriæ civilis non per.. unctorie inſtructus. Sed & elatius ſe gerit, .. um *Quintam-eſſentiam* omnimodæ eruditionis .. ctori pollicetur in indice. Hoc enim eſt .. ureos montes promittere, & ſpes ampliſſimas .. ſtentare, quibus præſtandis vix Apollo cum .. mnibus Muſis ſuffecerit. Dictio ſane in his .. phemeridibus cottidiana eſt, & multa habet

de trivio, obſcæna etiam interdum quæ
& inficeta, & vulgo relinquenda. Colloc
quoque rerum talis, qualis in *diſcurſibus*
ſolet, ubi miſcentur quadrata rotundis,
cæpis, & quæ nulla vicinitate pertinent a
de quo agitur. Res etiam pleræque ejus 1
metalli, ut in rure hominibus admiratio
movere queant, non in republica literaria.
præſertim, qui eruditionis primæ, ſecun
tertiæ, & quartæ eſſentiæ pertæſi, quintæ
ſentiæ doctrinam imbibere geſtiunt.

CCCLXVI - CCCLXX.

Frühlings - Sommer - Herbſt-Winter-Parn
Franckfurt 1692. 1693. 1694. 1695. 16
V. Volumina. Duo cum faciunt idem, 1
eſt idem. Imo idem cum facit idem, non
idem. Idem ſane eſt inſtitutum nove
rum literariarum, quas nominavimus, & hu
Parnaſſi. Idem etiam eſt Auctor. Sed O
tamen non eſt idem. In hoc etiam ratio
cendi eſt comtior. Et res ſelectiores. Iis
men commendandæ magis, qui ex omnibus
liquid deguſtare volunt, & ex toto nihil, qu
qui excellere in uno diſcupiunt, & in re li
raria cumprimis. In ea enim non admod
eminet Auctor. Cujus cogitationes huc int
duntur maxime, ut arrepta e rerum civili
relationibus occaſione, locorum communi
cornu copiæ excutiat, & lectori varia collec
nea, velut Attica-bellaria, delibanda appona

CCCLX

CCCLXXI-CCCLXXIII.

Nouveau journal des Sçavans dreſſé a Berlin par Mr. C. --- Berlin 1696. 1697. 1698. Tria volumina. Auctor eſt Stephanus Chauvin, frater Petri Chauvin. Vir cui ingenium acutum, judicium acre, memoria fidelis, laudatus a Bælio in literis ſelectis T. I. Lettr. LXX. p. 45. ſeq. Heinrico Ludolpho Benthemio de ſtatu Eccleſiaſtico & Scholaſtico in Belgio P. III. C. IV. §. 115. p. 437. ſeq. Aliis. Neque immerito, tum ob id, quod diximus, tum quod dicendum reſtat. Terſus enim eidem, & purus, & expeditus dicendi uſus. Luculentus & nervoſus ſcripta enarrandi modus. Nova literaria nuntiandi ratio oportuna & copioſa. In laudando animoſus & ſtrenuus. In reprehendendo circumſpectus & pavidus. Et in rebus ad religionem pertinentibus cautus quidem, ſed ſtudii partium non omnino exſors.

CCCLXXIV- CCCLXXVII.

Bibliotheca librorum novorum, collecta a L. Neocoro Trajecti ad *Rhenum* 1697. IV. Volumina. Νεωκόρος æditituum, vel, ſi mavis, æditimum ſignificat, a ναὸς templum, & κορέω, *Ich kehre*, ſcopis purgo. Quod officium eorum eſt, qui in Saxonia vocantur *die Küſter*, cuſtodes templi & purgatores. Et hoc genuinum nomen eſt hujus Auctoris, qui a Joh. Georgio Grævio ad has Ephemerides ſcribendas ſuſcitatus, ſingulis διμήνοις, vel τριμήνοις, volumen edidit, & in eo librorum ſelectiſſimorum argumenta, eo or-

ordine, judicio, ſtudio, & dicendi genere en
ravit, ut optimis hujus generis ſcriptoribus
numerari mereatur. Neque hoc ſilentio p
tereundum eſt, horum novem menſium,
Aprili ad decembrem, Küſterum ſolum Au
rem esse.

CCCLXXVIII - CCCLXXXIX.

Altes und neues aus dem Schatz Theol ſcher Wiſſenſchafften, Wittenberg, 1701, Leip 1702. 1703. 1704. 1705. 1706. 1707. 17 1709. 1710. 1711. 1712. XII, Volumi Commentarius Theologico-Hiſtorico-Critic qui, mutato ſubinde habitu, in ſcenam prod Etenim A. C. 1701. dicebatur: *Altes und ne* &c. tum A. C. 1702. usque ad A. C. 17 *Unſchuldige Nachrichten von alten und ne Theologiſchen Sachen.* Deinde A. C. 1720. *fort ſetzte Samlungen von alten und neuen.* Atq hæc Stromata literaria diſponebantur A. 1701. per anni menſes. A. C. 1702. per d Dominicos (*Erſte Sontag. Andere Sontag* &c.) C. 1703, per certas claſſes & ordines (*Er Ordnung, andere Ordnung* &c,) idque ex ar trio Viri doctiſſimi Valentini Erneſti Löſche qui primus Auctor & moderator fuit hujus n gotii, ab A. C. 1701. usque ad A. C. 1722. q D. Michaëli Heinrico Reinhardo tradidit ha lampada, qui A, C. 1732. rebus humanis exe tus eſt. Plures etiam Præſidi ſubſidio ſem fuerunt ſocii & adminiſtri, quorum decem citantur in præfatione Anno 1710. præmi Verum hæc decas mirum quantum mutata

tempore. Et quia, quod facile divi-
poſſumus, non omnes ejuſdem fuerunt
ii, judicii, acuminis, ſtudii & progreſ-
ſcientiis Theologicis, ea etiam quæ in
Ephemeridibus leguntur, non ejuſdem
nt eſſe commatis. Videas ſane quoſdam
eguſtare ſcriptorum antiquorum & recen-
m argumenta, ut canes Nilum. Quoſdam
s ita judicare, ut partium ſtudium oppido
iceat. Quoſdam melioribus ſcriptis præ-
iſſis, in ſchediasmatis levidenſibus enar-
is operam conſumere. Ex Commentariis
en literariis, qui κατ' ετος eduntur, hic
ul dubio unus eſt ex præcipuis, qui judi-
plurimorum in civitate eruditorum proba-
& per annos integros 37. continuatus eſt,
dhuc hodie continuatur, ſtudioſeque lecti-
r ob varia, quæ in eo occurrunt, ſcripta rara,
clara, inedita, inſcriptiones & nummos re-
Theologicis illuſtrandis perutiles. Acta
Teologica publica & privata non cuivis nota.
Ogines religioſas, & phraſes biblicas, accurate
eſtigatas, Conſilia & ſpecimina Operum
Theologicorum edendorum, Hiſtorias contro-
ſiarum, obſervationes novas &c. Et plane
rationem ducimus, iis, qui a fortuna ita de-
ti ſunt, ut ad comparandam bibliothecam
Theologicam neceſſaria non ſuppetant, hoc
us bibliothecæ loco eſſe poſſe.

CCCXC - CCCXCII.

Monatlicher Auszug aus allerhand neu rausgegebenen nützlichen und artigen Büchern. Han-

Hannover 1700. 1701. 1702. *Tria volumi*
Auctor eſt J. G. Eccardus, Viro illuſtri G.
Leibnitio eo tempore ab Epiſtolis, cujus con
lio & auxilio etiam in Ephemeridibus hiſ
condendis uſus eſt. In quibus omnis gene
ſcripta enarrantur. Biographiæ Virorum er
ditorum quorundam interſeruntur. Et no
literaria referuntur. Notæ etiam ſubinde a
ſperguntur, in quibus obſcuriora Scriptorum lo
ca illuſtrantur, dubia confirmantur, falſa rej
ciuntur. Ac licet in præfatione anno prim
præmiſſa diſerte ſcribat Auctor, ſe a judican
libertate penitus abſtinere velle, non tame
ita præſtat promiſſa, ut non interdum ab iis de
flectat. Nec obſcure etiam profitetur, ſi quan
do a veritate ſe abductum animadvertit. I
genere dicendi utitur perſpicuo, modeſto
temperato, qvieto, ut dolendum ſit, Opus ho
eximium, tres tantummodo annos viguiſſe,
fidem, quæ de indice univerſali huic trienn
ſubjiciendo data eſt, decollaſſe. Siquidem no
parum utilitatis, & dignitatis decedit huju
metalli Eclogis literariis, ſi indice deſtituantur.

CCCXCIII - CCCXCV.

Neue Biliothec oder Nachricht und Urthei
von neuen Büchern &c, Franckfurt und Lei
zig 1709. usque ad 1713. *Dreiſſig. ſtück. Tr*
Volumina. Primus qui novæ huic Bibliothec
conſtruendæ manum admovit fuit Guilielmu
Turckius, Weſtfalus, J. U. Licent. vix 2
vel 27. annos natus, ſed literis melioribus egr
gie tinctus, & muneri Academico ornan

pe

oneus, ſi fortnnæ ſuæ rationem habere
ſet; Verum morum diſciplinæ & ſeveri-
ncurioſus, & hac ratione ab hac Biblio-
amplificanda avulſus Nic. Hieron. Gund-
as eidem ſucceſſit & partibus X. prioribus
it reliquas, non minore ſtudio, judicio,
imoſitate elaboratas. Non tamen idem
um de iisdem fuit judicium. Polycarpus
Lyſerus in animadverſionibus in Ephe-
dum liter. methodum §. 16. p. 20. No-
a Bibliotheca Hallenſis ſuis quærens labris
es lactucas, indigena ex tollere laudibus,
vero, Wittenbergenſia præſertim, in infer-
prorſus detrudere ſuevit, quod non in-
e ferunt, qui odii cauſas perſpectas habent,
ue ex tali cenſura humanius quid, ac æ-
s nunquam ex ſpectarunt. Auctor Ano-
ianorum Num. V. §. 13. p. 99. *Die neue*
ſche Bibliotheque hat verſchiedenes Gutes, aber
iſſenden Cenſuren verderben ſolches alles mit ein-
r, wiewohl die erſten Iahre derſelben denen
en neuen journalen gar leichte die Præference ab-
nnen. Et p. 101. *Wir wollen vor allen übrigen*
nalen, die erſten theile der neuen Halliſchen Biblio-
ve vornehmlig recommendiren &c. Et minime
gare eſt quod refert de hac Bibliotheca. Vir do-
J. G. Pertſchius in H. E. Sec. I. C. X. Sect.
§. 25. not. c. p. 326. *In der neuen Bibliotheque*
e XXV. *ſtehe ein Extract, aus einen* Buch *ſo den*
l führen ſoll: Das liebenswürdige Antlitz der
öffe, durch Joſeph von der Krafft *Prediger der*
tſchen Gemeine *in Harlem. Delfft* 1712. 8. *In*
en wird die Gleichheit der Biſchöfe *und Aelteſten*
behau-

behauptet. Allein es iſt dergleichen Buch nich handen, ſondern der Sel. Geh. Rath Gundlin dieſes aus folgenden Urſachen erdichtet. Er mit denen Theologis in Halle zerfallen: Das nigliche Miniſterium hatte ihm Verbothen die gegen dieſelbe zu führen; Weil er doch aber d ſelben eins verſetzen wolte, erdichtete er dieſen tract, als wære ſolcher aus einen Buch gezogen.

CCCXCVI- CCCC.

Neuer Bücher-Saal der gelehrten Welt Oeffnungen Leipzig 1710. usque ad 1717. *que Volumina.* Primus, qui adornavit hanc Bib thecam eſt Joh. Gottlieb Krauſe, cui po ſubſtitutus eſt M. Joh. Gottlieb Walchius patet ex Parte XXXIII. Num. VII. p. Nec diſſentimus a M. Paulo Hunoldo *in der rieuſen Nachricht von journal-Quartal-und An al-Schrifften p.* 10. *Es ſey dieſes journal auſſer len Streit eines mit von denen beſten. Denn* ait, *Auctores halten einen guten selectum der* Büc *ihr judicium iſt gar vernünfftig, ſie führen verſchiedene Sachen an, die zu weitern Nachſin dienen können.* Non diſſentimus, inqvam, hoc Hunoldi judicio. Quod auctor *der grü lichen Nachricht von frantzöſiſchen, lateiniſ und teutſchen journalen* p. 87. ad verbum ſcripſit. Imo & hæc addimus. Librorum ſu maria nec extenſa nimis eſſe, nec contra Criſes plerasque moderatas & verecundas. notas oportunas ut plurimum, & ſelectas, & bus illuſtrandis idoneas.

CCC

CCCCI. - CCCCV.

Die gelehrte Fama welche den gegenwærti- ſtand der gelehrten Welt, und ſonderlich derer en Univerſitæten entdecket. LX. Theile, Leip- A. C. 1711. usque ad 1717. *Quinque Vo-* Auctor eſt M. C. Pezold, Facultatis Phi- hicæ Adſeſſor, & Lipſienſis Scholæ Tho- eo tempore Collega. Qui verborum m interpres optimus, in præfatione Parti præmiſſa, non alio ſenſu *Famam* hanc *eru-* nuncupari ſcribit, quam quod, quæ in *erudito* gerantur, & geſta ſint, annunciet. vero quod erudita manu hæc bona nova parſa. Nec ex orbe univerſo comportat ſed ex Germania tantum, ex qua tamen in- m evolat in Galliam, Brittaniam, Daniam, ium &c. Et præter Academias etiam non- quam inviſit civitates alias Academiarum a non nobilitatas, & quid negotii in iis eru- gerint, vel agant, vel acturi ſint ebuccinat. imis autem in recenſendis Diſputationibus demicis occupatus eſt Auctor. Atque ea- argumenta vel latine ex hibet, ipſis scri- um verbis, vel, in Germanicum ſermonem ſlata, ſuis. Idque vel ſine, vel cum ſua riſi. Quæ tamen non ubique expers eſt ii partium (Part. VII. p. 462.) Quicquid radicat famæ eruditæ nuncius in præfat. XIII. præmiſſa. Qui & in eo humani piam paſſus eſt, quod indicem rerum ſo- adjecerit Ephemeridibus hiſce, non per- rum & locorum.

CCCCVI.

CCCCVI - CCCCXXIII.

Deutſche Acta Eruditorum, oder Geſchic der Gelehrten, welche den gegenwærtigen Zuſta der Literatur in Europa begreiffen. Zweyhund und ſechzehen Theile Lipſiæ, ab A. C. 1712. úsq ad A. C. 1737. *Septendecim Volumina.* Plane veritatis lineis excidunt, qui putant, hæc Ac Eruditorum Germanica eſſe Actorum Erudit rum latinorum Metaphráſin. A quibus tc via, cœlo, & regione differunt. Quod doc *αυτοψια*, & præfatio parti XXV. præmiſ Nec unius commatis ſunt, quibus hoc corp Ephemerodologicum conſtat, membra, qu non unum Auctorem agnoſcunt. Pleraque t men lucernam olent, & ungues arroſos ſap unt, & caput digito laborioſo ſcalptum teſta tur. Genus dicendi eſt vegetum, & roſ decore ſplendeſcens. Summaria librorum nc ex præfationibus & indicibus conſtipata, ſ ex argumentis ipſis eorundem ſtudioſe conqu ſita. Nec judicia de iisdem blandiloqua, a aſpera, & mordacia, ſed moderata pleraque, inter aſſentationem & auſteritatem medi Accedunt nova literaria, de eruditorum lab ribus, honoribus, fatis, morte &c. Imagin etiam eorundem æri inciſæ. Atque hæc omn auſpiciis Joh. Burchardi Menckenii ſuſcep ſunt, opem ferentibus Rabenero, Schötg nio, Walchio, Tilgnero, Jöchero, Geringi Franckenſteinio, Gebauero, Kappio &c, alii que, qui hæc acta ab A. C. 1723, usque a

hur

unc temporis articulum laudabili conatu literum monumentis commendarunt

CCCCXXIV. CCCCXXV. CCCCXXVI.

Freyvvillige Heb-Opffer von allerhand in die heologie lauffenden Materien. *Dreiſſig* Beytræge. Bern ab A. C. 1715. usque ad A. C. 1722. *Tria olumina.* Quorum munerum ſacrorum ultro blatorum primus Auctor eſt J. G. Reinbeckis. Vir omnium eruditorum judicio probatus. ujus hortatu & exemplo excitati alii ſuas conulere ſymbolas, Exegeticas, Criticas, Polemias, Hiſtoricas &c. Theologiæ illuſtrandæ, mplificandæ, & vindicandæ perutiles. Quæ o, quo Directori ſocietatis in manus incideunt, ordine impreſſæ, ſucceſſu temporis plua impleverunt volumina, & a plerisque in eliciis ſunt habitæ, & velut merces Attalicæ ertatim coëmtæ. Et ſane optimus hic eſt ſcintias locupletandi modus, cuique dare libertatem, aliquid, qvod ad fines earum proferenlos cenſet idoneum, apportandi. Hac enim atione opes congeſtæ ſunt, qvæ ad tabernacuum conſtruendum erant neceſſariæ, ut prolamari per caſtra Moſes juſſerit, ne qvis deinceps aut Vir aut fœmina quicquam ad ſacrum honorarium adderet. Exodi XXXVI. v. 5. 6.

CCCCXVII.

Der neubeſtellte Agente. *Freyburg* 1704. Scilicet A. C. 1699. 1701. 1702. 1703. vulgabatur Diarium Hiſtorico-Politico-literarium, ſub titulo, *aufgefangene Brieffe.* Cujus hoc eſt con-

tinuatio, qvod inſcribitur: Curator negoti-
rum publicus, ſive *der neubeſtellete Agent.* Qv
ab A. C. 170½. procedit usque ad A. C. 17
Atque huic denuo ſucceſſit: *Der allezeit fe-
ge Secretarius*, ab A. C. 1710. usque ad A. C. 17
Inquibus omnibus quædam non cottidiana,
plura tamen ad Hiſtoriam civilem ſpectan
quam literariam.

CCCCXXVIII.

*Ausführlicher Bericht von allerhand neuen B-
chern.* Partes IX. Franckfurt und Leipzig 17
usque ad 1710. Auctores ſunt J. G. Krauſe
Chriſtophorus Woltereck. Viri varia erudit-
ne inſtructi, quod vel ex ſolo hoc Diario i
telligas. In qvo ſelectus librorum provid
Ex poſitio argumentorum copioſa. Notæ er
ditæ. Criſes circumſpectæ. Hiſtoriæ literar
notitia, cum lingvarum & ſcientiarum perit
perelegans. Unde qvos ſibi duces elegeru
Tentzelium & Eccardum Auctores, non aſ
cuti ſunt tantum, ſed & anteverterunt fe
Et expediiſſet rei literariæ, ſi in hac tela p
texenda diutius perſtitiſſent. Sed interceſ
runt varia. Bibliopola enim Philippus Wi
Stockius moræ pertæſus, qua partes ab Auct
ribus elucubratæ prelo ſubmittebantur, ad i
penſas faciendas factus eſt moroſior. Auct
res etiam, volentibus ita fatis, diſtracti ſu
Et J. G. Krauſe a Joh. Ludov. Gleditſchio i
vitatus ad Diarium aliud conficiendum ſe a
cinxit, quod inſcribitur: *Neuer Bücher-Saal*,
q

..o antea. Wolterekius autem ſcripſit: Electa ..i nummariæ, & ad Acta eruditorum Lipſien.. continuanda ſuas contulit ſymbolas. Atque ..; abruptum eſt hoc negotium.

CCCCXXIX. - CCCCXLI.

Neue Zeitungen von gelehrten Sachen de an.. 1715 - *bis* 1728. Leipzig, 1715. *bis* 1728. ..*uodecim Volumina.* Novellæ vel, ſi mavis, re..tiones hebdomadales ſuccinctæ de rebus in ..publica civili geſtis, quas A. C. 1631. Galli ..imum vulgare cæperunt, quantum habeant ..ilitatis, feſtivitatis, & jucunditatis, lippis .. tonſoribus eſt notum. Atque ad harum imi..tionem relationes hæ literariæ conſcriptæ ..nt. Quarum Auctor eſt J. G. Krauſe, cujus ..omen Epiſtolæ dedicatoriæ, Anno 1715. præ..iſſæ, ſubſcriptum legitur. Atque huic Lipſia ..ittenbergam evocato ad Profeſſoris Hiſtorici ..rovinciam ornandam, ſucceſſit M. Fridericus ..ilhelmus Stübnerus, Baruthinus, Facultatis ..hiloſophicæ Lipſienſis, & Concilii Academi.. adſeſſor, Societ. ſcientiarum Berolinenſi ..dſcriptus. Qui languore diuturno fractus lam..ada tradidit Dn. de Steinwehr Equiti Pome..ano, Viro rei literariæ peritia inſigni. Et ..uidem Krauſio manum de tabula tollente, ..oh. Burchardus Menckenius hoc Opus dirigen..um ſuſcepit, & eo etiam A. C. 1732 rebus ..umanis exemto, ejus filius Otto Menckenius. ..t huc usque Auctores & Bibliopolæ ſumma..ia ex operibus excerpta novellis inſerenda, ad

Zz 2 eum,

eum, qui fecerat impenſas tranſmiſerant, qv
conſvetudinem abrogavit Menckenius, qui A
1732. publice ſignificavit, Auctorem quem
vel Bibliopolam, exemplum libri ad Director
novellarum curare debere, cujus velit men
nem fieri in relationibus hiſce literariis. Q
rum emolumentum hoc eſt præcipue, ut res
republica literaria variis in locis geſtas,
quaſi oculi ictu contemplari, &, velut per luſ
familiares mihi reddere valeam.

CCCCXLII - CCCCXLIV.

Nouvelles litteraires. Tomi I. II. III. IV.
VI. VII. VIII. IX. a la Haye ab A. C. 1715.
que ad A. C. 1719. *Tria Volumina.* Quod A
ctore Gallo de la Roche ſemel primum, de
de bis per ſeptimanam prodiit in Anglia D
rium, ſub titulo, *Memoires de literature*, ceſſa
ob emtorum paucitatem A. C. 1714. Me
Septembri. Atque huic ſucceſſerunt A.
1715. Hagæ Comitis *nouvelles litteraires*, a Bibl
pola Heinrico du Sauzet congeſtæ. Quod t
men inficiantur alii, &, poſt hæc carecta lati
re Bibliopolam Amſtelodamenſem Joh. Fri
ricum Bernhardum; affirmant. (Vide J.
Krauſii præfat. præmiſſam anno 1715. *Den n*
en Zeitungen von gelehrten Sachen) Quæ poſtea
lingvam Germanicam tranſlatæ, & acceſſio
bus quibusdam locupletatæ ſunt, a Joh. M
chaële Geiſſo, verbi divini apud Francofurte
ſes Miniſtro Germano-Gallico. Atque his d
mum ſubmiſſæ ſunt relationes Germani

J. G. Krauſii, qvas memoravimus, qvasqve prodituras nunciant, Acta eruditorum Latina A. C. 1715. p. 164. his verbis; Lipſiæ hebdomadatim prodituræ ſunt proxime, novellæ literariæ vernaculæ, qvæ inde ab anni hujus initio proximis nundinis vernalibus apud Theophilum Georgi proſtabunt, & præter nonnulla, qvæ in novellis, *nouvelles litteraires*, Hag. Com. ſingulis ſeptimanis prodire cæptis, continentur, plurima alia, commercio cum Viris in re literaria ſummis, eam ob rem jam pridem inſtituto, exhibebunt. Hactenus Acta eruditorum. Et ſic novellarum ſcriptor unus excitavit alium. Et qui alium ſecutus eſt, prægredientem de ponte dejecit. Stabiles tamen permanſerunt novellæ literariæ Gallicæ ab A. C. 1715. usqve ad A. C. 1719. in civitate lit. & variis nunciis de novis libris, inventis, ſchedis fugitivis, eruditorum fatis, honoribus, morte, vita &c. eandem impleverunt.

CCCCXLV.

Academiſche Nebenſtunden, Jena 1717. *Sechs Theile.* In qvibus obſervationes variæ literariæ Philoſophicæ, Philologicæ, Hiſtoricæ, Politicæ &c. Præ cæteris tamen excellunt Philoſophicæ. Et vel earum ob cauſam optandum, ut hæ horæ ſubceſſivæ non tam cito conqvieviſſent.

CCCCXLVI.

Würtenbergiſche Nebenſtunden, Stutga
1718. *Vier Theile.* Qvod Diarium ſtatim cu
Parte IV. finitum eſt. Et, ſi qvid judicamu
hoc præcipue in eo reprehendendum eſt.
enim, uti cœptum ita continuatum eſſet, pro
cul dubio plerorumqve eruditorum judicio fui
ſet comprobatum. Tam præclara ſunt qvæ i
eo de libris novis adferuntur ſummaria, ta
erudita Scholia, tam ſobria judicia.

CCCCXLVII.

Der meditirende und inventieuſe Eclecticus, Sed Theile, Jenæ 4. 1714. Qvi morbos qvosda
Doctorum & doctrinarum, in ſcholis ſuperiori
bus & inferioribus graſſantes, non obtuſe per
ſpicit, nec inepta ſubminiſtrat conſilia iisde
afferendi medicinam; Sed novaturiendi pruri
gine abreptus, rationis lumini SS. ſubjicit, &
hypotheſes qvasdam ſpargit, cum ſana doctri
na non ſatis convenientes.

CCCCXLVIII.

Nova literaria Anni 1721. *a Januario usq
ad Decembrem Auctore Joh. Gottlieb Krauſio*, Lipſia
Ad nova literaria vulganda vix locus aptior i
Germania qvam Lipſia, ubi Bibliothecarum, B
bliopoliorum, & βιβλιοφιλων ea copia, & a
commercia literaria adornanda tanta oportur
ta

ut Athenæ Germanorum dici mereatur. minus idoneus ad hoc negotium eſt Krau-, qvi Hiſtoriam literariam ita aſſecutus eſt auci. In arte etiam dicendi verſatus, & mis literarum præſidiis armatus. Unde la-oſum hoc & tædii plenum opus non difficul-t tantum fructuoſum factum eſt; Sed & uti-e. Adeoqve a librorum varietate & ſelectu, bſervationum variarum elegantia commen-dum.

CCCCXLIX.

M. Gladovii erbaulicher Zeit-Vertreiber. Er- Ausflucht, Halle 1710. (2.) *Erbauliche Ge-ncken über D. Nic. Hieron. Gundlingii otia*, Nürn-g 1706. (3.) *Weitere Fortſetzung dieſer er-lichen Gedancken*, 1709. (4.) *Acta Semi-uditorum*, 1709. (5.) *Actæ Semi-Erudito-n, Erſte Fortſetzung*, 1709.

CCCCL.

Acta Semi-Eruditorum, Erſter Theil, 1718.

CCCCLI.

Acta Semi-Eruditorum, Der andere Theil. 718. Et qvi legunt Acta Semi-Eruditorum, qvi colligunt ea, intemperanter otio abutun-r & tempore. Siqvidem eruditorum actis gendis vix vita ſufficit, nedum Semi-Erudi-rum. Et ſi ſufficeret, abolenda ſunt ea ma-s qvam legenda, & colligenda, & vulganda.

Qvid enim aliud volunt horum Actorum coll
ctores, qvam eos, qvibus tacite infenſi ſu
publice deridendos propinare? Semi-Erud
non ſpectant ad eruditorum claſſem & ordine
Et acta eorum conſcribere eſt falcem immitte
in alienam meſſem, & omiſſis iis, qvæ mag
ad rem pertinent, curare levicula.

CCCCLII.

Nomina Sociorum qvi Collegio concionator
Lipſienſi interfuerunt ab A. C. 1624. usqve ad A. C
1724. Lipſiæ 1725. (2.) *Joh. Juſti von Einer*
Melanchthoniana, Helmſtadii 1730. Promiſit Me
lanchthoniana Val. Ern. Löſcherus, referent
J. C. Wolfio in præfat. erudita, qvæ Caſaubo
nianis præmiſſa eſt, §. 31. p. 40. Et Michae
le Lilienthalio in ſelectis literariis T. I. Obſerv
VI. §. 16. p 162. & §. 24. p. 165. Qvi ſ
qvod erat pollicitus, præſtitiſſet, haberemu
procul dubio, dignum hac inſcriptione opus
Sed hæc Dn ab Einem patella parum reſponde
ſuo operculo. Et Georgii Richteri Criſes Me
lanchthonianæ, rectius hoc nomine venire poſſe
ſupra Num. 163. jam diximus.

CCCCLIII.

Die geiſtliche Fama IV. Stuck, Philadelphia
1731. Auctor Partis primæ eſt Chriſtianus De
mocritus, vel Joh. Conr. Dippelius. Qvi
qvod ex Proëmio patet p. 6. de viis divinis ira
& gratiæ, de qvibus plerumqve ad nos vix te
nui

famæ perlabitur aura, Diarium condere cœpit. Qvod maxime laudandum eſſet, ſi cætera eſſent paria. Sed ſiglis obfuſcat omnia, eorum partes defendit unice, qvi Eccleſias cuntur in Eccleſia. Et theatrum hoc Theologico-Literarium pandit tantummodo, clauſit- iterum, cum unicam vix ſcenam ſpectanpræbuiſſet.

CCCCLIV. - CCCCLVII.

Annales Academiæ Juliæ, *Semeſtre* I. II. III. Brunſvici 1722. & 1723. Volumina IV. Academiæ ſunt bonarum artium officinæ, & Virorum eruditorum domicilia, & Reipublicæ literariæ metropoles. Adeoqve magni intereſt ad incrementum Hiſtoriæ literariæ, Acta earum in literas referri. Et felices nos! ſi, qvæ in Academiis antiqvis & recentioribus ab eruditis geſta ſint, ita in annales redacta haberemus, prout Academiæ Juliæ Doctorum labores habemus. Nam licet ſuis numeris perfecti non ſint, arcana multa in his annalibus præterita, v. g. Chriſt. Tobiæ Wideburgii reſponſio ad Epiſtolam Ruperti, Semeſtri 3. §. 13. p. 47. Attamen pleræqve ſunt plæclaræ, eo ordine, judicio, ſtudio ex monumentis editis & ineditis conſcriptæ, ut & Hiſtoriæ literariæ generatim, & ſpeciatim Academiæ Juliæ illuſtrandæ, egregie inſerviant. Accedunt Acta Societatis conantium, cujus Hiſtoria exhibetur Semeſtri 2. p. 117. In qvibus æqve ac in Actis Academiæ multum eſt bonæ frugis

CCCCLVIII.

Chriſt. Feuſtelii Miſcellanea Sacra & eru
Lipſiæ 1715. Qvæ miſcellanea Sacra & e
dita inſcripſit Auctor, tria ſunt Schediasmata
ſtolica ad V. E. Löſcherum data, qvibus, ut
pleat, qvæ A. C. 1700. dedit promiſſa de X
libris edendis, (Vide ſupra in 4to N. LXXI N.
eundem adhortatur. Et ſunt in iis qvædam
proletaria, (v. g. p. 40.) Præceptore enim u
eſt Daumio Feuſtelius, nec defuit docilitas in
nii, & literarum amor; Sed fortuna def
(571.) & librorum apparatus, (39.) & inſ
ctioris Bibliothecæ uſus Unde factum ut
ctores plures laudaverit, qvam oculis uſurpa
Et eo tempore & loco laudaverit interdum,
minime laudandi erant. Ut p. 51. ubi Joh.
perialis Muſeum Hiſtoricum & Phyſicum lau
ad notitiam Germanorum eruditorum ex
hauriendam, in qvo de Germanis eruditis
γρὺ qvidem deprehenditur.

CCCCLIX. - CCCCLXIV.

Hamburgiſche Berichte von neuen gelehrten
chen de anno 1732. 1733. 1734. 1735. 1736. 17
Volumina VI. Auctor eſt J. P. Kohlius Aca
miæ Petropolitanæ qvondam Prof. Publ. Vi
qvo non ſolum varia doctrina, ſed & diligen
ſingularis, & non cottidianum literas huma
res in melius provehendi ſtudium. Atqve
primum A. C. 1730. in novellis Schiffbecce

..s olitico - literariis (*Staats und gelehrten Cor-* ..*denten*) ea accurabat, qvæ ad Hiſtoriam li-..iam pertinebant. Tum A. C. 1731. con-..itionem eorum annalium ſibi imponi paſſus ..qvi A. C. 1729. a Chriſt. Frid. Leisnero ..i, ſub titulo, *Niederſächſiſche Nachrichten*, Ger-..orum eruditos delectarunt. Ac tandem A. C. ..2. hunc Commentarium rerum novarum ..icatus eſt, qvi inſcribitur, *Hamburgiſche Be-..e von gelehrten Sachen.* Nec parum Aucto-..tis habet hoc Diarium, vel habere poteſt, ..d ea dexteritate concinnatum eſt. Res enim ..Republica literaria Saxoniæ inferioris maxi-..& ſuperioris geſtæ, ea ratione in eo refe-..tur, ut dubitare qveas, an prodeſſe magis, ..delectare Auctor voluerit. Genus dicendi ..vidum eſt, & ingenioſum, & dulce. Oeco-..nia Schediasmatum ad Syſtematum indolem ..commodata. Phænomena ex proprio litera-..n commercio nota. Judicia circumſpecta, ..deſta, rara. Nec ſpiſſis voluminibus tantum ..his Ephemeridibus Hamburgenſibus eſt locus, ..& ſchedis minoribus, qvæ facile pereunt, ..videm commemoratione dignum qvid con-..teant.

CCCCLXV. - CCCCLXVII.

Sammlung auserleſener Materien zum Bau des ..ichs Gottes, Leipzig 1731. - 1734. 24. *Bey-..äge. Drey Volumina.* Auctor qvod aſſeveratum ..bis eſt non ſemel, eſt M. Traugott Immanuel ..richovius Teſchenſis Scholæ in ſuperiore Si-leſia

leſia qvondam Rector, & Oldenburgenſis E-
cleſiæ poſtea Paſtor. Vir doctus, & pius, & v-
riis calamitatibus nobilitatus. Qvi Joh. Co-
Dippelii exemplo, ut videtur, excitatus (Vi-
ſupra Num. 450.) Diarium hoc Theologicu-
exorſus eſt, ſed ita tamen, ut certis menſib-
& temporum Periodis alligatus eſſe noluerit,
qvo nova literaria Theologica commemorat, ſc-
pta, puta, in oratione ſoluta & ligata, colloqvi-
acta, Epiſtolas, Schedas, vitæ curricula, ſi-
gulares qvorundam a moribus corruptis ad m-
liorem vitam tranſitiones, & vias mirandas De-
qvibus in iis emendandis uſus eſt. Et qvæ al-
ſunt hujus commatis, qvæ fanaticismo, ſincr-
tismo, & myſticismo infecta eſſe ſcribit: M.
Martinus Nympach in prodromo Tr. Elenchti-
Vinariæ 1734. vulgato, minaturqve ſimul, ſ-
hæc dilucide demonſtraturum, & hæc collecta-
nea ex inſtituto diſſipaturum. Qvod tamen
qvantum ſcimus, factum nondum eſt.

CCCCLXVIII.

*Die Vortreflichkeit und Nothwendigkeit der elen-
den Scribenten*, ſ. l. 1734. Scriptores miſeran-
dos eos eſſe judicat Auctor, qvi, qvicqvid in
buccam defluit, in chartam conjiciunt, & mo-
numenta ſine ratione, (p. 1.-78.) & ordine,
(78.-90) & ornatu (90.-97.) corrogata in
vulgus ſpargunt. Atqve ad hunc cenſum ſpe-
ctare cum aliis ſexcentis, Happelium, Menan-
tem, Uhſenium, Hubnerum, (p. 53.) D. J. E.
Philippi, S-v-25, R-d-gſtum (p. 8. 36. 42.
43

p. 49. 50. 71. 85. 90.) Nec deſunt qvi temere negligenterqve ad libros componendos ſe accingunt, nullo delectu rerum & verborum habito;

Scribimus indocti, doctiqve poëmata
paſſim;

ſed accuſat tantummodo non coarguit Auctores, qvorum nomina profert, nec ullo documento oſtendit, eos eſſe tales, contra qvos ingeminat tremulos naſo criſpante cachinnos. Nec qvi vilioris ſunt ordinis Scriptores exſibilandos propinat ſolum; Sed & Rectores Reipublicæ, & Doctores Eccleſiæ (p. 18. 28. 29. 41.) Dicta etiam SS. non raro ſannis conſpuit. Et qvam in aliis redarguit culpam, interdum ipſemet committit, & ordinem in ſcribendo negligit.

Usqve adeo in ſeſe tentat deſcendere nemo,
Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo.

CCCCLXIX.

Georg Volckmar Hartmannus Hiſtorie der Leibnitziſch-Wolfiſchen Philoſophie, Franckfurt und Leipzig 1737. Nimium diffuſus eſt Auctor. Qui Hiſtoriam Philoſophiæ Leibnitianæ & Wolfianæ traditurus ab Adamo facit initium, (p. 106.) Et aliena ſexcenta huic telæ intexit, qvæ nulla vicinitate ad eandem pertinent. Et cramben eandem vice ſecunda, & tertia interdum, repetit. Qvod ipſe in J. Langio p. 950. reprehendit. Et dici non poteſt qvam inſvave & injucundum ſit iis, qvi delicatiorem habent ſtomachum.

chum. Accedit partium ſtudium qvod tantu eſt, ut Wolfiana omnia aſteriſcis, Anti-Wol fiana autem cuncta obeliſcis ſignanda pute Qvaſi unus Wolfius cerebrum geſſerit in capite, reliqvi omnes in calcaneo. Cum vix homo ſit qvi ab errore immunis ſit, & Auctor ipſ ſuo exemplo hoc teſtetur. Qvi p. 152. Francifcum Valeſium, ſcribit: Philoſophiam Sacram eo tempore edidiſſe, qvo controverſiæ Bælianæ ſumſerint initium, hoc eſt A. C. 1681 cum Valeſius Seculo XVI. & Bælius Sec. XVI floruerit, & Sacra Valeſii Philoſophia jam anno 1588. lucem viderit, cum Bælius A. C. 1647 demum fuerit natus. Hoc tamen damus facil multum induſtriæ & ſedulitatis Hartmannun huic Hiſtoriæ deſcribendæ inſumſiſſe, & Eriſtica pleraqve ad eam illuſtrandam ſpectantia le ctitaſſe.

CCCCLXX.

Nouvelles Pieces ſur les erreurs pretendues de la Philoſophie de Mr. Wolf, ſine loco 1736. Qvorum meletematum Hiſtoria hæc eſt. Joachimus Langius A. C. 1736. mandatum accepera a Rege Boruſſiæ, ut errores præcipuos e ſcriptis Chriſt. Wolfii excerptos, & in compendium miſſos ſibi exhiberet, perluſtrandos. Cui morem gerens Langius primam hujus conlectionis particulam elucubravit. Qvam Dno Reinbeckio cummunicavit Rex Potentiſſimus, ha addita lege, ut qvid Wolfium ad objecta reſpondere poſſe exiſtimaret, in chartam conjicere

I

E hæc hujus collectionis eſt pars altera. Ad Wolfium etiam Langii delationes deferendas j ſit, ut, qvibus rationibus diſpungi eædem p ſſent, perſpiceret. Et hæc eſt pars tertia huj Eclogæ. De qva exiſtimamus Reinbeckium ſ lidiorem Apologiam ſcripſiſſe pro Wolfio, qvam Wolfium pro ſemetipſo. Atqve hæc omnia lingua Germanica ſcripta, Viri cujusdam magni nutu in Gallicam linguam tranſlata ſ nt.

CCCCLXXI.

J. F. Reimmanni Ilias poſt Homerum, h. e incunabula omnium ſcientiarum, ex Homero eruta & ſyſtematice deſcripta, Lemgoviæ 1728.

CCCCLXXII.

Ejusdem Introductio in Hiſtoriam vocabulorum L. Halæ 1718. Cum ſexcentis acceſſionibus MSCtis.

CCCCLXXIII.

Ejusdem Idea Syſtematis antiqvitatis literariæ generalioris & ſpecialioris, Hildesheim 1718.

CCCCLXXIV.

Herm. Sam. Reimari Comment. de Vita & Scriptis J. A. Fabricii. Accedunt excerpta ex Epiſtolis ad Fabricium Scriptis, Hamburgi 1737. Non

unus

unus ex multis fuit Fabricius in civitate literar
ſed ex paucis maxime eximius, & plane ſing
laris, & prope incomparabilis. Cui ingenii
divina, ſine αὐθάδεια. Diligentia ſtupenda, ſi
detrimento valetudinis. Polyhiſtoria, ſine oſte
tatione. Polygraphia, ſine aliorum livore, i
vidia, obtrectatione. Libros plus qvam 2000
habuit, eosqve ſelectiſſimos. Multo plures t
men legit. Et tot ipſe ſcripſit, ut ſoli Bibli
thecam conſtituere valeant. In qvibus *prim*
& hodie *rariſſimus* eſt, qvi Decas recentioru
Scriptorum inſcribitur, excuſus Hamburgi 168
Ultimus eſt Bibliotheca latina mediæ & infim
ætatis, conſtans Libris XV. Vol. V. Hamb 173
1736. *Optimus* Bibliotheca Græca, conſtans L
bris VI. Vol XIV. Qvadraginta annorum Opu
excuſum Hamburgi 1705. usqve ad 1728. V
peculiaris diſciplinæ in libris legendis, ſcriben
dis, vulgandis. Et dignus qvi talem virtut
ſuæ præconem inveniret, qvi dictione utitu
caſtigata, ſtructura bene compoſita, & ex Ep
ſtolis ad Fabricium miſſis Eclogas ſubnectit le
ctu digniſſimas. Daturus inpoſterum Epiſtol
qvas ipſe ſcripſit Fabricius, (p. 59.) Et ſupple
menta ad Bibliothecam Græcam (p. 120.).

CCCCLXXV.

Curieuſer Miſchmaſch von allerhand raren Tra ctaten und Schrifften, 1733. Idem eſt Opus nu
gatorium de qvo ſupra C. 3. N. 149 diſſeruimus
mutata ſaltim inſcriptione. Qvi Bibliopolarum
qva

vrundam, emtorum marſupiis doloſe inſidiantu), mos eſt.

CCCCLXXVI.

Joh. Vogt Catalogus Hiſtorico-Criticus Librorum Rariorum, Hamburgi 1738. Secunda hæc eſt editio hujus indicis ad notitiam librorum rariorum comparandam perutilis. Vir enim non obſcuri in Republica literaria nominis eſt Auctor. In cognitione librorum præclare verſatus, & monumentorum rariorum apparatu non vulgari inſtructus; Sedulitate etiam indefeſſa excellens. Qvi primæ meſſi egregium adjecit ſpicilegium, Sed non tantum, ut augeri amplius & emendari non valeat. Ecce! enim hujus rei ſpecimen! Sebaſtiani Baſſonis Doctoris Medici, ſcribit p. 74. Philoſophiæ naturalis adverſus Ariſtotelem Libri XII. in qvibus abſtruſa veterum Phyſiologia reſtauratur, & Ariſtotelis rationes ſolidis rationibus refelluntur. Cum indice locupletiſſimo. Amicus Plato, amicus Socrates, ſed magis amica veritas. Amſtelodami apud Ludov. Elzevirium, in 8. pp. 631. Absqve indice & Præfat. Auctorem hunc una cum ſcriptis ignotum fuiſſe tum Morhofio, tum Chriſtiano etiam Thomaſio, teſtatur Cl. Heumannus in conſpectu Hiſt. Lit p 315. Hactenus Vogtius l. c. Qvi citatæ editionis Elzevirianæ annum impreſſionis omittit 1649. qvi extat in titulo. Tum eam indice locupletiſſimo inſtructam eſſe ſcribit, & ſtatim addit, absqve indice & præfatione eſſe, qvod parum ſibi conſta-

Aaa re

re videtur. Et tandem Baſſonem Morhofio f
ſe ignotum memorat, cum in Polyhiſtore T
L. 2. C. 12. §. 2. p. 217. ejus diſerte mentior
injiciat. Nec male fortaſſis rationibus βιβ
φίλων conſuluiſſet Auctor doctiſſimus, ſi a:
matis Hiſtorico-Criticis de raritate librori
qvæ Catalogo præmiſit, addidiſſet, qvasdam c
tiones & proviſiones, iis maxime neceſſarias,
fallere vel falli in iisdem dijudicandis non
lunt. Scilicet, non omnes libros raros e
qvi tales eſſe perhibentur. Et ſæpe rarit
præconio ornari qvosdam ex calliditate Bibl
polarum, ut majori pretio veneant, (unde
Catalogum conſpicias hodie, qvi rariorum
brorum titulo non ſuperbiat,) vel ex præ
dicio eorundem, qvod ita perſvaſum ſibi habe
non temere eorum reperiri copiam. Ut P.
monius refert in Bibliotheca Critica, Caroli
Cointe annales Francorum Eccleſiaſticos Pari
extare æqvo pretio venales, qvi in Holland
Anglia & Germania rarioribus libris annum
rentur a Bibliopolis. Conf. ſis: *Unpartheyſche G
dancken über einige Qvellen und Würckungen d
Verfalles der itzigen Buch-Handlung* §. 25. p. 6

CCCCLXXVII.

*Unpartheyiſche Gedancken, über einige Quell
und Würckungen des Verfalles der itzigen Buc
Handlung.* Schweinfurt 1733. Quæ de hoc a
gumento jam in lucem prodierint Schedia
mata in præfatione memorat Auctor, & qu
vi

rites, quæ maculæ in iis inſint ſimul, expo-
it. Recte etiam judicat ex prænumerationi-
& vilioribus editionibus, qvæ inſciis & in-
it iis, qui primi impenſas fecerunt, excudi
ol ıt, plus damni quam lucri redundare in
n ores. Ipſi enim experientia non una hoc
d cti ſumus. Interim non ſolæ hæ ſunt frau-
le quibus Bibliopolæ eruditos hodie circum-
e ire ſolent. Plures enim omnino ſunt, &
ot tantæque, ut uno volumine, licet grandi-
or vix comprehendi queant.

CCCCLXXVIII.

P. de la Serre Anweiſung zur Gemuths-Ruhe. Ve teutſcht durch G. B. *Hancken.* Leipzig. Ecce
ab rtum Philoſophiæ Stoicæ, & Theologiæ Pe-
a ianæ! Et res prodigioſa eſt, Auctorem tot
pl uſus excitare potuiſſe in civitate literaria,
q nihil habet acclamatione ſolenni dignum.
T tum enim hoc opuſculum quid eſt, quam
c geries vocum, quibus nihil ſubeſt ſoliditatis.
D tio Auctoris eſt declamatoria, bullata, af-
fe tata. Structura turbata. Et res ventoſæ,
a nauſeam repetitæ, & ſibimetipſis oppido
c trariæ. Charlataneriæ Stoicæ. Nugæ Pela-
g næ. Et obſtupeſces, argumentum totum
e Theologicum, & altum in eo de SS. eſſe
ſi ntium. Et ſi quid ſemel & iterum ex ea
a tum eſt, id manifeſto eſſe falſum. Ubi
e im quæſo hoc legitur in Sacro Codice, quod
A ctor C. 5. p. 41. ſcribit: *Wie unvergleichlich
h ndelt Hiob, wenn er auf ſeinem Aſch-Hauffen un-*

ter unausſprechlicher Pein, dieſe Gottgefällige W
bis in das innerſte der Hollen erſchallen lieſs:
Wille des HErrn geſchehe! Et p. 42. *Er ſu*
ſeinen Troſt bey dem Unglück ſelbſt, welches ihm
traff, und lieſs nichts anders als dieſe ſchönen W
te hören: Der Wille des HErrn geſchehe! Et qv
habent Symphoniam qvæ ſeqvuntur? p. 43.
glaube die Sonne, wenn ſie ſowohl Ohren als Au
hätte, würde ſich mitten in ihren Lauff aufgehalt
und den auf dem Miſthauffen ſeuffzenden Hiob z
gehöret haben, nach dem ſie die Felſen-feſte Stan
hafftigkeit dieſes halb todten Menſchen gnugſam
wundern müſſen. - - Ob ihm gleich die empfindli
Natur etliche ungeduldige Wörter auspreſſete, ſo
doch ſein Hertz gantz anderer Meinung, und ſeu
zete zwar bey ſeinen Schmertzen, aber nur vor Fre
den. Hoc eſt vaniloqvis conſumere tempo
nugis. Et hi circulatores tamen oculos in
irritant, & ſpectatores eorum ſolent eſſe a
qvid putare nugas.

CCCCLXXIX.

Joh. Lud. Bunemanni Catalogus MSCtoru & Librorum impreſſorum rariſſimorum, Minda 1732. Immenſus eſt in Auctore librorum mor, qui ardet intus, & qualis Ætnæo vap exundat antro. Etenim ex una Bibliothec Maſtrichtiana, sveta ratione & lege publice ſu haſta venundata, pro mille imperialibus & am plius coëmit libros, & Bibliothecam congeſſ ſibi 8000. codicibus conſtantem. Manuſcr ptis & impreſſis, editis & ineditis, iisque i

fr

re ſentioribus maximam partem, & rarioribus, & pretioſioribus. Quod facinus plane Heroicum eſt in eo, qui numeroſam habet prolem, & ſtipendium non maximum, & ſpartam parum temporis & otii indulgentem ad tantum librorum exercitum luſtrandum. Sed quod noſtro exemplo didicimus,

Librorum impatiens æſtus non audit habenas.

Et optamus, ut vel cum lucro vendat ſupellectilem hanc literariam, vel celebritatem nominis, quam hac ratione ſibi acquiſivit, uſurarum loco deputet. Voluptas etiam ex ſtudiis percepta in tabulas accepti & expenſi eſt referendā.

CCCCLXXX.

Däniſche Bibliothec, oder Samlung von alten und neuen Theologiſchen Sachen aus Dannemarck. Iſtes und anderes Stücke. Copenhagen und Leipzig. 1738. Acta Medica Hafnienſia A. C. 1671. cœpta A. C. 1679. interrupta ſunt. Quibus ſucceſſerunt A. C. 1698. Nova literaria maris Balthici; Verum & ea A. C. 1708. cum novis Hamburgenſibus uno faſciculo comprehenſa, 1709. plane exſpirarunt. Atque ab eo tempore perpauca e republica Danorum ad noſtras aures & oculos allapſa ſunt; Cui diuturno ſilentio ut tandem finis imponatur, dum anxie exoptant eruditi; Ecce! veluti Dea qvædam proſilit e machina hæc Bibliotheca Danica. Cu-

jus inſcriptio ut ſtatim indicat, eam ad in
tionem Diarii Saxonici eſſe confectam, q
jam inde ab A. C. 1701. in illuſtri qvadam
cula orbis eruditi collocatum fuit, ſub tit
Altes und neues aus dem Schatz der Theologi
Wiſſenſchafften; Ita hunc novum Mercur
Danicum non humiliore loco conſtitutum
auguramur. Siqvidem non cottidiana ſ
qvæ Auctores recenſenda ſibi ſumunt mo
menta. Nec ut canes e Nilo ex iis bibunt,
ut viatores cati e fontibus. Et in laudand
vituperando ita ſe gerunt, ut triti iſtius, q
eſt in Proverbio, videantur memores: *Nec q*
nimis.

CCCCLXXXI.

Helmſtädtiſcher Neben-Stunden. Erſtes,
deres, drittes, viertes, fünfftes, und ſechſtes St
Helmſtad. 1735. & 1736. Jam pridem ve
in morem ut, qvi Doctorum munere fung
tur in Academiis, etiam Opera ſupererogat
nis ſuſcipiant, (agnoſcis vocabulum Qvinti
ni Lector Benevole) & ſchedas qvasdam
lucem emittant, qvibus ſuperſedere potuiſſe
niſi rationem rerum ſuarum ita poſtulare ju
caſſent, publice declarare; Se vitam non oti
ſam ducere, & laboribus non tantummodo
dinariis, ſed & extraordinariis ſufficere. C
jus generis exempla non qværenda, ſed ſe
genda ſunt, usqve adeo abundamus iisde
Et ſola Parerga Göttingenſia ad id, qvod di
mus, ſufficere poſſe putamus. Qvæ ab hi
ho

r ſubciſivis, ſive parergis Helmſtadienſi-
us a differunt: Ut hæc Germanico idioma-
nſcripta prodeant; Illa latino. Hæc unum
orem agnoſcant: Virum Illuſtrem J. W.
belium; Illa plures. Hæc de rebus Hiſto-
Juridicis tractent potiſſimum; Illa de va-
is x diverſis. Et qvæ nobis lectu jucunda
int maxime ſunt ea, qvæ ad Hiſtoriam Ger-
icam, & inferioris Saxoniæ, & Hildeſien-
cumprimis pertinent.

CCCCLXXXII.

Bibliothecæ J. A. Fabricii Pars I. Hamburgi
1 8. Qvam ſi verſaveris manu ſolicita, in
imqve partem multa occurrunt qvæ diſtra-
e animum qveant, ut difficilis admodum &
ime expedita ſit deciſio; Qvid magis in ea
andum, librorum moles an indoles, & ra-
s cum caritate connexa? Fulget tamen præ
eris, velut ſtella primæ magnitudinis. Sect.
p. 176. ſeq. Corpus Hiſtoriæ Byzantinæ,
od Tomis XXVIII. in f. conſtans variis tem-
ribus locisqve impreſſum, prope integrum &
is numeris abſolutum, in illuſtri hac librorum
lloge conſpicitur, in regiis Bibliothecis alio-
in non facile deprehendendum.

CCCCLXXXIII.

Index librorum prohibitorum, Leodii 1568.
ſtituimur adhuc in Republica literaria. 1.) Hi-
ria librorum prohibitorum. Cujus primas

lineas duxit Paulus Sarpius, in Hiſtoria Co
lii Tridentini L. VI. p. 427. ſeq. Et qvi e
dem ſecutus eſt J. C. Schrammius in Diſſert.
librorum prohibitorum indicibus. Theoph.
Raynaudus etiam in Erotematis de Bonis & r
lis libris Parte I. Erotem. 3. p m. 10. ſeq. A
2.) Bibliotheca Hiſtorico-Critica indicum lib
rum prohibitorum, qvæ exhibeat varias eor
Editiones, Acceſſiones, Detractiones, vici
tudines, utilitates, noxas, errata, arca
omiſſa, ſuppreſſa &c. Qvalem Diatriben n
olim in animo habuimus, atqve iccirco tot e
tiones horum Catalogorum accumulavimus, q
in Catalogo noſtro Bibliothecæ Theol. Syſt
matico-Critico enumerantur, qvæqve omn
rariores inventu ſunt, & non niſi ſolicitiſſi
qværenti obviæ.

CCCCLXXXIV.

Index librorum prohibitorum Innocentii XI.
M. juſſu editus, usqve ad annum 1621. *Accedit a*
pendix usqve ad menſem Junii 1704. Romæ typ
Cam. Apoſt. 1704. Index indicum libroru
prohibitorum exſtat in J. A. Fabricii Centifoli
Lutherano P. 2. p. 549. Sed imperfectus ad
modum, & tantum diſtans ab abſolutione, u
primæ lineæ ductæ ſint tantummodo. Siqvide
in eo pleriqve exulant, qvi in Bibliothecula no
ſtra habent locum. Et in iis hic qvoqve cu
inſcriptionem jam dedimus. Teſtem ſpiſſa
qvæ in Eccleſiæ Pontificiæ Antiſtitibus domina
tur inſcitiæ, & negligentiæ ejusmodi, qvæ e
cuſa

i nullo modo poteſt. Qvot enim in eo un *απροσδιονυσα*, & qvæ ad rem præſentem ih attinent? Scripta Medica, Politica, Chenl &c. Qvot nomina Auctorum immutata rc ſus & corrupta, & depravata? Qvot tiul librorum conſtuprati, vitiati, interliti, & ta eformati, ut qvid-ſibi velint, ne Apollo qv em intelligat? Qvæſo enim TE, qvid hoc eſt qvod p. 364. exſtat: *Magni Thomæ Barholini Regiæ Majeſtatis Commentario illuſtrati.* Editic Secunda, Baſileæ 1662. Et qvis ex his lacinis divinare poſſet, prohiberi opuſculum, qvid inſcribitur: Thomæ Bartholini Paralytici N T. Medico & Philologico Commentario illuſtrati. Qvod Haffniæ primum 1653. Tum Baſleæ 1662. in 8vo eſt editum. Martinus Geerus p 339. vocatur Martinus Jeierus, Severinus Waltherus Sluterus p. 387. Severinus Walter. Calixtus, Calliſtus, p. 323. 324. 334. &c. Et ne typothetarum hanc eſſe culpam exiſtimes, eadem vitia pluribus in locis repetuntur, & in editione Pragenſi, qvam ſtatim vocabimus ſub cenſuram æqve mendoſe iterantur, a in hac Romana deſcripta ſunt. Scilicet, ne perirent hæ cupediæ, & index librorum prohibitorum in indicem librorum expurgandorum referri poſſet.

CCCCLXXXV.

Index librorum prohibitorum Innocentii XI. P. M. juſſu editus, usqve ad A. C. 1681. Accedit in fine Appendix ad Menſem Junii 1704. Pragæ 1726.

Documentum certiſſimum ſpiſſiſſimæ ignoran qvæ, velut atra nox Doctores qvosdam Eccl Romanæ oppreſſit. Qvot enim, Bone De in hoc indice ſunt nomina corrupta? trunca vitioſe expreſſa? ridicule & ſine ulla ratione petita? Acta Theologorum Wittenbergenſiu pro Würtenbergenſium p 3. Et p. 380. Angeloc toris Scholæ Stadenſis, pro, Angelocratoris Sch læ Stadenſis Collegæ, Viridarium Poëticu p 13. Johannis Erneſti, pro Johannis Erne Grabe. In Appendice p. 58. Adagii, p Adagia. Qvot opuſcula Auctoribus adſcrip qvæ nunqvam ab iisdem confecta ſunt? Qv ſcripta omiſſa, qvæ omnino fuiſſent prohibe da? Qvot allata, qvæ ad hunc indicem nul modo ſpectant Grammatica, Rhetorica, Lo ca, Phyſica, Chemica, Juridica, Medic Imo Lexica, & qvædam A b c daria. Jact editor in præfatione F. Jacobus Riccius, ſe i dicem hunc redidiſſe auctiorem & accuratiorem Et demus eidem prius; Poſterius ſane da non poſſumus. Siqvidem tot vitiis inqvinat eſt adhuc, ut pervolventibus nobis, non Scr ptorum prohibitorum, ſed Scriptorum turpite depravatorum Index videatur. Et adhuc h die non alia de cauſa inſpiciatur, qvam qva ſp ctare mimos ſolemus, ut ridendi habeamus m teriam. Recte Georgius Serpilius in invitatio ne ad opuſculorum rariſſimorum Johannis La noji editionem p. 11. Illud mirari ſubit, ſu nomine tanti Pontificis Clementis XI. cujus er ditionem & prudentiam omnes ſuſpiciunt, I dicem librorum prohibitorum prodiiſſe, q n

ec genuina ſemper Auctorum nomina, nec
br um titulos fideliter recenſet, ſed ſupinam
gn antiam eorum, qvæ damnata ſunt, indicat,
tq adeo errores ex vitioſis indicibus conge-
to: erroribus novis cumulat. Oculorum fi-
les ei veritatem cuilibet demonſtrat, neqve
an im nomen ex merito commendarunt indi-
is nodo dicti collectores.

CCCCLXXXVI.

J. F. Reimmanni Ilias poſt Homerum, h. e. in nabula omnium ſcientiarum ex Homero eruta, & ſyſ matice deſcripta, cum mappis Geographicis æri in- ciſ, Lemgoviæ 1728. Acceſſerunt qvædam er endationes & additiones manu noſtra ad- je æ.

CCCCXXXVII.

Ejusdem Idea Syſtematis antiquitatis literariæ g eralioris & ſpecialioris, Hildesheim 1718. Q od exemplum plurimis in locis a nobis au- E m & locupletatum eſt.

CCCCLXXXVIII.

Ejusdem Introductio in Hiſtoriam vocabulorum l guæ Latinæ, Halæ 1718. Qvod exemplum i emendatum a nobis & auctum eſt, ut no- v m Opus videri qveat.

CCCCLXXXIX.

CCCCLXXXIX.

Joh. Chriſt Koecheri de idololatria lite *liber ſingularis*, Hannoveræ 1738. Qvod decennium inſcriptum erat: *Gratiani Aſch* *de ſuperſtitione erudita ſive literaria*, *opuſcu.* Ecce! novo habitu ſe conſpiciendum ſiſt hanc ἐπιγραφὴν in fronte gerit, J. C. Koec ri de Idololatria literaria libellus. Et bene cit Auctor doctiſſimus, qvod, expuncto cabulo confiсto, ſuo ſe nomine appella qvod pluribus Reipublicæ literariæ civibus innotuerat. Nec male collocavit operam, qv in retractando hoc libello conſumſit; Siqvid non pauca ſunt, qvæ eidem adjecit. Ar mentum enim fœcundum eſt, & pingve, præ-opimum; Et maximam partem jam ab præoccupatum, qvi præjudicium auctorit oppugnarunt; Utinam in correctionibus ita cilem & faventem habuiſſet Minervam, qv in adjectionibus habuit. Qvem enim deline dum ſibi ſumſit eruditorum morbum, nec perſtitionem vocari poſſe putamus, nec idol latriam; Sed vitioſum perſonarum, & reru & actionum in civitate literaria cultum. Et ita nuncupari poſſet, non tamen erudita h eſſet idololatria vel ſuperſtitio, ſed eruditoru Et aliis etiam coloribus deſcribendus eſſet, qva ab Auctore deſcriptus eſt. Qvi aliam nobis d dit definitionem in priore editione de hoc c coëthe, qvam in poſteriore. Multum inter laudis promeritus eſt Auctor dictionis caſtita

ʒantia, & ſtructuræ dexteritate, & re-
nultitudine, & ſelectu. Ita etiam Au-
ipſius judicio, in præfatione, compara-
hæc nova editio, ut novus potius liber,
nova veteris editio videri qveat.

CAPUT IV.

DE
SCRIPTORIBUS SPE-
CTANTIBUS AD HISTORIAM
LITERARIAM IN GE-
NERE.

In Duodecimo.

I.

Philippi Labbei Biturici S. J. Bibliotheca Bibliothecarum curis tertiis auctior, Lipſiæ 1682.
ſinguit Labbeos Homonymos Guido Patinus
tr. 183. T. 1. p. 429. Et Tom. 2. Lettr.
4. p. 284. laudat hunc noſtrum a ſingulari
uſtria, & omnes Jeſuitas eidem ſimiles eſ-
exoptat. Qvem in contexendis Catalogis
ximam partem vitæ conſumſiſſe ſcribit Mor-
ius Parte 1. Polyhiſt. L. 1. C. 18. N. 3. p. 214.
patet idipſum ex Scriptorum elencho, qvi ex-
tat

tat in hac Bibliothecarum Bibliotheca p. 354. ſeq. Et in editione Teiſſieriana p. 273. ſeq. Et ſane inſtitutum hoc concinnandi Bibliothecam Bibliothecarum eſt peregregium; Nec ab animo Auctoris fortuna diſſenſit prorſus; Qvi eo loco vixit, ubi librorum editorum & ineditorum prodigioſa eſt congeries. Ea etiam monumenta qvam plurima indicavit, qvorum nomina multis vix unqvam audita ſunt. Et ohe! qvot ex hac Labbei Collectione profecerunt, qvi inde ſe profeciſſe diſſimularunt? Editiones etiam plures teſtes ſunt, non ingratam eruditis fuiſſe hanc Labbei Operam. Nec nævorum cumulum virtutum ſplendorem extinxiſſe. Dictio enim plane eſt Jeſuitica, h. e. mordax & contumelioſa. Siqvidem ex Doctoribus Evangelicis vix ullum nomen allatum eſt, qvod maculis non ſit reſperſum. Scripta nonnulla inedita venditantur pro editis. Qvædam etiam ad hos cancellos relata, qvæ ad eosdem neqvaqvam ſpectant. Bibliothecæ enim tantum & Bibliothecarum Catalogi, in hunc Chorum fuiſſent adſciſcendi, ſed adſciti plures, qvi nihil tale continent, qvod Bibliothecæ vocabulo indicatur, v. g. Paganini Gaudentii Tr. de Philoſophicis opinionibus veterum Eccleſiæ Patrum, Alberti Paſchaleri de optimo Philoſophorum genere, Ottonis Vænii ducenta Emblemata Principibus, Viris Eccleſiaſticis, militaribus, aliisque uſurpanda, Thomæ Reineſii variæ lectiones, Jacobi Gretſeri de Conciliis &c. Et alia hujus generis monumenta de qvibus fatentem habemus reum Auctorem ipſum, qvi

p. 211.

p.111. ſcribit, vix inſtituto ſuo hæc eſſe contanea. Adde eundem p. 216. & 241. &c. qvo colore excuſabis qvod p. 268. Auctor criptioni *Bibliothecæ Mediceæ* ſubjecit Bibliothecas Medicas? Et p. 44. *Bavariæ Duci* tribuit Catalogum MSCtorum, qvæ aſſervantur in Bibliotheca Monachienſi? Et Joh. Mariæ Braſichelliſis indicem librorum prohibitorum ita obiter tingit, ut canis Nilum, lectoremqve p. 171. & 179. fallaci citationum ſpecie deludit, qvi omnium hujus generis librorum eſt rariſſimus, lectu notatuqve digniſſimus: *Index videlicet librorum prohibitorum ipſemet in indicem librorum prohibitorum relatus.*

II.

M. Chriſtiani Junckeri Schediasma Hiſtoricum de Ephemeridibus ſive Diariis eruditorum, Lipſiæ 1692. *Primus* eſt Junckerus qvi Hiſtoriam Ephemeridum literariaum condere ingreſſus eſt. Nec diſplicuit eruditis hic labor. B. G. Struvius in Manuductione in notitiam rei literariæ C. VI. §. 1. p. 45. elegantiſſimum appellat hoc Schediasma. Joh. Mollerus in notis ad Dan. Georg. Morhofii Polyhiſtorem L. 1. C. XVI. p. 193. diligentia ſatis curioſa elucubratum. Omittimus aliorum judicia. Sed usqve ad A. C. 1692. procedit tantum hæc Commentatio, poſt qvem Ephemerides pleræqve in Republica literaria demum habuerunt initium. Et Auctor ipſe in Epilogo p. 302. fatetur: Delineationem tantum Hiſtoriæ Ephemeridum a ſe eſſe adumbratam,

tam, non Hiſtoriam carne & ſanguine, & n
vis & oſſibus, & ſpiritu & vita conſtante
Unde Joh. Chriſt. Colerus in analectis ad St
vii Manuduct. p. 112. integram Ephemerid
Hiſtoriam adhuc deſiderari ſcribit, vel indic
generalem earundem tantum, qvi multum u
litatis ſit habiturus. Promiſit etiam Juncke
ſe hanc telam reſumturum, & ulterius perc
cturum. Verum non præſtitit, qvod eſt p
licitus. Adeoqve præſtolamur adhuc qve
dam, qvi huic Micro-Chronico adjiciat Pa
lipomena, & iſtud ſecundum Chronologiæ o
dinem diſponat, & qvæ irrepſerunt macu
ex eo eluat. v. g. §. 14. p. 200. Ubi Jacob
Basnagius confunditur cum Heinrico fratre,
qvæ huic debetur, Hiſtoire des ouvrages d
Sçavans, illi tribuitur.

III. - XVI.

Hiſtoire des Ouvrages des Sçavans, Roterda
1687. usque ad 1698. Volumina XV. *We*
Pergamen. Cujus Diarii Auctor eſt, non Jac
bus Basnagius Theologus, qvæ Chriſtiani Ju
ckeri eſt exiſtimatio in Schediasmate de Diar
eruditorum §. 14. p. 200. Sed Henricus Ba
nagius de Beauval JCtus, qvod docet Auct
des neuen Bücher-Saals in der X. Oeffnung §.
p. 81. ſeq. Qvem totum exſcripſit Dan Fri
Pönmann in Vitis Clariſſ. Virorum §. 1 p. 1. ſe
Atqve huic lampada tradidit Petrus Bælius, q
valetudine non ſatis firma uſus, & a novel
Reipublicæ literariæ (Nouvelles de la repub

des lettres) contexendis avocatus, ſucceſ-
n ſibi elegit Henr. Basnagium, Virum vario
rinarum genere ſpectabilem. Qvi inſcri-
nem Bæliani Operis mutavit, Opus ipſum
uit, & Bælii more, modove, librorum novo-
argumenta enarravit, de Auctorum ſcri-
fatis, virtutibus, & vitiis qvædam inter-
ſit. Varias etiam obſervationes ad ſe miſ-
ntexuit. Et licet in præfatione, Menſi Se-
nbri 1687. præmiſſa, diſerte profiteatur, ſe
dicando medium obtenturum inter aſſen-
nem & auſteritatem, & ſale Attico has ſuas
es temperaturum; Fuerunt tamen qvi exi-
arunt, eum interdum judicaſſe aſperius,
artium ſtudio permiſiſſe plusculum, & co-
ta ſua a cogitatis Auctorum non ſatis di-
xiſſe.

XVII. - XLV.

Bibliotheqve Angloiſe, par M. D. L. R. Am-
ſt dam 1717. usqve ad 1727. *XIV. Tomi XXVIII.*
P tes. XXVIII. Volumina. Ex qvibus ſingu-
la partes ſigillatim compaginatæ, & charta picta
(*ürckiſch Papier*) veſtitæ ſunt. Rariora ſunt
ſc pta Anglorum plerumqve apud nos. Pri-
m m qvia diviſa eſt ab orbe noſtro Brittannia.
T m qvia non multa in typographiis eorum
e udi ſolent exempla. Deniqve qvia non fre-
q entia admodum Bibliopolæ Anglorum cum
n ſtris habent commercia; Nos libraires An-
g is n'ont qve tres-peu, ou point de commer-
c dans les Pais etrangers P. 1. T. 1. in Præfat.

Et vel hoc nomine nobis in honore debe
hæc Bibliotheca Anglica. In qva velut i
bula conſpicienda proponuntur Acta eru
rum Brittannorum. Scripta edita, & ed
& inedita etiam nonnulla, Virorum do
morum elogia, Commentationes Biograp
Diſſertationes Epiſtolicæ, Obſervationes
ticæ, narrationes variæ de rebus literarii
Et hujus Diarii Auctor *primus* eſt Michaël
Roche. Qvi Tomos priores, qvinqve v
vit, ut ipſe teſtatur dans Memoires literair
la grande Brettagne in indice & præfat. Se
dus eſt Amandus de la Chapelle, qvi Tom
ſubmiſit Tomum VI. usque ad Tomum
qvod ipſe prodit in præfatione Tomi IX
& rationes affert, qvare in Tomo VI. VII.
verum ſuum nomen ſub ſiglis A. B. D. M
abſcondere, qvam integrum, exponere le
rum oculis maluerit.

XLVI.

Memoires literaires de la grande Bretagne
Michel de la Roche, Tom. I. & II. a la Haye
Primus qvi in Hiſtoria Civili Commentarios
moriales, (Memoires) condidit, eſt Phili
Cominæus. Et in Hiſtoria literaria hujusn
laborem *primus* ſuſcepit Auctor, Michel d
Roche. Qvi Bibliothecæ Anglicæ Tomo
priores elucubraverat. Sed ab eo qvi ſun
fecerat in controverſiam deductus, huic C
ri miſit nuncium, & Commentationibus l
rariis (commentaires literaires) conficie

um immiſit. Qvod tamen negotium ſecus, inabatur ſucceſſit. Nec eidem ab omni- pláuſus datus eſt, qvorum ſuffragia alicu- unt momenti in civitate literaria. Sane fridus Kohlreiffius, Vir non vulgari eru- nis copia inſtructus, in Proëmio Chrono- æ Sacræ §. 3. p. 10. has Michaelis de la Ro- h Schedas *venenatas* vocare non dubitat, in bus monſtroſa Whiſtoni dogmata neſcio, qvo ndente ſucco, infucentur.

XLVII. - LVII.

Le Journal des Sçavans de l'an. 1665. 1666. 67. 1668. Item *de anno* 1708. 1709. *Et de* *o* 1715. 1716. 1717. 1718. Amſterdam. X. lumina. *Primus* qvi Ephemeridibus litera- i facem prætulit ex antiqvis, fuit Euſebius . IV. In præparatione Evangelica, & Pho- s Sec. IX. in Myrio-Biblo. E recentioribus tem Dux & Auctor fuit in hoc itinere ſuſci- ndo & ingrediendo Dominus Dionyſius de S llo, Parlamenti Pariſienſis Conſiliarius. Qvi A C. 1665. condere cœpit le Journal des Sça- v ns, & hoc ipſo qvaſi claſſicum cecinit, & ſ num dedit pugnæ, & eruditos excitavit ad lendaria ejusmodi literaria tentanda. Et idem, qvod ad hoc Diarium attinet, qvod in nibus ducit familiam, cœptum id eſt, qvod ximus A. C. 1665, a Dn. de Sallo, & a Joh. allesio, Abbate Ægidio Andrea de la Roqve, n. Cuſinio, Abbate Bignonio aliisqve poſtea ntinuatum, & usqve ad præſens tempus

 perpe-

perpetuò nexu deductum, Pariſiisqve excu
& Amſtelodami qvotannis cum acceſſio
recuſum, Occupaturqve potiſſimum in libri
viter impreſſis enarrandis, vitis etiam e
torum, controverſiis, elogiis, inventis,
perimentis Phyſicis, Chymicis, Anaton
commemorandis, problematis Mathema
reſolvendis, antiqvitatibus-Hiſtoricis, Nu
maticis aliisqve rebus ad rem literariam ſpec
tibus proponendis; Oratione qvidem non
formi, qvia Auctores diverſi ſunt, nec rati
una, qvia tot ſunt ſenſus, qvot capita; Atta
uno conſilio, ut, qvid geratur in Repulic
teraria ſtatim pateat, & ſubito per erudito
Societates diffundatur, & poſteris anſa ſub
niſtretur de inventis ſubſeqventibus ex ant
dentibus judicandi, v.g. De Syſtemate har
niæ præſtabilitæ, in qvod qva ratione inc
rit Vir illuſtris G. G. Leibnitius, patet ex
qvod extat in hoc Diario 1665. p. 148. ſeq.

LVIII.

*Nouvelles de la Republiqve des Lettres, Pa Sieur B*** Profeſſeur en Philoſophie & en Hiſtoi Roterdam*, Amſterdam 1686. Qvi in ind hujus Diarii dicitur le Sieur B*** eſt Petrus B lius. Hic enim Nova Reipublicæ literariæ A. 1684. exorſus, ea ad annum usqve 1687. duxit, qvo, febri lenta, & gravi κεφαλαλγ fractus, relinqvere hoc Saxum, & Henrico B nagio volvendum permittere coactus fuit. Qv ſuj

N. 3. jam monuimus. Et hujus egregiæ ... ientationis Bælianæ hæc eſt qvædam par-... .

LIX. LX.

Bibliotheqve Choiſie pour ſervir de ſvite, a la ... theqve univerſelle par Jean le Clerc T. I. II. III. ... erdam 1703. & 1704. Duo Volumina. ... otheca univerſalis (Bibliotheqve univerſel-... ...œpta eſt A. C. 1686. & deſiit A. C. 1691. ... e huic ſucceſſit A. C. 1703. Bibliotheca ... ſelecta, Auctore Joh. Clerico, qvæ ad an-... usqve 1713. continuata, & a plerisqve ... ei literariæ intelligentes ſunt, in honore ... abita. Selecta enim ſunt ſcripta, qvorum ... tionem facit Auctor. Et eorum argumen-... on copioſe tantum recenſet, & lectori de-... anda exhibet, ſed & libere ſimul pronun-... , qvid ſibi de iisdem videatur. Vir non ... gari judicandi facultate præditus. Variarum ... uarum & ſcientiarum cognitione imbutus, ... commode & pereleganter loqvens, & in re ... aria ita excellens, ut ad Bibliothecam ſele-... n ſcribendam vix aptior inveniri potuerit.

LXI.

Joh. Ludovici Vivis Valentini de diſciplinis li-... XII. ſeptem de corruptis artibus, qvinqve de ... lendis diſciplinis, Lugduni Bat. 1636. Li-... us hic inſteqvens eſt, ſed meliori lapillo ſi-... ndus. In qvo Auctor circa initium Sec. XVI.

 illu-

illuſtris magna dicendi facultate, majore doctrina, & *παῤῥησία* maxima; de corrup artibus & tradendis diſciplinis ita differit, & doctrinas, & Doctores eo tempore recept & diutino conſenſu probatos, ſub examen v cet, & qvid lucis noctisve in iis inſit libere pr nunciet. Dignus iccirco, qvi in capita pa graphosqve diviſus, ſub prelum denuo mittat & notis qvibusdam illuſtretur, & ſupplemen de corrupta Theologia augeatur, qvod, ob H ſpanicæ inqviſitionis ſeveritatem, Auctori re qvis ſuperaddere non licuit.

LXII.

Bibliotheqve Françoiſe de M. C. Sorell, Pa 1667. Ex præcocibus eruditis fuit Auct qvi, qvod ipſe refert de ſe (p. 596.) vix a nos 5. vel 6. natus erat, cum in Regis Gall laudem Odas componeret. Plura deinde el cubravit, qvæ p. 389, ſeq. enumerat. Et lic ad dignitatem Conſiliarii Regii & Proto-Hiſt riographi aſcenderit, & ex Operibus ejus qva dam non triviali eruditione referta ſint, ejus t men nomen plerisqve in Republica literaria c vibus eſt incognitum, & oppido pauci ſunt ap nos, qvi ejus ſcripta vel viderunt unqvam, v pervolutarunt. Qvotus enim qvisqve eſt, q hanc Bibliothecam, manu, qva fas eſt, ſo cita, verſavit? In qva de iis Scriptoribus ta tum agit Sorellus, qvi idiomate Gallico uſi m numenta ſua literaria in vulgus prodire juſ ruat. Cum enim hoc velut extra controver

ale

n poſitum ſupponeret, poſſe aliqvem ſolius u Gallicæ peritum, univerſam animo com- et Encyclopædiam, nec Opus eſſe linguæ atir & Græcæ notitia, (p. 30.) id ſibi datum edi it negotii, ut, qvi hoc idiomate, in ro ſcientiarum genere extarent libri optimi, in oteſcerent, qvi artium earum cupiditate aci tur, qvæ ad humanitatem pertinent. At- ve inc illa in Bibliotheca hac Gallica capita, S riptoribus Gallicis. 1.) Grammaticis C. 1. 7 2.) Rhetoricis C. 2. p. 24. 3.) Logicis, liſt Philoſophicæ Scriptoribus, & Phyſicis C. p 9. ſeq. 4.) Theologicis C. 4. p. 49. 5.) ol cis in genere, & in ſpecie de Michaële Io aigne, & Charronio C. 5. p. 57. ſeq. 6.) Or oribus C. 6. p. 97. 7.) Epiſtolographis C. r. 106. Balzacio 120. & Voiture 137. 8.) Hi ricis C. 8 p. 144. & Itinerariis 146. Bio- gra his 150. Hiſtoricis certarum gentium 158. 9.) Fabularum Romanenſium Scriptoribus C. 9. p. 16. 10.) Poëtis C. 10. p. 201. 11.) Me- ap raſtis C. 11. p. 216. 12.) Philologis C. 12. 41. 13.) Hiſtoriæ Gallicæ Scriptoribus in ge re & in ſpecie p. 277. ſeq. Ubi omnino Sc ptores multi protriti in ſcenam producun- u; Verum & multi parum in vulgus noti, & c uratiore cognitione perdigni. Iis cumprimis Se ionibus in qvibus Auctor diſſerit de Hiſtori- is regni Gallici p. 279. Et Scriptoribus fabu- a um Romanenſium p. 166. & de libris pro- is p. 391. Hæ enim Diſſertationes excellunt n xime in hac Bibliotheca, & reliqvis multis a aſangis ſunt ſuperiores.

LXIII.

Rudolfi Capelli Lectionum Bibliothecari memorabilium Syntagma, Hamburgi 1682, (ſtromaticum, in qvo nec pes, nec caput redditur formæ. Nec membra omnia co conveniunt, & ſpectantibus ſe probant. T tum abeſt ut cunctæ lectiones hæ Bibliothec ſint memorabiles, aut Syntagma conſtitu Legi tamen præ cæteris merentur, qvæ m mam partem in iis faciunt, Joſephi Juſti S geri animadverſiones in Melchioris Gvilan Commentarium in tria Plinii capita de Pap de qvibus, qvid exiſtimemus in Idea Syntag tis antiquitatis literariæ p. 301. ſeq. dixin (2.) *Edoardi Brerewodi Scrutinium religion* Francofurti 1679. De qvo, ſi placet lege talogum Bibliothecæ noſtræ Theologica 821. ſeq.

LXIV.

De la connoiſſance des bons livres, Amſterd 1672. De qvo libello ſi multa differerem ſtudium conſumeremus inutiliter. Otia enim bis fecit D. G. Morhofius in Polyhiſtore L. 1. C §. 8. p. 187. ubi ſcribit: Magnifica multa p mittit titulus, cum pompa & apparatu inſti tus, ſed exigua ſunt, qvæ in illo libro tract tur, & in cenſuram qvarundam Auctorum G licorum deſinunt. Cui fini deſtinatus ille li videtur, eamqve ob cauſam nomen Auct

on

im, ut invidiam a ſe declinaret. Prolixus judiciis de fabulis & Romantiis Gallorum, otiſſimam libri partem occupant. Regu-as ponit de bonis Auctoribus cognoſcendis, dum ſunt generales. Judicium ille de libris endum dicit, ratione Auctorum, tituli, nenti, eaqve occaſione de qvibusdam Gal-Scriptoribus, eorumqve virtutibus & vitiis De Comœdiis, de Poëſi Gallica, de elo-tia Gallicana in ſtilo ſoluto & ligato. Qvi-otus ille liber abſolvitur, atqve ita in ur-exit, cum amphoram titulus promiſe-c.

LXV.

Burcardi Gotthelff Struvii Bibliotheca Numiſm antiqviorum, Jenæ 1693. Opuſculum i ſtudio complectendum, ob dictionis per-itatem, & ſcriptorum concinnam diſpoſi-em, & copiam, qvi in eo enumerantur. endatione tamen opus habet, & locupleta-e. Siqvidem multa in eo ſunt omiſſa v. g. ctatus omnes de monetis earumqve muta-e ac falſitate, qvos uno faſciculo compre-ſos, Coloniæ Agrippinæ 1574. edidit Matthæus ſius in 8. Item Girolami Olgiati illuſtrium loſophorum & Sapientum effigies, ab eorum niſmatibus extractæ, Anno 1567. in 4to ſine ntione loci. Alia. Qvædam etiam non ſatis urate ſunt tradita, v. g. p. 23. ubi, Mat-eus Hoſtius de re numaria cum aliis ab Ada-Rechenbergio 1692. Amſtelodami dicitur

editus, qvi eodem anno Lipſiæ excuſus eſt. (2.) *Ejusdem Epiſtola ad Chriſt. Cellarium de Bibliothecis & præfectis earundem*, Ibidem 1696.

LXVI.

Frauen-Zimmer Bibliotheckgen, Güſtro 1705. Ex Auctoris ſcopo dijudicanda hæc eſt Diatribe, non ex lectoris libidine. Bibliotheculam enim tantum promittit in indice, non Bibliothecam. Nec diſcedit a promiſſis, aut fumos vendit. Sed mentis cogitata ornate & ſuccincte exponit. Et qvi libri a fœminis legendi ſint, & non legendi, præclare docet. Tota tamen cogitatione cuperemus, libris a ſexu imbelliore non legendis etiam Fanaticos, & Socinianos, & Atheiſticos eſſe annumeratos. Tunc enim non Opus fuiſſet Collbergii Chriſtianismum Platonico-Hermeticum eidem commendaſſe, vel qverelas fudiſſe, qvod deſint adhuc Opuſcula Polemica, idiomate Germanico conſcripta, & generi huic hominum in fide divina confirmando idonea. Ubi enim venenum non eſt, non Opus eſt Alexipharmaco. (2.) *Curieuſes Studenten Bibliothecgen*, Leipzig 1708. Qvæ ſi ita adornata eſſet, ut, qvis in qvavis ſcientia ſit ſcriptor *primus*, *ultimus*, *optimus*, *παραδοξότατος*, *rariſſimus*, indicaſſet Auctor, tum qvidem vere curioſa nuncupari potuiſſet. Et cum a diſpoſitione tantum laudari mereatur in præſenti, & ſedulitate, etiam a rerum ſelectu & utilitate, & ſingulari ſpecie poſſet commendari.

LXVI

LXVII.

Bibliotheqve Volante ou Elite de Pieces fugiti- par le Sieur J. G. J. D. M. Partie I. II. III. IV. Amſterdam 1700. Et Tome II. *Partie* I. Cologne 1701. In more poſitum fuit Magliachio in Italia, Menagio in Gallia, Morhofio in Germania Schedas errantes colligere, easqve ſibi aſſertas internecioni ſubducere, cui magis ſubjectæ ſunt qvam majora volumina. Atqve huc etiam mentem direxit Auctor, qvi monumenta literaria minora fugitiva, anonyma, prohibita, rariora, curioſa, metrica & proſaica, edita & inedita convaſavit, & uno faſce conſtipata & ſub prelum miſſa cum iis communicavit, qvi harum deliciarum ſunt cupidi. Qvod laudandum omnino eſt inſtitutum. Et optandum, ut doctorum Virorum omnium ſcripta minora congeſta haberemus, qvia in minoribus ejusmodi lucubrationibus interdum plus ſalis in eſt, qvam in ſpiſſis Operibus.

LXVIII.

Catalogus Codicum MSCtorum Bibliothecæ Paulinæ in Academia Lipſienſi a L. Joachimo Fellero concinnatus, Lipſiæ 1686. Hujus Bibliothecæ Hiſtoriam leviter, & velut in transcurſu, attigit Joh. Burc. Menckenius, in Diſſert de Græcarum & Latinarum literarum in Miſnia inſtauratoribus, Aphor. 2. §. 7. Sed latius eandem perſectus eſt B. G. Struvius in Introduct. in notitiam rei

liter.

liter. C. IV. §. 32. p. 184. Et ipſe J. Fel
rus in Epiſt. Dedicat. huic Catalogo pr
miſſa. Et invidenda ſane in hac Biblioth
MSCtorum eſt ſuppellex, Theologicorum c
primis, qvorum major qvam Juridicorum, M
dicorum & Philoſophicorum in ea eſt cop
Atqve in iis etiam ſunt qvædam perrara, & a
huc inedita. Nec defuerunt, qvi ante Feller
Catalogum eorundem condiderint, ſed m
tilum & mancum & minus accuratum, ob ign
ta literarum compendia, & impedimenta al
& expediunda magis neceſſaria. Per qvas d
ficultates enixus Fellerus, hunc elucubra
MSCtorum indicem, pleniorem ſane qvam fu
runt priores. Sed qvi & ipſe tantum adh
abeſt a perfectione, ut in ipſis pene princip
conſtiterit. Solos enim congeſſit MSCtoru
titulos, & ex his unguibus de leonibus conj
ctandi lectoribus dedit anſam. Nec indicavi
an codex ſit membranaceus, an chartaceus, ed
tus, an ineditus, qvo tempore, & qvibus liter
exaratus &c. Et unicus tantum eſt in Theolo
gicis, qvem manu appoſita cum exerto digit
fecit notabilem, licet in præfatione ſe plurim
hoc ſigno prænotaſſe ſcribat. Et adhuc ment
repetimus, nos cum ante 30. & qvod excurri
annos hanc Bibliothecam viſitaremns, plura i
eo manu triviſſe volumina, qvorum in Cat
logo hoc Felleriano nulla facta eſt mentio.

LXIX.

Cornelii a Beughem Apparatus ad Hiſt. literarum, ſive Bibliographia eruditorum Critico-*Curioſa*, Amſtelodami 1701. Vir non plane nulla laude dignus, ob bene merendi de re literaria ſtudium, ſed cujus facultas voluntati non omnino par fuit. Non enim libros ipſos manu verſavit, qvorum in Bibliographia mentionem injicit, ſed e Diariis eruditorum tantummodo notavit. Nec argumenta eorum protulit in medium, ſed ſolos titulos. Varius etiam & mutabilis eſt in methodo, & in appendicibus, addendisque, & corrigendis cumulandis ſatis liberalis qvidem; Sed non ita ſufficiens, ut non ſexcenta addenda & corrigenda adhuc reliqverit. A Bibliographiæ Critico-curioſæ titulo tam procul diſtans, ut nihil ejusmodi ſit in tota hac vinaria, qvod promittit ſuſpenſa hedera. Bibliopolis forte, qvalis fuit Auctor, magis utilis labor qvam Bibliophilis & Reipublicæ literariæ civibus,

LXX.

Ejusdem Bibliographia Hiſtorica, *Chronologica*, *& Geographica*, Amſtelodami 1685. Ejusdem cum antecedente commatis.

LXXI.

Adami Rechenbergii de ſtudiis Academicis liber ſingularis, Lipſiæ 1701. Eqvidem non prorſus idem

idem ſentimus, qvod Chriſt. Gerberus, in Hiſtoria regenitorum P. 1. Num. 14. p. 3 ſcribit: *Der ſelige Herr Rechenberg iſt ein gar ſ cker latiniſt geweſen, daſs ich nicht weiſs ob er Ciceronem, oder Cicero Rechenbergium, in di Sprache übertroffen;* Hoc enim ὑπερβολικῶς tamus eſſe dictum; Id tamen non diffitem formam orationis Rechenbergianæ eſſe dilu dam, venuſtam, puram, & hoc ipſo ſatis natam, qvod adſcititium ornatum non affect. Ordo etiam hujus Opuſculi concinnus eſt. membra ſatis apte compoſita, ſuppellex aut rerum ejus eſt generis, ut prælectionibus A demicis egregie inſervire qveat. Non tam omnia eadem arte ſunt elucubrata; Siqvide plus olei conſumtum eſt in introductione Philoſophiam formanda, qvam in traden Iſagoge in Philologiam, Theologiam, Jur prudentiam & Medicinam. Et qvod p. 17 ſeq, legitur caput ſecundum Sect. V. de Hiſt ricis Græcis ex omnibus eſt optimum. In qvædam capita in medio abrupta ſunt, ut C. Sect. V. p. 224. Qvædam integra ab aliis tra ſumta. Et Auctores nonnulli non prætereu di præteriti. Qvod tamen ita excuſari poſſe, debere ſcribit Auctor Sect. V. C. 1. §. 2. p. 1 qvod ad perfectam Bibliothecam concinnanda ſuas curas & cogitationes non contulerit.

LXXII.

P. Danielis Bartoli *Character hominis litera Italice editus, a P. Ludovico Janino latine red*

[...] Lugduni 1672. Indignum patella Oper[...]m. Nec credimus Auctorem hoc Opuſcu[...] characterem hominis literati nuncupaſſe. C[h]aracter enim eſt nota, qvæ alicui inprimitur, u[t] ab alio dignoſci qveat. Sed de notis erudi[to]rum non diſſerit Auctor in hoc libello; Ve[ru]m de doctorum felicitate, & indoctorum in[feli]citate, plagiis literariis, libris obſcœnis, q[uo]rundam maledicentia, præſidentia, ignavia, i[m]prudentia, ambitione, avaritia, obſcurita[te], &c. Ingenioſe omnino & acute & diſerte; S[e]d ad morem Tragicorum potius, qvam Hiſtori[co]rum, luſibns ingenii indulgens nimium, & [...]ſus ſublimes verborum captans, & dictiones, [p]raſesqve præ cæteris micantes conſectans. Et [p]rodigio ſimile eſt, neminem dictionem re[ce]ntiorum Italorum, cogitatis præter exſpecta[ti]onem ſubtilibus, & ingenioſis conſtantem [m]agis deriſiſſe Auctore noſtro, (P.2. p.415. ſeq.) [...] neminem magis eadem delectatum.

LXXIII.

Idem Opuſculum, Coloniæ 1674. Typis [e]xſcriptum,

LXXIV.

Joh. Deckheri de Scriptis adeſpotis Pſeudepi[gr]aphis & ſuppoſititiis conjectura, 1681. ſine loco. [P]*rima* hæc eſt editio hujus Opuſculi, eaqve [p]errara. Cui elucubrando occaſionem dedit [V]incentius Placcius, qvi A. C. 1674. in lucem

pro-

prodire juſſerat, Syntagma de Scriptis & Sc
ptoribus Anonymis, & Pſeudonymis. (Vide
pra libros Catal. in 4. Num. 50.) Cujus la
nas expleturus Deckherus, has conjecturas e
dit, Syntagmati Placciano locupletando pe
doneas. Verum & has adauxit poſtea plurib
in locis, & emendavit, easqve Theodoro Ja
ſonio ab Almenloveen inſcriptas, Amſteloda
recudi fecit A. C. 1686. Qvo habitu poſt
A. C. 1708. Placcii theatro Anonymorum
Pſeudonymorum adjectæ ſunt.

LXXV.

Caracteres des Aucteurs Anciens & Moderne
Amſterdam 1705. Occaſionem huic Drama
dedit controverſia inter Claudium Perraltu
& alios; Utrum noſtræ ætatis eruditi antiqv
æqviparandi ſint, vel etiam præferendi? (p.47
Et, qvicunqve Auctor fuerit, ſane Vir fuit, i
Hiſtoria literaria, & artibus ad humanitatem ſpe
ctantibus, perpulchre verſatus, cerebroqve tan
felici donatus, ut difficilis admodum & mini
me expedita ſit deliberatio, an ingenio magi
abundaverit an judicio. Antiqvos tamen re
centioribus antecellere exiſtimat.

LXXVI.

La Gverre des Auteurs anciens & modernes
avec la reqveſte & arreſt, en faveur d'Ariſtote, a l
Haye 1671. Mordax eſt Satyra, in qva Profeſ
ſores ſcientiarum omnium & in iis Ariſtotele
cum

un rimis deridendus propinatur, & qvaſi de p le hæc ſententia dicitur, eundem contra ra- on & experientiæ decreta ſola præſcriptione ie poſſe Philoſophiæ ſuæ Syſtemata.

LXXVII.

Les Femmes Illuſtres, ou les Harangves Heroï-ve de Mr. Scudery, Paris 1665. Viginti He-oi ıs, ex Hiſtoriæ Græcæ & Latinæ antiqvitati-u erutas, loqventes in hac ſcena introducit Au tor Georgius de Scudery, Vir in arte Poë-ic & Oratoria mirum qvantum exercitatus, d e ingenii tantum oſtentandi cauſa. Nec li milem a voluntate ſucceſſum hoc inſtitu-u habuit. Qvas enim fœminas haſce pro-au tiare juſſit, orationes ingenioſæ ſunt, acutæ, lo ntes, limatæ, expolitæ. Qvales eſſe ſo-e declamationes ejusmodi in otio confictæ. A vero imagines æri inciſæ, ex nummis an-ti is exſcriptæ ſint, qvod in indice affirmat A ctor, & in præfatione repetit, injudicatum re nqvimus.

LXXVIII.

Recueil de diverſes pieces faites par pluſieurs perſon-ne illuſtres, a la Haye 1669. Qvem faſcicu-lu n cum primum verſaremus, & unde profe-ct s ſit, ſciremus cum ignariſſimis, ita de eo ju-d avimus: Obſervationes eſſe miſcellas, de per-ſo is, factis, & rebus ſingularibus, civilibus & literariis, commendandas a raritate, varieta-

te, venuſtate, Auctoris etiam (unum ei tantummodo earum Auctorem eſſe arbitrabam eruditione, ſubtilitate, & ſentiendi libert Atqve hæc omnia cum veritate conſpirare prehendimus, poſteaqvam αὐτοψία edocti mus, Auctorem eſſe Saint-Evremondium. omnes has Eclogas reperiri in ejus Operi mixtis, (Oeuvres Melées) qvæ Pariſiis proc runt 1671. & auctiora Londini 1708. 3. Volu VII. Tomis.

LXXIX. - LXXX.

Oeuvres Meslées par M. De S. E. IV. Part Duo Volumina. Paris 1671. Auctor eſt Sai Evremondius, qvod docent ſigla (Par M. S. E.) Cujus Schediasmata Hagæ Comit. 16 vulgata, in hac Sylloge non parum locuple ta, denuo in lucem emiſſa ſunt. Multum tem adaucta, & in VII. Tomos diſtincta, L dini tandem 1708. tribus Voluminibus conſpicienda dederunt. Qvibus acceſſit Evremondii a Dn de Maizeaux conſcripta, q Hiſtoriam horum Opuſculorum continet, & ea rectius intelligenda eſt perneceſſaria.

LXXXI.

Nachricht und Urtheile von denen Lateiniſc Auctoribus Claſſicis, *und ihren noch vorhande Schrifften*, Halle 1713. Ilias poſt Homeri Tot enim ſunt qvi de Auctoribus claſſicis co mentati ſunt, qvot Auctores claſſici. I

omni

s, qvos producit Auctor, habent aucto-m claſſicam. Et ſi haberent hoc ſcriptu-nus non eſt hujuſmodi, ut ſe probare iis , qvi literis elegantioribus ponunt pre-. Dictio eſt hybrida, Semi - Germanica, -Latina. Gallicis etiam pronunciatis qvi-am permixta, & ſermo Germanicus ad orum dicendi conſuetudinem ſæpius infle-. Ordinis ratio ſecundum ſeriem literarum lphabeto occurrentium digeſta. Hiſtorica tio v. g. de Virgilio pertenuis & macilen-a. Judicium de Lactantio & aliis qvibusdam vum. De Petronio & ejus obſcœnitatibus nſideratum, & Chriſtianum parum decens. Et qvæ præcipua in hoc Opuſculo eſt macula, Scriptorum impurorum omnium Hyperaſpiſtes eſt Auctor. Et qvaſi in iis reperiſſet, non qvod pueri in faba, floſculos obſcœniſſimos in-de excerptos lectoribus exhibet olfaciendos.

LXXXII.

Des Hrn. Sorell Tr. von der menſchlichen Voll-nenheit aus der Frantzöiſchen Sprache in die Hbteutſche überſetzet durch den Unglückſeligen, N nberg 1660. Characterem C. Sorelli præ-e exprimit Guido Patinus T. 1. Lettr. 77. p. 2. Il eſt homme de fort bon ſens, & taci-ne, point bigot, ni Mazarin. Et Operum rum Syllabum ipſe Sorellus ſuggerit in Bi-theca Gallica (ſupra Num. 62.) p. 391. ſeq. p. 446. ſeq. Librum de la perfection de mme, & des Methodes des Sciences A.C. 1655.

Caſſiterographiæ ope in lucem prodiiſſe ſcri
Opus autem de la Science univerſelle tribus
cibus impreſſum, ita tamen diſparuiſſe,
non niſi in Bibliothecis integrum reperiat
Cujus editio eſt apud nos, Pariſiis 1668. T
mis IV. & tot voluminibus excuſa. Et fate
Joh. Georg. Lotterus in Comment. de Vita
Philoſophia Bernardini Teleſii C. 2. p. 34.
Sorello qvid ſtatuendum ſit ſe ignorare, c
librum de perfectione hominis inſpicere, li
non obiter qvæſitum, haud integrum ſibi fu
rit. Scilicet nec librum da la Science univ
ſelle, nec eum de la Perfection de l'homn
oculis unqvam uſurpare potuit Lotterus, Lipſ
eo tempore commoratus, ubi Bibliothecaru
& Bibliopoliorum, & librorum editorum & i
editorum ſtupenda eſt multitudo. Imo ne Ge
manicam qvidem verſionem hujus poſterio
vidiſſe l. c. qveritur. Qvæ a Joh. Wilheln
Barone de Stutenberg, ſocietatis fructiferæ men
bro, adornata, non ſine demorſis unguib
abſoluta qvidem, ſed ea ratione confecta, t
ex Germanico idiomate interdum in Germani
cum, h. e. ex illiqvidiori in liqvidius, transfe
ri mereatur.

LXXXIII.

Syllabus Rectorum & Profeſſorum Jenenſiu publicatus a M. *Adriano Beiero*, Jenæ 1659. Ora
tione ſoluta & ligata Hiſtoriam Rectorum & Pro
feſſorum Jenenſium deſcripſit Auctor. Et li
gata qvidem non numeroſa admodum & dulci

nte fluens eſt, ſoluta autem eſt liberalior. ſtoria ipſa multo ſtudio congeſta. Et libinde ultra ſepta tranſiliat, & digredia- propoſito; Tamen in ipſis excurſionibus idus eſt. Unde ejus opibus egregie ad- M Joh. Caſpar Zeumerus, qvi in Vitis ſſorum Jenenſium hoc Opus Biographicum tavit, & inde ab A. C. 1659. ubi deſiit us, usqve ad noſtra tempora deduxit.

LXXXIV.

Adriani Beieri Syllabus Rectorum & Profeſſo- rum Jenenſium, Jenæ 1659. (2.) *Joh. Heer- mani Epigrammata*, Jenæ 1624.

LXXXV.

Les Bigarrures du Seigneur des Accords, Pa- riſ 1584. Virorum gravium libros ludicros ſſ non oportet. Cujusmodi hic eſt. Qui to- everitate deficitur, affluitqve rebus & vo- s ludicris, obſcœnis, frivolis, ipſisqve ger- Siculis vilioribus, & ſoli Stercutio relin- ndis. Qvod, qvi carmen Apologeticum ne adjecit, ipſe non diffitetur; Adeoqve nde vix commendari poteſt hic Accordii *li- s variorum*, prout in Carmine qvodam præ- ite ſalutatur, qvam a ſola raritate. Siqvi- n ab alio qvoqvam eundem citatum non imus, qvam a ſolo Georgio Burchardo Bül- gero, in ſpeciminis doctrinæ veterum Sina-

rum appendice §. 10. p. 300. Qvi tamen ſolum caput 2. inſpexiſſe videtur.

LXXXVI. LXXXVII.

Elite des bons mots & des penſees choiſies, recueilles avec ſoins des plus celebres Auteurs, & principalement des livres en Ana, Tom. I. & II Amſterdam 1709. Duo Volumina. De qvibus recte J. C. Wolfius in præfat. Caſaubonianorum §. 32. p. 41. Si ex iſta collectione præſtantiam librorum in *ana* metiri velis, eam exiguam, imo nullam eſſe non temere judicaveris, cum præter Hiſtorias ludicras, nil niſi facetias qvasdam, easqve non optimas, aut elegantiores exhibeant, tantum abeſt ut qvicqvam, qvod ad literas faciat, ad qvas tamen promovendas primi horum miſcellaneorum editores potiſſimum reſpexerunt, avidus lector in iis ſit deprehenſurus.

LXXXVIII.

Ægidii Henningen geprieſener Büchermacher, Franckfurt ſine mentione anni. Libellus ſiniſtra Lucina in lucem editus. In qvo nec rerum inventio, nec diſpoſitio, nec elocutio laudem meretur. *Der Auctor iſt kein Preiſs-würdiger Büchermacher.* Protrita enim ſunt omnia, qvæ profert, & cottidiana, indigeſta etiam & perturbata.

Sunt apinæ, tricæqve, & ſi qvid vilius illis.

Rarum

arum tamen eſt Opuſculum. Et noti no-i ſunt ex eruditorum cenſu, qvi dubitarunt, unqvam in lucem fuerit editum, perſuaſumq sibi habuerunt, nos nubem amplexos pro ione in Introduct. in Hiſt. lit. P. 5. p. 224. ubi eisdem mentionem injecimus. (2.) M. K. C. P. C. *Unvorgreifliches Bedencken über die Schrifften der bekanteſten* Poëten *Hochteutſcher Sprache*, Hamburgi ſine loco. Collecta ſunt hæc judicia de Poëtis Germanicis, maximam partem ex Morhofii prælectionibus, qvod diſſimulanter primum profitetur Auctor, p. 5. & aperte poſtea 141. Atqve hinc illa lumina & acumina, qvæ iis ubiqve ſe exerunt.

LXXXIX.

Larva detracta h. e. Brevis expoſitio nominum ab qvibus Scriptores aliqvot Pſeudonymi latere voluerunt, Verioburgi 1670. Auctor eſt Fridericus Geislerus J. U. D. & P. P. Lipſienſis. Qvi tres haſce Decades Pſeudonymorum, ſe inſcio & invito a non nemine editas, poſtea duabus Decadibus auxit, & Diſſertationi de nominum mutatione adjecit, qvæ 1671. Lipſiæ recuſa eſt. Et fatetur Vincentius Placcius in Syntagmate de Anonymis & Pſeudonymis detectis C. 3. N. 120. p. 33. & N. 167. p. 50. his Geisleri obſervationibus primam occaſionem ſibi datam, Syntagma de Anonymis & Pſeudonymis concinnandi, qvod in theatrum poſtea transformatum eſt.

XC.

Roberti Hires Tr. de globis cœleſti, & terreſ ac eorum uſu, Francof. (2.) *Satyræ, duæ Her les tuam fidem, ſive Munſterus Hypobolimæus, & V gula divina. Item Vita Caſparis Schoppii, & B donum fabulæ confutatio*, Lugduni Batav. 1616 Caſpar Scioppius, Scaligerum Hypobolimæu vulgaverat, eodemque Scaligeros, Julium C ſarem Patrem, & Joſephum filium, non ex ſa guine Principum Veronenſium de Scala cret ſed ex vulgari Burdonum gente natos eſſe co tenderat, patremqve ſibi non aliud honoris v cabulum aſſeruiſſe, qvam Doctoris Medicin de Verona. Atqve huic hæ qvatuor Satyr ſunt oppoſitæ. Qvarum primæ & ſecundæ A ctor eſt Daniel Heinſius; Tertiæ Anonym Qvartæ Janus Rutgerſius. Et in omnibus qv dem dictio eſt ſatis latina, nitida, comta, v geta, & ad imaginem antiqvorum expreſſa, ſe ſalſa etiam, dentata, mordax, qvalis eſſe ſ let in Scriptis ejuſmodi, & qvalis Scioppii or tio fuerat antea, qvæ tot Sarcasmis fuit infect tot aculeis conſita, ut Scaligero mortem acc leraſſe perhibeatur.

XCI.

't Leven van Clement Marot, Amſterdа 1660. Vitam Clementis Maroti, curate eleganter deſcripſit Petrus Bælius in Lexico H ſtorico-Critico p. 2068. ſeq. ubi & pluriu me

m tionem facit, qvi eandem incudem tutu-
d nt, & hujus Gallicorum Poëtarum Princi-
pi ata in literas retulerunt. A qvorum inſti-
tu toto cœlo, qvod ajunt, diſtat hujus libel-
li uctor. Qvi non vitæ curſum Maroti, ſed
ej dicta & facta memorabilia enarrat. Adeo-
q non Marotum lectori ſpectandum exhibet,
ſe *Marotiana.*

XCII.

Burmanniana, Amſtelodami 1710. Joh.
C ricum Auctorem eſſe hujus rapſodiæ perſua-
ſi n ſibi habet, C. A. Heumannus in Schedias-
n te de Anonymis & Pſeudonymis p. 183. Cui
a verſum tenet, qvi novam Bibliothecam Hal-
l iſem condidit Part XII. p. 162. ubi ſcribit:
I e närriſche und alberne Charteqve, welche in vo-
r en Jahr unter dem Titul: Burmanniana an das
l cht kommen, glaubt der Hr. Heumann habe dem
rn. Clericum zum Verfertiger, weil derſelbe mit
m Hrn. Burmann in Streit lebe. Ich bin hinge-
n gewiſs, daſs kein Menſch, der die gemeldete Bur-
anniana nur mit ein wenig Verſtande anſiehet, auf
n Clericum fallen werde. - - - Der Auctor der
urmannianorum iſt ein Junger höckeriger Doctor
hiloſophie & Juris in Utrecht, dem wegen ſeines
luthwillens nicht lange hernach eine Straffe dictiret
orden. Und es iſt nicht weniger bekant, wer den
ind in die Pfeiffe geblaſen hat. Cui relationi
ec demimus nec addimus fidem. Hoc dici-
us, non plane ſejunctum eſſe a vero, qvod
n ſelectis Hiſtoricis & literariis Obſervat. VI.

§. 10. p. 158. pronunciat Lilienthalius: Ni
ſcommata & injurioſa in ſe continere hæc
manniana in Cl. Burmannum vibrata, qva
men iſte indigna judicaverit, qvibus aliqvic
poneret.

XCIII.

Bibliotheca Romana, ſive inſignium Scripto Claſſicorum & Criticorum qvos habuit Latium re ſio. MSCta eſt hæc Bibliotheca & ἀνέκδο cujus Auctor Philippus Caroli P. P. in Ac mia Altorfina, Vir omnibus iis artibus, ad humanitatem pertinent ſatis inſtructus, in Theologia non ita confirmatus, ut a cr ne Apoſtaſiæ cavere ſibi potuerit. Non au opinans poſtea egeſſit ſpiritum, & monume plura reliqvit edita & inedita, qvæ recitat C ſtophorus Arnoldus in præfatione animadve num Caroli in noctes Atticas A. Gellii, & Curtium, ubi hanc Bibliothecam Romanam pediem a Bibliopola typis exſcriptum iri a mat. M. Rudolphus Martinus Meelführe etiam in acceſſionibus ad Theodori Janſonii Almeloveen Bibliothecam latentem p. 75. bit: Magnum Danielem Omeiſium edition ejusdem animo agitaſſe. Nec indigna eſt publica, in qva Scriptores latini claſſici in ætates diſtributi ea ratione recenſentur, ut tantum ſtudii, tantumqve ingenii & judicii hunc laborem auttelerit, cognitum habeamus minem. Et appoſite ſcribit in proëmio: bere in numerato omnium ætatum Scripto

ſi

cir, qvid de qvoqve cenſere, qvem imita-
ui qvo ſermonis genere in qvovis argumen-
o debeas, qvid in ſingulis proprium ſit,
vi aliunde affabre expreſſum, qvidve prodi-
an it, aut ubi Scriptori ſomnus obrepſerit,
o lemum omnes doctrinæ numeros abſolvit.
)ić o ſane eſt caſta, candida, expedita, & ſi-
e fectatione ornata & acuta. Diſpoſitio le-
git s temporum accommodata. Obſervatio-
ne Hiſtoricæ & Criticæ rariores. Judicia ſo-
r Nihilqve qvod nobis magnopere diſpli-
ce, præter hoc, qvod in medio curſu inter-
iſſ, & hiat, & deficit, & ex ætate prima
Pl utum, Ennium, Terentium, Lucretium,
C ullum, Catonem, Varronem & Saluſtium;
E ſecunda autem Ciceronem, Julium Cæſa-
re, & Livium tantummodo exhibet, ſaltem
in noſtro exemplo, neſcimus an in aliis etiam.
F t autem hoc noſtrum exemplum, qvod ex
p ſcriptione diſcimus, olim Heinrici Julii
S eurlii, cujus manu idipſum eſt exaratum, &,
u conjicimus, ex ipſius Philippi Caroli ore ex-
c ptum. Nec nihil adjutus eodem videtur
S eurlius in ſtatua Mercurii P. 2. Sect. 2. ubi
d Scriptoribus L. L. præſtantiſſimis agit, &
e dem, qvos Caroli in ſcenam producit, non
p res, nec pauciores, eademqve ſæpius dicit,
c æ Caroli de iisdem dixit prius. Imo & Caro-
l mentionem facit, ſed non indicato ejus no-
ine. Sic enim p. 245. Unum hic adducemus
qve a Lambino neqve a Gifanio citatum, ſed
noſtris præceptoribus monſtratum nobis Agel-
locum, qvi L. 1. Noct. Atticarum C. 21. ha-
betur

betur, ubi Lucretius non tantum Poëtæ i
nio & facundia præcellentis nomine laud
ſed & Virgilio ſi non præfertur, at non ol
re tamen exæqvatur. Hic locus extat in C
Bibliotheca ſub vocibus; Cenſura Lucretiana
præclara, ſcribit, a Lambino & Giſanio de
cretio collecta ſunt teſtimonia, qvibus a
iſtud Gellii ab iis præteritum L. 1. C. 21.
Poëta laudatur ingenio & facundia præcell

(2.) *Antiqvitates Romanæ Sacræ civiles, militar Oeconomicæ, ex variis Auctoribus conqviſitæ.* MS Prima pagina, qvæ indicem conſpiciendum ſtit, diſciſſa eſt, & neſcio, qva inſulſa m avulſa, & cum ea, qvod auguramur, non iſtius, qvi antiqvitates haſce convaſavit ex a Qvia autem hoc Opuſculum cum Caroli Bib theca, eodem volumine continetur, eadem manu exaratum eſt, & eodem dicendi gen non vana fortaſſis conjectura ſuſpicamur, ab dem etiam Auctore eſſe elucubratum. Nec perfectum eſt, ut præcedens, ſed omnibus partibus expletum. Apte diſtributum. Et ſ pellectile literaria non contemnenda exornat

XCIV.

Jacobi Altingii Hebræorum Reſpublica Sch ſtica, Amſtelodami 1652. Cujus eſt expedit facile currens oratio Lectio etiam copioſa facultas, ex iis qvæ lecta ſunt, optima ſeliger Sane Auctor res vidit acute, compoſuit d genter, & æra a lupinis ita diſtinxit, ut & l datus ſit a multis, & a qvibusdam compila

ſſo ejus nomine. Qvod in Syſtemate an-
itis literariæ monuimus. Ubi & labeculas
am indicavimus, qvibus hæc Reipublicæ
aſticæ deſcriptio hac illac reſperſa eſt,

XCV

Joh. Rowlandi Polemica & Irenica pro rege &
Anglicano adverſus Joh. *Miltonum*, 1653. ſi-
co. Cui cognitio rerum arcanarum & ſci-
gniſſimarum non defuit. At facultas ea,
noſſet, compoſite, ornate, & luculenter ex-
ndi defuit. (2.) *Diſqviſitio de Auctore Vin-*
um contra Tyrannos, qvæ ſub nomine Junii
editæ ſunt, Amſtelodami 1662. De qva
ſis, qvæ diximus in Catalogo Bibl. Theolo-
p. 1101. (3.) *Commentariolus rerum in An-*
eſtarum ab initio Caroli I. Martyris usqve ad
urationem Caroli II. Liberatoris, Hagæ Comi-
663. Qvo paucis multa ediſſeruntur.

XCVI.

Jani Gruteri Manes novis Threnodiarum allo-
s ab Erneſto Stida collectis, Erfordiæ 1628.

CATA-

CATALOGVS
MSCTORVM MEMBRANACEORVM ET CHARTAEORVM, ALIORUMQVE CODICVM ET MONVMENTORVM MINIME VVLGARIVM,

QVORVM IN BIBLIOTHECÆ THEOLOGICÆ CATALOGO

J. F. REIMMANNI,

NVLLA OCCVRRIT. MENTIO.

PROMVLSIS

HISTORICA DE NO- STRIS MSCTIS.

QVod Gabriel Naudæus de inſtruenda bibliotheca p. 107. ſcribit: Eſſe de eſſe Biblothecæ ut MSCtis abundet; Id Bibliotheca publica accipiendum putan non de privata; Non enim eſt cujusvis ma pii MSCtos ſibi comparare Codices, qvor pretia mirum qvantum exardeſcunt. Et ſi n ſupium etiam non reclamaret, occaſio tan deficeret. Siqvidem perraro accidit, ut ej modi merces venum exponantur. Eqvid nos initio hac in re fortuna perbenigna ſumus, numerumqve MSCtorum non ſp nendum acqviſivimus. Sed poſtea qvam p rima igne fatali perdidimus, & qvæ conſer vimus pleraqve vendidimus, & in Bibliothec Regiam Hannoveranam tranſire paſſi ſum Aſt evitarunt nonnulla tamen hæc aſpera fa Qvædam etiam ſucceſſerunt in locum eoru qvæ deceſſerant; Atqve hinc factum, ut pr ter ea, qvæ impreſſis noſtris Theologicis, Pl loſophicis & Hiſtoricis inſperſa ſunt, tantu adhuc ſuperſit ſpicilegium, in hac ſectio Catalogi noſtri ſeparatim enumerandum, in qv bus etiam ſunt qvidam Codices membranac perrari, & adhuc inediti, eo loco ac nume habendi, qvo qvæ legitur rubris gemma ſi æqvoribus.

MSCT

[M]SCTA NONNVLLA EXOTICA DIVERSI COMMATIS.

I.

[L]ibellus Indico-Malabaricus conſtans 54. foliis palmoſis, ratione prorſus ſingulari, apud [n]os uſitata, colligatis. In qvibus characteres [M]abarici ſtilo ferreo ſunt exarati. Ipſaqve [fo]lia ignoto nobis olei genere peruncta, unde [co]lor eorum croceus, & characterum nigror, [i]lliqve ipſius durabilitas, & elegantia. Conf. *[Ber]icht von den Miſſionarien*, Continuat. 3. p. 2[.] ſeq.

II.

Folia nonnulla Sinica, eaque non calamo, [sed], more hujus gentis, penicillo, in charta ſub[tilı]iſſimæ texturæ, a ſupremo ad imum ſcripta; [no]n opiſtographice, ſive in utroqve chartæ [la]tere, ſed ſynographice, in antica tantummo[d]o ejus parte.

III.

Epiſtolæ tres Arabicæ, cum ſubſcriptio[n]ibus & ſigillis Arabicis.

IV.

Duo folia ex iis Codicibus, qvos Ruſſi [1]722. in Tartaria Calmuckenſi non procul a

 Mari

Mari Caſpico ſub terra invenerunt, charac
ribus in Europa adhuc ignotis repicta,
cum Epiſtola Bignonii, Pariſiis 1723. ad Im
ratorem Moſcowiticum Petrum Alexowitzi
ſcripta, qva literas haſce Tibeticas eſſe co
ctat, ad cujus ſententiam accedit Mr. la Cr
in ſtatu Chriſtianismi Indico L. VI. p. 663.
easdem Tibeticas ac Tanguticas eſſe pronunc
Bengalicis ac Tartaricis affines. Nec omitt
dus eſt Phil. Joh. *von* Stralenberg, qvi in
ſcriptione Ruſſiæ C. XIII. p. 312. *Was die Sch
ten betrifft, beſtehen ſolche aus Tangutiſch-Mu
liſch- und* Kalmuckiſchen *Characteren*, welche n
*auf Pergamen, ſondern auf einem von Baum-W
auch Seiden Watten, ziemlich dicke gemachten
mit ſchwartzen und blauen Firniſs überſtrichenem
pier*, worauf *die Characteres nicht geſcrieben*, ſ
dern gedrucket worden, *auf die Art*, wie wir *un
Leinwand oder andere Dinge etwa drucken, da d
die Characteren oder Buchſtaben theils gelb oder G
theils* weiſs *oder ſilber Farbe ſind.* Rariſſima
tem hæc ſunt Bibliothecæ Calmuckenſis ſubt
raneæ rudera, a Viro illuſtri Domino de Star
ke Sereniſſ. Ducis Holſatiæ legato, eo temp
Petroburgi commorante, ad me transmiſſa.

V.

Pugillares decemplices cerei in qvibus
lo ſcribere ſolebant veteres, ante chartæ, at
menti, & calamorum uſum. Plinius L. 1. E
VI. Ad retia ſedebam. Erat in provincia n
venabulum, aut lancea; Sed ſtilus & pug
lar

es. Meditabar aliqvid notabamqve, ut, ſi nus vacuas, plenas tamen ceras reportarem. ceſſerunt etiam his noſtris pugillaribus ſtili rei qvatuor, qvibus exarare ſolebant literas iqvi, & exaratas delere iterum, ſiqvidem reqvireret rei ratio.

ISCTA NONNVLLA MEMBRANACEA ET CHARTACEA, LATINA, GERMANICA, ARABICA.

In Folio.

TOMUS I.

N QUO CONTINENTUR MSCTA CHARTACEA.

Anonymi deſcriptio Orbis terrarum a. p. 1. usqve ad p. 79. Cujus Auctor Germaus fuiſſe videtur. Etenim p. 43. Scotiam deribens; In iſta terra, ait, ſive Inſula, habitant ulti homines vagi, proprie *Wilde Lüde*. Lacuoſus tamen eſt admodum in Germania p 42. eſcribenda. In dictione barbarus, in Oecoomia diſſipatus, in rebus ipſis macilentus, nguſtus, fabuloſus. Idqve ætatis, procul lubio, qva vixit culpa. Qvæ in Seculum XIV. ncidiſſe ratio non una poſtulat, ut credatur.

 2. Ano-

2. Anonymi Hiſtoria de Alexandro M gno & ejus expeditione in Indiam, a p. 80. usq ad p. 131. Ubi hæc eſt ejus clauſula: Hæc n rat Hiſtoria Adriani, qvam ego legi & in Epiſtola ter mandavi, Hiſtoria Adriana nan qvidam diſcipulus picti, cum de genere ſerv eſſet, propter magnam ſapientiam, qvam h buit, ad maximum pervenit honorem temp ribus Imperatoris Neronis, qvi Petrum cru figi, & Paulum decollari fecit.

3. Epiſtola Baldachi Suldani ad Papam 132. In qva magna verborum pompa, & ins lenti prorſus prædicatione ſuam effert pote tiam, Papæqve, ac Philippo Francorum Reg cum aliis regulis, (qvæ ipſius φράσις eſt) inſi tat, qvod bellum contra ſe parare auſint.

4. Itinerarium terræ ſanctæ a p. 133. u qve ad p. 194. Cujus Auctor eſt Ludolphu Parochialis Eccleſiæ in Suchem Rector, qv ut ipſe ſcribit in Epiſtola nuncupat. ad Balduinu de Steinvordia Paderbornenſis Eccleſiæ Ep ſcopum, integrum qvinqvennium in terra ſanct commoratus, ejus imaginem hoc Opere com plexus eſt, una cum iis, qvæ in itinere eide memoranda obvenerunt; Atqve de his omn bus ait l. c. p. 135. (a) jam dudum conſcriber deſideravi, ſed variis ac diverſis negotiis præ peditus neqvivi, ſed tamen ſcripturarum me moriæ commendavi. Qvi nunc plus otio va cans, in ſtatu per omnia, prout partes ultra marinas & earum ſtatum Anno Domini 1336 inveni, & ipſas partes, & earum ſtatum Ann

Dn

1341. reliqvi; Secundum paucitatem ingenii, & memoriæ fragilitatem, par duxi compendio ſcribendi, & enarrandi.

5. Anonymi Chronica de tribus Magis, ſive Regibus, qvi obtulerunt Chriſto Domino aurum, Thus, & Myrrham, a p. 196. ad p. 254. inſcripta Dno. Florentino de Wenelinkhove Eccleſiæ Monaſterienſis Epiſcopo, qvi Sec. XIV. fuit mitra lituoqve decorus, teſte Catalogo Epiſc. Monaſt. in Joh. Gualterii Chronico Chronicorum P. I. p. 1563.

6. Epiſtola Presbyteri Johannis ad Emanuelem Imperatorem Conſtantinopolitanum, p. 255. - 262. Emanuelem Palæologum forte, qvi Sec. XIV. Imperio præfuit. Niſi totam Epiſtolam malis dicere ſuppoſititiam, fictam, & commentitiam. Sane tot manifeſtis ſcatet fabulis, ut, qui eam genuinam eſſe perſuadere vel ſibi vellit vel aliis, ſuam oppido proderet infantiam. Interim habenda eſt in pretio, qvia antiqva est, & inedita, Damiano a Goes, Jobo Ludolfo, aliisqve, qvi de Æthiopia commentati ſunt, inviſa.

7. Anonymi de dignitate Regum & Romani Imperii, a. p. 262. usqve ad p. 276. In qvo multa notatu digna, de origine Germanorum, & Gallorum, de translatione Imperii Rom. a Græcis ad Germanos, ejusqve incremento & decremento, (272.) Item de ſucceſſione Imperatorum a Carolo Magno usqve ad Rudolphum

phum Habsburgenſem, (272.) eorumqve electione. (269.) Et qvod Imperium a Caroli M tempore ſemper fuerit electitium, non hæreditarium, (269. 276.) & qvæ ſunt alia hujus commatis, ad Jus publicum Germanorum attinentia. Fabulis non paucis reſperſa, ſed & veritatibus qvibusdam non ubiqve obviis conſpicua, & ea ratione ſcripta, qvæ captum ejus ætatis, qva Auctor vixit, fere excedit. Qvem Sec. XIV. floruiſſe non temere fortaſſis qvis judicaverit. Sane Codex ipſe præ ſe fert 300, vel 400. annorum ætatem. Et extat Exemplum ejus in Bibliotheca Uffenbachiana, ſed mutilum, & in fine truncatum, & duo tantummodo folia complexum, ut ipſe Vir illuſtris Uffenbachius in literis 1728. d. 20. Martii ad nos datis commemorat. Qvin & excuſum eſt apud nos hoc Opuſculum, idque in ipſis incunabulis Typographiæ, ſine loco & tempore. Attamen & hoc imperfectum eſt, finiturqve his verbis: *Ego nullam puto admiſcuiſſe falſitatem, petens veniam cum humilitate de erratis.* Ultra qvæ qvantopere procedat hic Codex noſter αὐτοψία docet.

8. Hiſtoria de gente Tartarorum p. 276-306. Cujus Auctor eſt Johannes de Plano Karpem, Ordinis Fratrum Minorum, Sedis Apoſtolicæ Legatus, qvi juſſu Pontificis Romani profectus ad Tartaros, & ibidem integrum annum & qvatuor menſes commoratus, hoc Opuſculum compoſuit, & in eo Hiſtoriam Tartaricam complexus eſt, eo ordine qvem ipſe

in

[præ]fatione deſcribit, & in argumentis capi[tulorum i]ndicavit, ſcilicet agit:

1. De Terra Tartarica, & ejus aëre 276-277.
2. De Tartarorum forma, conjugio, veſtitu, habitaculis 277-278.
3. De eorum fide, vita, divinationibus, purgationibus, ritu funeris, 279.-282.
4. De moribus bonis, malisqve conſuetudinibus, item ac cibis 282.-289.
5. De Tartarorum Imperio, ejusqve principio, Principibus item, ac dominio Imperatoris & Principum 284.-288.
6. De bellis, ordinatione acierum, armis, aſtutiis, crudelitate, oppugnatione civitatum, caſtris &c. 290.-294.
7. De terris qvas ſuo dominio ſubjugarunt, 294.-297.
8. Qvomodo iisdem occurrendum 297.-301.
9. Reſcriptum literarum, qvas Imperator Tartarorum miſit ad Papam, 301.
10. Aliud Reſcriptum Johannis, 301.
11. Epiſtola Presbyteri Imperatoris, 302.-307.

Quæ omnia, qvantum novimus, ſunt adhuc [ἀν]έκδοτα, a Marci Pauli Veneti, & Haithoni [Ar]menii, & Vincentii Bellovacenſis deſcriptioni-

 bus

bus Tartariæ longe diverſa, cumqve iis dil
genter conferenda, in qvibusdam etiam præfe
renda, ſive ætatem ſpectes Auctoris, ſive re
rum oeconomiam, dignitatem, ſelectum. Ea
dem vero loco habenda, ſi mentis aciem inten
das in dictionem.

9. Dialogus Æneæ Sylvii Epiſcopi Senen
ſis, poſtea Pii Papæ ſecundi, contra Bohemo
atqve Thaboritas p. 319. - 348. Hic Dialogu
excuſus extat in Æneæ Sylvii Epiſtolis, qvi
impreſſæ ſunt Norimbergæ 1496. 4. Atqve i
hoc volumine hic Dialogus, qvi Epiſtolæ ha
bet imaginem, Epiſtolam CXXX. conſtituit. Ne
multum abeſt MSCtum hoc exemplum ab e
qvod typis eſt exaratum, ſi loca qvædam ex
cipias, in qvibus vel hoc ex iſto, vel iſtud e
hoc ſanari poteſt, ſi conferantur invicem. E
ſane ſermonis linea candidior eſt, qvam a
ejus ætatis homine exſpectari poſſet. Nec or
do ineptus. Res autem omnes præclaræ, & mo
numentis literarum, & memoria Seculorum, &
cognitione doctorum dignæ. Sed cum judici
legendæ, ob ſtudium partium, qvo Auctor la
boravit. Qvi Bohemos ac Thaboritas, no
ut ſchismaticos deſcribit ac hæreticos, ſed u
Atheos, & nullius religionis homines. Sigiſ
mundum Imperatorem ut divinæ & human
legis perverſorem; Et Barbaram ejus conjuge
ut futuræ vitæ parum credulam; Illos, quia com
munionis ſub utraqve ſpecie deſiderio ducti, a
Eccleſia Romana fecerant divortium; Iſtum, qvi
dicto Pontificis non audiens Thaboritis vill

qva

vasdam armata manu occupatas perpetuo poſ-
dendas conceſſerat; Hanc, qvia ſermones ejus-
iodi de ea erant diſſipati.

10. Epiſtola S. Methodii Epiſcopi Pata-
ænſis de Regnis gentium & noviſſimis tempo-
ibus certa demonſtratio Chriſtiana p. 348.-
66. Qvd Opuſculum extat in Ortodoxogra-
his Patrum Baſileenſibus T. 1. p. 93. - 114. Sed
Græce & Latine, & in capite & calce auctius,
c titulo ab hoc plane diverſo. Et ante hanc
ditionem jam alia latina exiit Baſileæ 1516. 4.
um commentario Wolfgangi Aytingeri,
qvam alibi memoravimus. Et licet omnes Me-
hodii, nomen ſibi præſcriptum habeant; Val-
de tamen hærent eruditi, an Methodio Lyciæ
& Patarorum Epiſcopo, qvi Seculo III. floruit,
adſcribi valeat? Et Auctor eſt Guil. Caveus in
Hiſt lit. p. 97. idipſum Methodio Homologetæ
Patriarchæ potius, vel alteri Methodio, cujus
A. C. 1340. eluxit ingenium, qvam Methodio
Martyri tribui debere. Caſimirus autem Oudi-
nus in Comment. de Script. Eccl. T. 1. p. 306.
Nicephorum Calliſtum, notiſſimum Sec. XIV.
Scriptorem, hujus Meletematis judicat eſſe Ar-
chitectum.

11. Marci Pauli de Venetiis liber de con-
ditionibus & conſuetudinibus Orientalium Re-
gionum &c. p. 367. - 486. Scilicet Italico ſer-
mone condidit hanc Hiſtoriam Auctor, qvi Sec.
XIII. vixit, & 26. integros annos in Oriente con-
ſumſit. Atqve hinc poſtea in L. L. Germani-

cam, Luſitanicam, & Belgicam eſt translat Et qvidem in L. L. biſariam; Ex qvibus ve ſionibus ea, qvæ a Reinero Reineccio & Andr Mullero in lucem eſt edita, protrita eſt & pe vulgata; Altera autem, qvæ eſt hæc noſtra, illuſtrioribus Bibliothecis deliteſcens, ab iis ta tummodo eſt viſa, qvibus aditus ad hæc muſ rum arcana patuit. Et hæc ſuo jure apud on nes, qvi harum rerum intelligentes ſunt, eſt i pretio. Non qvidem ab ipſo Marco elucubr ta, qvæ Iſaaci Voſſii eſt conjectura in vari Obſerv. C. XIII. p. 60. ſed a Franciſco Pipin cive Bononienſi, & Ordinis Prædicatorum ſoci ut conſtat ex hujus MSCti Codicis Prologo Epilogo; Attamen nunqvam in lucem emiſſ & ab ea, qvæ vulgo manibus teritur, latin verſione toto, qvod ajunt, cœlo diverſa.

TOMUS II.

MANUSCRIPTORUM CHARTACEO RUM; IN QUO CONTINENTUR:

1. S. Brigittæ revelationum cœleſtium l bri VII. Qvam Svecam fuiſſe origine, ſten mate Regio ſatam, Sec. XIV. illuſtrem, tur ex iis, qvi condiderunt Annales Eccleſiaſtic & literarios, tum ex Alphonſi Eremitæ Epiſt la, & Biographia Brigittæ MS. & hoc Tom comprehenſa, maniſeſtum eſt. Et tantum abeſ ut eam prorſus rejiciendam exiſtimemus, potius eandem teſtium veritatis Catalogo arb

tr

ur inſerendam. Qvæ L. 1. C. 41. 47. 48. 49. Eccleſiæ L 4. C. 35. de Monachorum L. 1. C. 7 de Sacerdotum L. 1. C. 44. & L. 4. C. 22. Sedis Romanæ corruptiſſimo ſtatu egregie ſcrit. Attamen has relationes divinas eſſe, cœlitus huic fœminæ communicatas, hujus commatis poſtulatum, ut eidem fidem adhibere non poſſimus, qvia multa in iis habentur παντίζοντα, & S. S. oppido adverſa. De Purgatorio L 1. C. 50. de VII. Sacramentis L. 2. C. 5. de cœlibatu Clericorum L. VIII. C. 10. Qvibus adde, S. S. minus ſæpe in iis allegatam, & inepte interdum explicatam, Brigittam etiam marito ſuo digreſſam. Et non alienam a ratione videri eorum divinationem, qvi exiſtimant Petrum de Alvaſtro Monachum Ciſtercienſem, Brigittæ indivulſum comitem, Auctorem eſſe harum revelationum, qvas Alphonſus Eremita in ordinem redactas, ſub Brigittæ nomine in lucem exire juſſerit. Vid. Caſimiri Oudini T. 3. de S. E. p. 1105.

